




FINNUS IOHANNÆUS
S. S. Theol. D. & Episc. Skalholt.
Nat. 16. Ian. 1704. unno æt. 50.
Symb. Fide justus salvatur

Merlb Haas. sc. 1778.

# FINNI JOHANNÆI

THEOL. DOCT. ET EPISCOPI DIOECESEOS SKALHOLTINÆ IN ISLANDIA,

# HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIÆ,

EX

HISTORIIS, ANNALIBUS, LEGIBUS ECCLESIASTICIS, ALIISQVE RERUM SEPTENTRIONALIUM MONUMENTIS CONGESTA, ET CONSTITUTIONIBUS REGUM, BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM, STATUTIS CONCILIORUM NATIONALIUM ET SYNODORUM PROVINCIALIUM, NEC NON ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM EPISTOLIS, EDICTIS ET DECRETIS MAGISTRATUUM, MULTISQVE PRIVATORUM LITTERIS ET INSTRUMENTIS, MAXIMAM PARTEM HACTENUS INEDITIS, ILLUSTRATA.

## TOMUS IV.

*Præfationem generalem, Historiam Monasticam, Supplementa & emendationes, nec non Indices continens.*

HAVNIÆ,
TYPIS ORPHANOTROPHII REGII
EXCUDIT GERHARDUS GIESE SALICATH,
MDCCLXXVIII.

# PRÆFATIO.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam Islandiæ juſſu regio, per Collegium, cui ſuprema Eccleſiarum per imperium Danico-Norvegicum cura demandata eſt, mihi indicato, ſcribere primum cœpi; & qvamvis me tanto operi imparem ſentirem, parere tamen volui; ita autem rationes inſtitui meas, ut hoc, qvicqvid erat, ſcriptionis, mediocri volumine in Qvarto abſolveretur. Verum enim vero non ſolum ipſum opus opinione citius increvit, ſed acceſſerunt etiam doctorum amicorum monita, ut hiſtoriam ipſam latius diducerem, inprimis tamen, ut omnia, qvæ ad antiqvitatum legumqve Eccleſiaſticarum notitiam neceſſaria videri poſſent, qvantum qvidem operis ratio & forma pateretur, illuſtrarem, & monumenta, eo pertinentia, præſertim inedita, qvotqvot conſeqvi daretur, adderem. Decrevi igitur univerſum in *paragraphos* dispertire, & *annotationes* varii argumenti, & maxime hiſtorico-criticas, chronologicas vel philologicas inferiori margini allinere; & prius qvidem, ut acceſſiones, qvæ forte poſtea ſcribenti ſub manu naſcerentur, ſuis ſingulæ locis eo facilius inſeri poſſent; poſterius vero, ne prolixiores aliis, etiamſi cognatis, de rebus digreſſiones ipſius hiſtoriæ contextum abrumperent.

Ut in *Periodos* divideretur, diverſa temporum conditio poſtulavit; Eccleſiæ enim, ut & rituum, rei literariæ, juris & jurisdictionis eccleſiaſticæ ſtatum ſemper eundem ſibive ſimilem depingere a veritate alienum merito videbatur; tædioſum vero hæc

 omnia

omnia in unum cumulare; imo ne qvidem possibile tam diversa & dissimilia ita conflare, ut sibi invicem plene constarent. Divisio in *Sectiones & Capita* ipsa sui rationem satis, credo, reddet. Omnes autem *ritus & Cæremonias* Ecclesiasticas, qvæ unqvam in Islandia usu venerunt, minime descripsi, sed eas solum, qvas reperire potui ibi invaluisse; unde si qvæ deerunt, subsidiorum, qvæ plures subministrarent, defectus in causa est. Qvod vero ea, qvæ de his a me scripta sunt, eis, qvæ alii, præsertim exteri, de talibus tradiderunt, plene semper non conveniunt, singularibus institutis & consvetudinibus, qvas in qvibusdam horum Islandi probaverunt, est imputandum.

*Scriptores exteros*, qvibus ad res illustrandas uti haud raro necesse erat, sæpissime nominatim excitavi, qvod si interdum omissum, oblivione, non studio, factum est; *domesticos*, per qvos profeci, similiter nominavi, ut unusqvisqve, cui volupe esset, qvæ a me dicta sunt, cum originalibus ipse conferre posset. Speciatim *autores* vel *antiqvos* vel exteros interdum ad verbum fere in annotationibus exscripsi, non arrogantiæ vel lectionis ostentandæ causa, sed eo solum fine, ut ea, de qvibus agebatur, popularibus meis, qvi librorum copia non gauderent, & tamen plura, qvam qvæ per horum penuriam possunt, de his scire vel legere averent, dilucide declarare possem. *Scriptorum* vero *Islandicorum* &, in his *historicorum antiqvorum*, testimonia in ipsa lingva originaria ideo produxi, qvod haud pauca Lingvæ nostræ antiqvæ vocabula, qvæ in his occurrunt, tantum habeant ponderis & significantiæ, ut in alias lingvas vix transferri qveant, nisi multo cum ambitu, longoqve verborum tractu, qvo nativa eorum & genuina vis sæpissime perit, historia vero læditur, ipseqve transferens in suspicionem falsi facile incidit. Eadem ex causa interdum vocabulis novis & minus latinis, qvæ res melius declarare videbantur, potius usus sum, qvam aliis, qvæ antiqviora & magis latina audiunt, rebus vero neqvaqvam tam exactè conveniunt; satius

qvippe

qvippe ducens vestem Romanam corpori Islandico, qvam corpus vestibus, aptari; oratio vero si non ubiqve æqvabilis reperiatur, argumenti varietati imputabit spero bonus & cordatus lector, cetera memor effati Viri, inter eos, qvos Dania unqvam produxit, doctissimi, *Thomæ Bangii*, qvi in Observ. Philolog. libr. 2. pag. 1418. ita: *cæterum non est, qvod qvisqvam demiretur, excidisse viris eruditis locutiones, nonnunqvam latinitati adversas, qvi toti in sententiarum pondere expendendo occupati, & variis profundarum rerum cogitationibus distracti minus ad verba animum adverterunt, cum etiam non dubitent nonnulli eloqventiæ Romanæ parentem Soloecismorum inexucasabilium accusare:*

*Ordinem* in rebus narrandis & disponendis eundem qvidem semper servare studui; Hoc vero si ubiqve non successit, maxime in causa est, qvod qvamlibet operis particulam, qvam primum in chartam conjecta erat, Hafniam mittere coactus sum; Hinc enim occasio universa simul relegendi & secum invicem componendi, prorsus prærepta; unde haud pauca, & maxime qvidem supplementa, qvæ post accesserunt, & in his *Annotatio* de *Otta* Tom. I. pag. 162-64 not. b. cum prioribus, minus apte, atqve optarem, cohærent.

Qvod ad *res* attinet, eas præ omnibus seligere conatus sum, qvæ tam externam ecclesiæ faciem, qvam internam ejus conditionem & indolem, populi ingenium, mores, & alia ejus generis, ad hujus scriptionis scopum proprie & maxime pertinentia, qvam clarissime illustrare posse judicavi; & *Regum* qvidem, *Præfectorumqve*, ut & *Archiepiscoporum Acta*, qvatenus religioni & ecclesiæ vel profuerunt vel non; *historiam* vero *literariam*, qvatenus artium & scientiarum cultus vel neglectus indivulso fere nexu cum ecclesiæ emolumento vel detrimento semper fuit conjunctus; *episcoporum* deniqve & aliorum *ecclesiæ ministrorum* gesta, qvatenus his, utpote proximis religionis plantandæ, propagandæ, stabiliendæ & conservandæ instrumentis, status ejus & conditio qvovis tempore stete-

 runt.

runt. Principale autem mihi inſtitutum fuit omnia ita delineare, ut omnium oculis pateret, qvales fructus eccleſia & Reſpublica ex ſingulis retulerint, utqve ineffabilis juxta ac inæſtimabilis Dei ter optimi maximi benignitas in eis, qvæ bona & proficua fuerunt, dandis & conſervandis, imperſcrutabilis vero ſapientia, omnipotentia, & providentia in malis partim avertendis, partim ad eos fines, qvos ſibi ultimos ſemper propoſuit, ſuam ſcilicet gloriam hominumqve ſalutem, dirigendis, ab omnibus rerum peritis agnoſci, & qva par eſt veneratione celebrari poſſent. Cætera per totum, (multis tamen, qvæ vera qvidem ſunt, ſed minus neceſſaria videbantur, omiſſis) omni niſu allaboravi, ut vere & dilucide ſcriberem, qvod ſi ubiqve aſſecutus non ſum, virium defectu & lapſu, non deſidia, factum eſt.

*Subſidia*, qvæ adhibui, pro temporum diverſitate diverſa ſunt. Ita ad Periodum I. concinnandam nihil fere uſui eſſe potuit præter *hiſtorias* noſtratium *antiqvas*, qvæ *Sögur* vulgo audiunt, ex qvibus hic præ cæteris in cenſum veniunt, qvæ eo jam tum tempore, qvo huic operi manum primum admovi, typis publicis exſcriptæ proſtabant, nempe;

1. *Landnámabók* ſ. *liber originum Islandiæ*, opus antiqvum, & ab erudittiſſimis priſci ævi viris concinnatum; autores enim agnoſcit *Arium* & *Kolſkeggum*, utrumqve *Polyhiſtorem* (hinn froda) cognominatum, qvi ſeculo XII floruerunt, & qvi poſtea eum aut ſuppleverunt aut auxerunt, *Styrmerum* primo nomophylacem, ſed deinde ſacerdotem, & *Sturlam Thordi*, itidem nomophylacem, utrumqve etiam, a doctrina, *polyhiſtorem* dictum, qvi ſeculo XIII floruerunt. Ultimam autem limam operi attulit, aut, ut qvidam, (qvibus non admodum refragamur) ſentiunt, unum, ex qvatuor, librum conflavit *Haukus Erlendi filius*, etiam Iſlandiæ Nomophylax, qvi Seculo XIV floruit. Cetera liber egregius eſt, & Skalholti anno 1688 in 4to, ſed Iſlandice tantum, editus; qvæ editio, cum mendis haud

haud paucis laboret, altera multo accuratior, qvæ Hafniæ 1774 Islandice & Latine in 4to prodiit, in eis hujus historiæ partibus, qvæ post impressæ sunt, in auxilium vocata est.

2. *Christindóms*, s. rectius *Kristni-Saga* s. *historia religionis Christianæ in Islandiam introductæ*, primum Skalholti 1688 in 4to Islandice, post Hafniæ in 8vo 1773 Islandice & Latine edita. Liber, qvantum pertingit, & maxime in hac historiæ parte, haud parum utilis, qvamvis *libro originum* multo recentior sit, suisqve non careat nævis.

3. *Arii*, sacerdotis, *Multiscii Schedæ*, rectius *Islendingabók* s. *liber de Islandis*; Skalholti 1688 Islandicè, Hafniæ vero 1733 Islandicè & Latinè in 4to & præterea Oxonii, in 8vo, editus. Opusculum nostra laude majus, & omnibus reliqvis, sine controversia, anteponendum.

4. *Olai Tryggvii filii* Norvegiæ regis vita Skalholti 1689, Islandicè edita.

5. *Arngrimi Jonæ historia Grönlandiæ*, ab *Einaro Eyolfi filio* Islandice versa, & Skalholti etiam 1688 in 4to edita.

De omnibus autem & singulis tam ego meam passim in historia ecclesiastica, qvam alii suas, sententias dudum exposuerunt, unde facile judicari poterit, qvid pretii cuilibet statui debeat.

Ex reliqvis Islandorum historiis antiqvis, qvæ eo tempore vel prorsus non editæ, vel non ita editæ erant, ut eis absqve errandi periculo uti liceret seqventes ad manus fuerunt:

a) *Eyrbyggiasaga*, s. *Thorsnesensium historia* egregia & inter optimas sui generis merito numeranda; Chronologiam qvippe & Chorographiam plurimis in locis exhibens vel omnino veram, vel veræ proximam; universam vero materiam a fabulis fere immunem, si modo ea excipiantur, qvæ de prodigiis Frodarensibus, de carmine a Viga-Styre post mortem fuso, & nonnullis aliis, sed exigui momenti, admiscuit; unde ad creden-

credendum inductus sum eam unam ex antiqvissimis historiis esse, ejusqve argumentum principale forte in literas primo relatum, ab *Ario multiscio,* qvi ex ea prosapia oriundus erat, & vel prædium avitum Helgafellum, vel Stadastadum, ubi ejus posteri habitarunt, aliqvamdiu incoluit; dubito autem an ad nos prorsus genuina pervenerit.

b) *Laxdælasaga*, s. *Laxdalensium historia* etiam egregia, speciatim prior ejus pars, qvæ in plurimis Eyrbyggensi non multo inferior censenda est. In posteriore vero, qvæ a Bollii Bollii filii vita computari potest, haud parum degenerat, maxime in Chronologia, qvapropter hanc partem ab alio auctore post assutam esse suspicor.

c) *Vatnsdælasaga* s. *Vatnsdalensium historia*, qvæ sua laude minime caret, certe multum abest, ut monachorum figmenta & superstitiones, qvantas multæ aliæ, oleat.

d) *Svarfdæla & Liósvetninga-Saga* (aliis *Reykdæla*) s. *Svarfdalensium & Liosavatnensium*, aliis *Reykdalensium historiæ*, qvæ etiam utiles sunt; *Svarfdalensis* tamen non omnino ad palatum est; & chronologia *Reykdalensis* sæpe vacillat.

e) *Niála* s. *Nialis historia*, qvæ in multis commendari meretur, inde inprimis, qvod actiones sui temporis forenses, formamqve judiciorum Islandiæ, aliaqve haud pauca, reliqvis multo plenius doceat.

f) *Vopnfirdinga-, Flóamanna- & Isfirdinga - Sögur* s. *Vopnfiordensium, Floamannorum & Isfiordensium historiæ* suum etiam usum habent, multaqve bene satis illustrant.

g) *Historiæ, qvæ de personis singularibus agunt.* Hæ duplicis in universum generis sunt. Priores, & in his *Buii Esiæ alumni, Jokulli Buii filii, Gretteris, Bardi Snæfellensium deastri, Kroka-refi s. Refi versuti, Finnbogii robusti* & plures ejusdem farinæ, verum qvidem argumentum habent, qvatenus certum est prædictos viros extitisse, & suis temporibus admodum memorabiles fuisse;

iſſe; Res autem, qvas geſſerunt, adeo in eis exaggeratæ ſunt & depravatæ, ut vix dimidium eorum, qvæ de his referunt, jure credi poſſit; optima harum *Grettis-Saga* eſt, cujus tamen chronologia haud raro fluctuat. Poſteriores, in qvibus *Vigaglumi*, *Vigaſkutæ*, *Droplaugæ filiorum*, *Rafnketilli Freyi Pontificis*, *Kormaki*, *Gunnlaugi Ormstungæ*, *Blundketilli*, *Ölkofræ*, *Biörnis Hytdalenſium athletæ*, prioribus qvidem multo meliores ſunt, qvatenus vel prorſus nihil, vel pauca omnino, qvæ fidem ſuperent, narrant; earum tamen Chronologia plerumqve adeo dubia eſt, ut ubi pedem figas, anceps merito hæreas.

h) *Olai Sancti*, Norvegiæ Regis, *Vita*, qvæ majorem plerisqve aliis uſum mihi præſtitit, cujus etiam chronologiam, cum exemplum libri ſatis accuratum penes me eſſet, diligentia, qva potui, maxima Tom. I. pag. 73-79 in not. expoſui. Ex *Annalibus* vero exigua omnino in hac periodo utilitas peti potuit, cum pauci eorum, præter *Flateyenſes* & *Skalholtenſes*, ad tempora adeo vetuſta aſcendant.

Qvamvis autem omnibus harum rerum peritis ſatis compertum ſit, in talibus libris, qvorum ſcopus vel inſtitutum, ſi *Kriſtni-Sagam*, *Arium*, & aliqva ex parte *Olavorum vitas*, exceperis, minime fuit religionis Chriſtianæ in Iſlandia initia vel progreſſum deſcribere, pauca tantum deprehendi, qvæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ concinnandæ inſervire poſſunt, neceſſe tamen erat, ut omnes perlegerem, &, qvæcunqve uſui eſſe videbantur, ex ſingulis colligerem, qvod non ſine inſigni ut plurimum moleſtia fieri potuit, tam propter Chronologiam veterum hiſtoricorum nimium ſæpe hiulcam & perturbatam, qvam ob Codicum Manuſcriptorum, qvi probatæ fidei eſſent, penuriam, cum omnibus Membranaceis dudum ad exteros ablatis, non niſi Chartacei, ſæpius haud parum vitioſi, hac in terra ſuperſint. Ex aliis libris impreſſis, qvibus in hac operis parte uti licuit, ſola fere nominare poſſum duumviro-

rum celeberrimorum, omniqve laude majorum, *Bartholini* ſcilicet & *Torfæi* ſcripta; ita tamen, ut in eis, in qvibus *Torfæo* cum hiſtoriis antiqvis, ex qvibus ſua hauſit, convenit, ad has, tanqvam fontes, ſæpius, qvam ad illum, nominatim provocaverim. De *Snorronis* vero *Sturlæi Hiſtoria Norvegica,* qvæ *Heimskringla* ſ. *orbis terrarum* vulgo inſcribitur, multa hic dicere opus non eſt, cum eruditis dudum notior ſit, qvam ut meo teſtimonio vel encomio indigeat.

Ad *Periodum II.* convaſandam ex monumentis antiqvis ſubſidio præ cæteris fuerunt:

a) *Sturlunga-Saga* ſ. *Sturlungorum hiſtoria*, (qvibusdam *Islendinga-Saga* ſ. *Chronicon magnum Islandiæ*) vel ab ipſo *Brando Sæmundino,* diœceſeos Holanæ epiſcopo, qvi anno 1201 occubuit, vel ejus nutu & auctoritate, ſcribi primum incepta, ſed vel ab ipſo *Sturla* legifero *Thordi filio,* celebri hiſtoriarum ſcriptore, qvi anno 1284 ad plures abiit, vel, eo auſpice, materiamqve ſcriptionis ſuppeditante, abſoluta. Hic liber, (qvi ſuas narrationes, qvibus res præcipuæ per univerſam Iſlandiam geſtæ continentur, ab anno 1100, vel rectius 1110 orditur, easqve ad annum 1265, imo ad Sturlæ legiferi mortem 1284 perducit) in multis eximius eſt, utpote a viris ſcriptus, & doctis, & coævis, qvi res, qvas deſcripſere, ipſi viderunt vel audiverunt, adeo ut nullum de dictorum veritate dubium eſſe poſſit. Ratio & conformatio operis genusqve dicendi *Snorronis Sturlæi* accurationem & elegantiam non qvidem prorſus aſſeqvuntur; multo enim plura ſuperſtitionum papiſticarum circa vana miracula, & alia ejusdem generis, indicia hic occurrunt; ſunt etiam hi autores haud raro verboſiores, qvam opus erat, & de variis rebus minoris momenti, qvæ lectorem parum movent, in literas referendis nimis ſolliciti. Interim tamen hæc omnia ad œconomiæ domeſticæ

modum,

modum, genium ſeculi, moresqve cognoſcendos haud parum conferunt; unde hunc librum ſæpius revolvi, multaqve inde didici & meos in uſus converti, cum plurima habeat, qvæ ad hujus periodi hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinent.

b) *Hungurvaka* ſ. *jejuna vigilia* (id enim nominis operi imponere autori placuit) compendium vitarum qvinqve primorum diœceſeos Skalholtinæ epiſcoporum continens, & circa aut paulo ante annum 1200 ſcripta; hoc enim anno Johannis I. Holenſium Epiſcopi ſanctitas innotuit, cum contra hic autor ſolum, cum ſcriberet, inter Iſlandos, Thorlacum epiſcopum pro ſancto habeat. Scriptor qvis ſit ignoratur; qvæ vero ſcripſit ipſe in *præfatione* profitetur ſe excepiſſe ex ore viri ſuo ſeculo doctiſſimi *Giſſuri Halli filii*, qvi qvondam Sigurdi Bronchi, Norvegiæ Regis, aulæ Magiſter, & Iſlandiæ per plures annos legifer fuerat, tandemqve anno 1206 valde grandævus vitam cum morte commutavit; unde de narrationum, qvippe qvæ tam gravem tantæqve dignationis virum autorem agnoſcunt, veritate dubitare non poſſumus; annorum vero computatio, qvam ſcriptor ſecutus eſt, (ut Hiſt. Eccl. Tom. III. p. 201 not. a. pluribus monui) paſſim vitioſa eſt; qvemlibet enim epiſcopum ſeptem annis vetuſtiorem facit, atqve re vera eſt; idqve, ut videtur, qvia ſtatim ab initio in anno, qvo Iſleifus Epiſcopatum obtinuit, erravit, & deinde ab eo annos officii cujuslibet epiſcopi recte qvidem numeravit, ſed ad annos æræ chriſtianæ perperam retulit; qvi error calculi, per totum librum continuatus, efficit, ut uni & alteri Pontificum Romanorum interdum tribuat, qvæ ſucceſſori tribuenda erant. Cætera liber multa bonæ frugis habet ad hiſtoriam eccleſiaſticam pertinentia, multasqve voces rariores, qvæ eis temporibus in uſu fuerunt; cum vero, ex rela-

tione b. *Arnæ Magnæi*, nulla ejus exemplaria hodie ſuperſint, Apographis, qvæ epiſcopi Thorlacus & Svenonius ſuperiori ſeculo exarari curaverunt, antiqviora, menda, qvæ præ ſe fert, corrigi nunc neqveunt, niſi ex conjecturis.

c) *Jons-Saga Hóla-Biſkups* ſ. *Johannis I. Ögmundini Holenſium Epiſcopi*, vulgo *Sancti*, *vita*. Hæc nec tam vetuſta eſt, nec tam bene ſcripta, ſed multo magis figmentorum nugarumqve papiſticarum plena, manifeſtusqve otioſorum monachorum fœtus. Idem de *Gudmundi Epiſcopi*, nec omnino diſſimile de *Thorlaci Sancti vita* judicium eſto; ſpeciatim *Þorlaks-Saga* ſ. *Thorlaci vita*, qvalis nunc habetur, multo recentior eſt tam *compendio vitæ Thorlaci*, qvod *Hungurvaka* exhibet, qvam *fragmentis latinis vitæ Thorlaci*, qvæ olim penes b. *Arnam Magnæum* fuerunt, nunc vero inter Script. Rer. Dan. Med. ævi Tom. IV. pag. 624-28 edita ſunt. *Pauli* vero *epiſcopi vita* minimum talium qvisqviliarum habet. Omnes tamen, cum ſatis antiqvæ ſint, res ſuorum temporum, tam eccleſiaſticas qvam civiles haud parum illuſtrant.

d) *Liber Poenitentialis Thorlaci Epiſcopi*. Hic, (ut in *Supplementis* hujus operis Tom. IV. pag. 145 ſqq. ulterius declaravi) non qvidem me judice ab ipſo Thorlaco ſcriptus eſt, ſed ab aliqvo diſcipulorum ejus vel ſucceſſorum; utilis tamen ad notitiam diſciplinæ eccleſiaſticæ & cæremoniarum eorum temporum; Eo etiam fine *Legendarum fragmenta & Legendas*, qvarum nonnullæ adhuc ſuperſunt, qvatenus varia huc ſpectantia ſuppeditant, diligenter conſului, perſvaſus talium curioſo nihil, qvod pro vero haberi meretur, negligendum eſſe.

e) *Annales & Annalium fragmenta*. De horum denominatione generatim notari meretur, eos *Skalholtenſes*, *Holenſes*, *Flateyenſes*, &c. vocari, non qvod Skalholti, Holis, aut in Flateya conſcripti

ſcripti ſint, ſed qvia his in locis primum inventi & ex tenebris eruti ſunt, cum renaſcentibus bonis literis viri immortali laude digni *Thorlacus Skulonis* Epiſcopus Holenſis, *Oddus Einari* & *Brynjulfus Svenonius* epiſcopi Skalholtenſes, ut & *Arngrimus Jonæ* parochus Melſtadenſis, variis ingenii fœtibus ſatis celeber, priſtinum nitorem & celebritatem antiqvitatibus patriis reſtituere aggrederentur. Sunt autem Annales iſti vetuſti, qvi hic in cenſum veniunt, qvantum qvidem ad noſtram notitiam pervenit, ſeqventes:

1. *Oddenſes, Sæmundo multiſcio*, a qvibusdam, ſed immerito (vid. Hiſt. Ecclef. Tom. I. pag. 199-200 not. c.) adſcripti, & a prædio Oddenſi, ubi habitavit, nomen ſortiti, qvi ab initio mundi ad tempora Sæmundi & longe ultra procedunt.

2. *Breviores*, ita dicti; qvi ab anno Mundi 3919 incipiunt, & in anno Chriſti 1428 deſinunt; hi in Bibliotheca Manuſcr. *legati Magnæani* ſub Num. 417 in Qvarto exſtare cenſentur, qvod tamen omni dubio non caret.

3. *Regii* in Membrana, a Julio Cæſare ad 1341, id nominis ſortiti, qvia in Tabulario Regis Daniæ aſſervantur. Hos qvidem a. b. *Arna Magnæo* ſæpius allegatos vidi, ex eis autem, cum primum ſcriberem, nihil ad mannus habui, præter pauca b. ejusdem viri excerpta, ad hiſtoriam monaſticam Iſlandiæ pertinentia; nunc vero inter Script. rer. Dan. med. ævi. Tom. III. p. 3-139 editi ſunt.

4. *Flateyenſes*, in Codice Pergameno, qvem *Brynjulfus Svenonius* Epiſcopus Skalholtenſis a Johanne Finni filio Flateyenſi comparavit, qviqve Auguſt. Daniæ Regis Bibliothecam nunc ornat, obvii; hi etiam a Julio Cæſare incipiunt, in anno vero 1394, circa qvæ tempora autor vixiſſe videtur, deſinunt.

5. *Holenſes antiqviores*, itidem a Julio Cæſare ad an. 1394; prior horum pars cum annalibus Regiis fere convenit.

6. *Vetuſtiſſimi*, ita dicti, ab incarnatione Servatoris ad an. 1313, ordine tamen annorum haud parum interrupto; Hi adhuc in Membrana ſuperſunt, ex qva eos celeb. *Langebekius* inter Script. rer. Dan. medii ævi Tom. II. pag. 178-199 publici juris fecit, mihi vero inter ſcribendum ad manus non fuerunt.

7. *Skalholtenſes recentiores*, ab anno Chriſti 70 ad 1430 qvos Brynjulfus Svenonius *Lögmanns Annal* ſ. *Annales legiferorum* appellat, etiam adhuc in Membrana ſuperſtites. Hos autem, aut certe priorem eorum partem, veriſimile eſt *Einarum Haflidi filium* collegiſſe conf. Hiſt. Eccleſ. Tom. I. pag. 593 ſeq.

8. *Skalholtenſes antiqviores*, ab anno Chriſti 140 ad 1356, qvi itidem in Membrana habentur.

9. *Reſeniani* ſ. ex Bibliotheca Reſenii exſcripti, ab anno Chriſti 228 ad an. 1295 procedentes, & b. *Arna Magnæo* judice ante annum 1302 conſcripti. His vero utendi occaſio non adfuit.

10. *Holenſes recentiores*, ab anno Chriſti 636 ad an. 1394.

Horum autem omnium licet egregium uſum non tantum in hac periodo, ſed etiam in ſeqventibus, qvousqve ſe ſinguli extendunt, gratus agnoſcam; fateri tamen oportet, maximo labore, magnâqve opus eſſe circumſpectione in eis ſecum invicem conferendis, iisqve porro, qvæ optima & veriſſima ſunt, inde rite eruendis, inprimis cum exemplaria eorum, qvæ nunc nobis ſunt, immane qvantum vitioſa ſint, & in multis, & maxime qvidem in annis & diebus, adeo ſæpe diſſerant, ut eorum multitudo plus obruat qvam inſtruat. Præ-

terea

terea in plerosqve eorum autores sæpius haud parum excandui, qvod res exteras v. gr. Germanicas, Gallicas, Anglicas, imo etiam Turcicas, anxie satis conqvisiverunt & annotarunt, domesticarum fere obliti, & ubi has forte tangunt, contenti sunt scripsisse, hunc vel illum Episcopum, Abbatem, Sacerdotem &c. inauguratum, depositum ab officio, aut mortuum hoc anno fuisse, & id qvidem non semper; qvandoqve enim consecrationem hujus vel illius narrant, sed nunqvam ejus mortem, aliasve res gestas, & contra. Pari modo unam alteramve causam vel litem forensem, qvam a persona vel loco aliqvo denominant, haud raro memorant; sed qvæ ejus occasio & materia, qvæ circumstantiæ, qviqve exitus fuerit, ne verbum qvidem afferunt, qvasi eos rerum patriarum puduerit, vel dedecori duxerint talia notare; qvæ eorum jejunitas facit, ut temporum antiqviorum notitia, qvatenus hanc ex eis vel solis, vel maxima ex parte, petere necesse est, non nisi arida, hiulca & imperfecta prodire possit. Ignoscendum tamen hoc aliqvomodo veteribus, qvibus papyri defectus, librorumqve caritas, talia in scribendo compendia sectandi necessitatem imposuerunt; qvod vero recentiores annalium conditores, etiam post papyri & typographiæ usum introductum, aliter non egerint, veniam non meretur.

f) *Codicilli emptionum, venditionum vel permutationum, Tabulæ Testamentorum, sententiæ judiciales,* aliave id genus instrumenta anno 1260 antiqviora, pauca vel nulla omnino amplius supersunt, imo neqvidem, qvantum mihi constat, *Visitationes Ecclesiarum* antiqvæ; unde in hac historiæ parte talibus uti non licuit, exceptis solum antiqvissimis illis *templi Reykholtensis Codicillis,* qvos ideo Tom. I. pag. 206 not. a. ab interitu vindicavi; qvorumqve adumbratio, qvatuor scripturæ specimini-

bus

bus conſtans, Collegio benigne annuente, in ære hîc exhibetur.

g) Plura multo hanc in rem contulerunt *Regum Norvegicorum hiſtoriæ*, & ſpeciatim *Ryggiarſtycki*, filiorum Haraldi Gillii, Sigurdi nempe & Ingii res geſtas continens, nec non *Sverreris* & *Hakonis Grandævi hiſtoriæ*, inprimis in eis, qvæ de Archi-epiſcopis Nidaroſienſibus Eyſteine & Erico, eorumqve cum Sverrere controverſiis agunt.

h) Maximo vero ad formam doctrinæ, Eccleſiæ regimen, nec non cæremonias ritusqve ſacros hujus temporis deſcribendos, emolumento fuit, præter paucas iſtas, qvæ adhuc ſuperſunt, *Archiepiſcoporum & Epiſcoporum conſtitutiones*, *Jus Eccleſiaſticum* Iſlandiæ *vetus*, ab epiſcopis *Thorlako* & *Ketillo*, Sæmundi polyhiſtoris multorumqve aliorum ſacri ordinis virorum conſilio, *Adzeri* vero Archiepiſcopi juſſu, 1123 conſcriptum. Hoc non niſi 25 capita primum habuiſſe videtur, nunc vero 35, qvorum ultimum ipſa hac narratione concluditur (vid. edit. Havn. pag. 140), habet. Qvæ autem inde ſeqvuntur, *conſtitutione de decimis* excepta, ex Jure civili, tanqvam ſubſidiario, inprimis circa actiones & id genus alia, aſſuta eſſe videntur; qvod tamen certe non affirmo, cum pauciſſimis juris hujus Eccleſiaſtici exemplis, qvæ hucusqve vidi, de capitum numero & ordine convenerit.

Ad *Periodum III.* ſeqventia monumenta antiqva plurimum contulerunt. ſc.

a) *Arna-Biſkups-Saga* ſ. *Arnæ Thorlaci filii epiſcopi Skalholtenſis Vita*, qvam nonnulli *ultimam Sturlungorum hiſtoriæ partem* non immerito appellant, cum, ubi hæc deſinit, incipiat, eiqve annexa ſæpius reperiatur. Autores vero alios habet, qvorum prior, ipſi Arnæ coævus fuiſſe, ſaltem, paulo poſt ejus mor-

tem,

tem, circa annum 1300 ſcripſiſſe videtur, unde hæc ejus ſcriptio, qvæ maximam operis partem efficit, multa admodum memorabilia continet; poſterior vero, cui appendix ſ. ultima capita debentur, multo recentior eſt, ita ut nonnulli hanc partem *Biörno de Skardzaa*, non incelebri antiqvario & annalium conditori tribuerint. Totum autem opus eximium eſt, eaqve cura & diligentia concinnatum, ut optimis hiſtoriis non multum cedat; cumqve nulla alia horum apud nos temporum hiſtoria ſuperſit, auro contra carum jure haberi debet.

b) *Laurentii* Holenſis Epiſcopi *Vita*, qvæ Arnæ vitam, ubi deſinit, excipit, & paulo poſt Laurentii mortem, qvæ in annum 1330 incidit, ſcripta videtur, atqve ideo, qvousqve pertingit, inſignis eſt utilitatis, eoqve majoris vere facienda, qvod etiam ſola ſui temporis ſuperſit. Autorem autem, ut non improbabiliter conjicitur, agnoſcit aliqvem Laurentii amicum non indoctum, ſcilicet vel *Egillum*, ejus in officio ſucceſſorem, vel *Bergum Socki filium*, Abbatem Munkathveräenſem, vel etiam *Einarum Haſlidi filium*, Paſtorem Breidabolſtadenſem, qvi omnes Laurentio perqvam familiares fuerunt.

c) *Fragmentum hiſtoriæ* ſ. verius *encomii Johannis Hallthori filii* Skalholtenſis epiſcopi, qvod tam Latinè qvam Iſlandicè habetur. Hoc autem minoris eſt momenti, cum nihil fere contineat, præter ea, qvæ autori ad ejus laudes prædicandas conducere viſa ſunt. Cum vero nullæ, qvantum mihi innotuit, hiſtoriæ ab his inde temporibus, ſuppetant, ad reliqva hujus Periodi colligenda uſus ſum.

d) *Annalibus vetuſtis* ſupra memoratis, cum qvibus haud parum doleo, me conjungere non potuiſſe egregium illud *Fragmentum Annalium ab anno* 1328 *ad annum* 1372, qvod a. b. *A.*

 *Magnæo*

*Magnæo* interdum allegari vidi, qvodqve inter Manuſcripta ab eo relicta adhuc in Membrana extare accepi, cum id ſcribenti ad manus non eſſet. Deniqve hic in ſubſidium vocavi:

e) *Jus Eccleſiaſticum* prædicti *Arnæ Epiſcopi*, *recentius* vulgo dictum, *Edicta & Reſcripta Regum* hujus temporis, *Bullas Pontificum Romanorum*, *Archiepiſcoporum & epiſcoporum conſtitutiones*, *templorum rationaria*, *Sententias judiciales & decreta magiſtratuum*, *Codicillos emptionum venditionum & permutationum*, *verbo*, *inſtrumenta omnis generis*, qvot reperire potui, qvæ aliqvid lucis hiſtoriæ eccleſiaſticæ affundere poſſe videbantur. De inſtrumentis autem notius eſt, qvam ut id multis hic adſtruere opus ſit, ea, ſi modo genuina ſint, inſignem prorſus in omni hiſtoria uſum præſtare, & ſpeciatim qvidem *ſententias judiciales* formam judiciorum., uſum fori, jurisqve & juſtitiæ exercitium, & adminiſtrationem apprime haud raro illuſtrare. *Tabulæ* vero *teſtamentorum*, *Codicilli emptionum*, & id genus alia, præterqvam qvod hunc vel illum epiſcopum, Abbatem, aliasve perſonas memorabiles nominant, præ cæteris docent, qvando hoc vel illud prædium, qvibusqve conditionibus, cathedris epiſcopalibus, monaſteriis, eccleſiisve ceſſerit. Sed talium perpauca, præſertim autographa, amplius apud nos ſuperſunt, poſtqvam Celeb. *A. Magnæus* eorum plurima ſua fecit, Hafniamqve aſportavit; unde etiam nonnulla, qvæ reliqvis vel raritate vel uſu præſtare viſa ſunt, tam in hac periodo, qvam in ſeqventibus integra exhibui, qvibus nunc, ex originalibus pergamenis inter Diplomata *Legati Magnæani* ſervatis, accedunt Bulla *Clementis tertii* anno 1189 data, qvâ *armorum uſus clericis*, ut & altera *Cæleſtini tertii*, de anno 1196, qvâ *jurisdictio Eccleſiaſtica laicis*, *interdicitur*, cum utraqve in Iſlandia juris vim obtinuerit, & in *Jus Eccleſia-*

*ſticum*

*ſticum recentius* ſ. *Arnæanum*, & prior qvidem in qvosdam hujus Codices antiqvos cap. VII, poſterior vero in omnes cap. IV migraverit. Sunt autem ſeqventis tenoris.

Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Uniuerſis clericis per Norweiam conſtitutis. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Cum arma clericorum iuxta ſacre ſcripture teſti[mon]monium orationes & lacrime iudicentur. periculoſum eſt uobis & profeſſioni ueſtre penitus inimicum. bellis uos carnalibus immiſcere. qui debetis etiam a curis ſecularibus abſtinere. Juxta illud apoſtoli. Nemo militans deo implicat ſe negotiis ſecularibus et cetera. Inde eſt qvod uniuerſitati ueſtre auctoritate apoſtolica prohibemus: ne quis ueſtrum niſi forte ut tribuat penitentiam & alia ſacramenta eccleſiaſtica. morientibus! & praua opera diſſuadeat! in expedicionem ire. aliqua temeritate preſumat. Alioquin! ſententiam quam propter hoc venerabilis frater noſter Nidroſienſis Archiepiſcopus in uos tulerit! nos auctore domino ratam habebimus! & mandabimus inuiolabiliter obſeruandam. Datum Laterani v cal. Februar. Pontificatus noſtri anno ſecundo

in dorſo, manu antiqva: ne clerici arma in expedicione aſſumant. in Bulla plumbea appendente: ab uno latere CLEMENS PP. III. ab altero facies Apoſtolorum Pauli & Petri cum gladio interpoſito, & ſolita inſcriptione S. PA. S. PE.

Celeſtinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. dilectis filiis Nidroſienſi capitulo Salutem & apoſtolicam benedictionem. Cum eccleſiaſtice dignitates & ſpiritualis iuriſditio a laicorum perſonis eſſe debeant aliene. mirari non ſufficimus. quod poſt canonicas inſtitutiones felicis recordationis Adriani pape predeceſſoris noſtri. quibus tres Archidiaconatus in eccleſia ueſtra diſtincxit. & decanum duxit unicum ordinandum. per laicos iurisditiones conquerimini eccleſiaſticas exerceri. & eis in ſpiritualibus indebitam poteſtatem concedi. Volentes igitur tam deteſtabile uitium a Nidroſienſi eccleſia remouere. auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus. ne aliquis laicus in dioceſi ueſtra eccleſiaſticam iurisditionem exerceat. uel cauſas audiat aut diffiniat. que iudicio exigunt eccleſiaſtico terminari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis & conſtitutionis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei. & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani xvj kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno Qvinto

in dorſo manibus antiquis: item qvod nulli committitur (committatur) ſpiritualium cauſarum jurisdicio, niſi clericis. in Bulla plumbea appendente: ex uno latere: CELESTINUS PP. III. ex altero, ut in Bulla Clementis.

Periodus

Periodus IV, ab anno 1400 ad annum 1550, cum intervallum temporis complectatur, maxima eruditionis, scriptorumqve coævorum, qvi ætatem tulerunt, penuria laborans, undiqve, & minutatim qvidem, collecta vestimento non inepte assimilari potest, ex laciniis omnis generis consuto. Multa autem, inprimis ex qvo ad tempora Reformationis propius accedit, præter *edicta & Rescripta regia, Archiepiscoporum & episcoporum constitutiones*, aliaqve instrumenta, tam publica, qvam privata, qvalia ad Periodum proxime præcedentem, recensui, *Annalibus* horum temporum debet, inter qvos facile eminet, insignemqve in multis, licet in chronologicis qvandoqve hallucinetur, usum præstitit *Biörni de Skardzaa* percelebre *annalium opus*, (de qvo hujus libri Tom. III. pag. 583, & alibi passim, plura diximus) qvod ab anno 1400 incipiens, ad annum usqve 1645 protenditur, jamqve Hrappseyæ 2 Volum in 4to Islandice & Latine editum habetur. Huic jungendi *Jonæ Egilli filii Annales rerum Ecclesiasticarum*, Oddi, Episcopi Skalholtensis, svasu, seculo proxime præterlapso, conscripti, & ab anno 1193, in qvo *Hungurvaka*, qvam continuant, desinit, ad autoris ipsius tempora perducti (conf. Tom. III. pag. 201-202 & alibi passim). Nec omnino prætereundi *Annales Jonæ Aresonii* parochi *Vatnsfiordensis*, ab anno 1395, in qvo *Flateyenses* desinunt, incipientes, & ad annum 1666 continuati (vid. loc. cit. pag. 528-529), qvamvis peregrina magis qvam domestica sectentur. Proximum his locum tenent Celeberrimi & eruditissimi *Arngrimi Jonæ* scripta, & in his maxime *Crymogæa*, & *Commentarius de Islandia*. Qvædam etiam *Arnoldi Hvitfeldii* Chronicon Danicum suggessit. In eis autem, qvæ ad universum Reformationis Ecclesiasticæ negotium spectant, ut omnibus aliis palmam facile præripiunt, ita utramqve hic paginam faciunt, incomparabiles Eminentiss. Sællandiæ episcopi *Ludovici Harboe commentationes de Reformatione Religionis in Islandia*, ab

anno 1539 ad annum 1551 deductæ, qvæ non tantum omnia illa, qvæ *Biörnus de Skardzaa*, *Jonas Egilli*, *Magnus Biörni*, aliiqve optimi prioris ævi ſcriptores hac de re reliqverunt, ſubminiſtrant, ſed & plurima alia, maximi momenti, eis nunqvam viſa, & apud nos non obvia; qvæ omnia & ſingula eo mihi utiliora, acceptiora, pretioſiora, fuerunt, cum ultimorum ſectæ pontificiæ in Iſlandia epiſcoporum, inprimis *Gottſkalki* & *Ögmundi Adverſariis* ſ. *libris epiſtolarum memorialibus*, qvos, cum aliis theſauris huc pertinentibus, *Bibliotheca Manuſcriptorum Magnæana* recondit, nulla mihi utendi, imo ne videndi qvidem, oportunitas fuerit.

Ad Periodum V. præter *Annales* ejus temporis, nuperrime memoratos, plurimum auxilii attulerunt *Regum auguſtiſſimorum Conſtitutiones & Reſcripta*, *Præfectorum Mandata*, *epiſcoporum Statuta Synodalia & epiſtolæ*, *dicaſterii generalis decreta*, *Præpoſitorum toparcharumqve ſententiæ judiciales*, aliaqve *inſtrumenta* fide digna, qvot reperire potui. Reliqvos autem ſcriptores, per qvos in hac hiſtoriæ parte profeci, ſigillatim hic recenſere nihil attinet, cum in ipſo opere ut plurimum nominatim citati ſint. Nemo tamen horum majorem obſervantiam & honorem a me meruit magno noſtro epiſcopo *Ludov. Harboe*, qvi præter ea, qvæ jam pridem attuli, & alia, qvæ in *Dedicatione Hiſtoriæ monaſticæ* paucis delineavi, multa admodum magniqve momenti ex inſtructiſſima ſua bibliotheca propriisqve annotationibus, maxime ad viri immortalis *Gudbrandi Thorlacii* vitam perficiendam & ornandam adjecit, qvæ omnia mihi temperare non potui, qvin intimo gratitudinis ſenſu hic commemorarem, ut poſteri noſtri, inter innumera ejus in eorum patriam & majores merita, hæc etiam in hiſtoriam eccleſiaſticam, ea qva par eſt veneratione proſeqvi, gratitudine recordari ſciant.

Periodus

Periodus VI. minimo omnium labore mihi conſtitit, cum ſubſidia ad eam concinnandam ad manus habuerim prioribus & plura & longe uberiora. Ut enim *conſtitutiones* & *literas regias*, aliaqve hujus temporis *monumenta* & *inſtrumenta*, qvalia ſupra memorata ſunt, taceam, *Annales Petri Einari filii de Ballaraa*, qvi res ſui temporis ab anno 1597 ad annum 1665 litteris conſignavit (vid. Tom. III. pag. 562), & *Benedicti Petri filii de Heſte*, ab anno 1665 ad annum 1718 vel 1724, (ibid.) prioribus, tam *Biörni Skardzaenſis*, qvam *Jonæ Vatnsfiordenſis* & *Magni Biornonis Vigurenſis* multum in eo præſtant, qvod circa ſolas res domeſticas verſantur, easqve ſæpiſſime plenius multo meliusqve enarrant. *Oddus Erici Fitienſis* prolixum etiam vaſtumqve *annalium opus* conſcripſit; cum autem majoris induſtriæ qvam judicii fuerit, multa qvidem parum utilia, qvædam etiam falſa, admiſcuit, qvapropter non ſine circumſpectione, & accuratiore examine eo uti integrum fuit (conf. loc. cit. pag. 563). *Compendium* vero *Annalium Oddi*, a *patre* meo b. m. adornatum, prorſus egregium eſt, ut nihil nunc dicam de *fragmento Annalium*, ab anno 1724 ad annum 1734, qvod ipſe conſcripſit; hoc enim omnes Iſlandorum Annales, qvos hactenus vidi, longe antecellit. Præterea duplicis generis ſubſidia ad hanc periodum præſto erant, multumqve emolumenti attulerunt, qvibus ſuperiora, qvotqvot ſunt, ſecula carent, *Statuta* nempe *Synodalia epiſcoporum Skalholtenſium*, & *Acta Comitiorum* ſ. fori generalis, illa ab anno 1639, hæc ab anno circiter 1622 ad noſtra usqve tempora; utraqve enim non ſolum ad oculum monſtrant, qvæ cauſæ & controverſiæ præ ceteris memorabiles in foro eccleſiaſtico pariter ac civili agitatæ fuerint, & qvalem progreſſum, finemqve ſingulæ habuerint, ſed & multa alia, & in his populi, procerumqve & magiſtratuum mores, communemqve cogitandi & vivendi rationem, uſum, qvem vocant, fori, legumqve qvovis tempore applicationem, &

qvod

qvod maximi intereſt, divinam circa cujuslibet rei, qvæ momentum traxit, exitum providentiam & directionem, qvam optime illuſtrant. Sed qvemadmodum unicuiqve ſuam, qvam ab hoc opere vere meruit, laudem conſtare libentiſſime volo, ita veritas jubet ingenue profiteri, univerſum, qvantumcunqve eſt, a principio inde ad finem præ omnibus promoviſſe ſcripta & collectanea, qvæ pater meus b. m. reliqvit, Tom. III. pag. 544 enumerata, & in his inprimis *Vitas utriusqve dioeceſeos epiſcoporum, geſta Præfectorum Islandiæ, & Recenſum Rectorum Scholæ Skalholtinæ*, in qvibus, ut aliis, qvæ ſcripſit, ſolida eruditio cum neceſſaria attentione rerumqve trutina & examine pari paſſu ambulant, cum autor, maximæ cetera diligentiæ, egregiæ memoriæ, acris ingenii, ſubactiqve judicii, magnam ſuperioris ſuæ ætatis partem his ſtudiis impenderit; verbo: ſi prædictos libros vel tractatus non ſcripſiſſet, ne dimidium qvidem horum ſcribere potuiſſem.

Proximum huic numero amicum meum in paucis honorandum, communisqve noſtræ patriæ decus Dominum *Johannem Erici* qvi, non ſolum, dum Anteceſſoris munere in Academia eqveſtri Sorona fungebatur, ſuam ad hoc opus revidendum curam atqve operam benevole contulit, &, qvæcumqve id maxime ornare & promovere poſſent, ſtudioſe monuit & conſuluit; ſed etiam, poſtqvam Hafniam vocatus, illuſtriora multo & graviora officia demandata accepit, parem in illud affectum, fidem in me, indefeſſus continuavit.

Nec reticenda opera, qvam huic hiſtoriæ navavit filius meus dilectiſſimus *Johannes Finnæus*, qvem, poſtqvam mihi a Rege Auguſtiſſimo in officio epiſcopali adjutor & ſucceſſor datus eſt, domum me recepiſſe, non minimæ in hac vita lætitiæ fuit.

fuit. Hic fcilicet non folum totius operis impreffionem & fingularum plagularum correctionem, ab initio inde usqve ad Tom. IV. pag. 344. cura, qva potuit, maxima, moderatus eft, fed etiam bene magnam Diplomatum, conftitutionum, & inftrumentorum antiqvorum partem, qvæ hiftoriam tantopere ornant & illuftrant, qvæqve priorum temporum mores, inftituta & cognitionis modum præ ceteris docent, magno ftudio collegit, fua manu exfcripfit, &, ubi opus erat, latine vertit. Ut enim ei, præter varias infignium virorum bibliothecas, thefauri *Manufcriptorum legati Magnæani* & *tabularia Cancellariæ Danicæ* patuerunt, qvo nomine illuftriffimis, qvi huic præfunt, Duumviris, & inprimis Excellentiffimo *Luxdorphio*, licet fola fere maximorum, etiam in Iflandos, meritorum fama mihi noto, non poffum non gratiffima animi fenfa palam hic profiteri; ita & in his, qvantum temporis anguftia & feftinatio imprimendi paffæ funt, excutiendis, plurima detexit, vel multo accuratiora & pleniora eis, qvæ ego ad manus habueram, vel mihi nunqvam vifa, qvæ omnia fuis locis partim integra adjecit, partim alio modo in ufum atqve emolumentum hiftoriæ vertit. Qvæ tamen omnia impedire non potuerunt, qvominus varia, qvæ neceffaria videbantur, omiffa fint, qvædam etiam menda irrepferint. Utraqve, qvantum qvidem hucusqve obfervari potuerunt, *Addendorum* & *Emendandorum* nomine, in Tomo IV. annotata reperiuntur, eisqve hic addo: *Haconem* illum *Norvegiæ Regem*, qvem pofteri fanctum appellarunt, non (ut Tom. I. pag. 416 ftatuitur) priorem, fcilicet *Magni legum emendatoris filium*, fed pofteriorem, nempe *Magni* vulgo *Smecki filium* haberi ab *Æneæ Piccolomineo* Senenfi in *Statu Europæ fub Friderico III.* cap. 25. apud *Freherum* Scriptor. Rer. German. Tom. 2. pag. 71 ubi: " *Patrum noftrorum memoria Woldemarus reg-* " *navit*, (in Dania,) *in Suetia Magnus*, *Aqvinus in Noruegia*, *qvem* " *ferunt diuinum fuiffe hominem miro prouincialium amore atque obfequio*

 " *cultum;*

*" cultum; huic conjux Magareta fuit Woldimari filia, ex qva natus Ola-" us Patri ſuccedens, breui tempore vita functus, Regnum matri reli-" qvit* &c.

De eis autem, qvæ vel ſupplementis vel emendatione indigere hucusqve comperi, generatim confiteri oportet, plurima mihi ipſi imputanda eſſe, vel qvia rectiora tunc temporis non novi, vel qvia monumenta, qvibus uſus ſum, minus recte intellexi, vel deniqve qvia unum & aliud, qvod tamen rariſſime eveniſſe ſpero, vitioſe ſcripſi. Qvædam etiam vitia inde ortum trahunt, qvod meum hoc ſcriptum, ut primum in chartam conjectum erat, peregre mittere coactus ſum, occaſione relegendi prorſus prærepta. Nec ſine culpa ſunt amanuenſes, qvorum multis uſus ſum, & qvi ſæpe exſcribendi operam prius non abſolverunt, qvam naves diſcedendo paratæ eſſent, unde relegendi curam aliis committere neceſſe erat. Deniqve etiam, poſtqvam omnia, qvæ præ manibus habui, qvam diligentiſſime excuſſeram, & inde ſelegeram qvæ veriſſima videbantur, eaqve Hafniam miſeram, alia haud raro nactus ſum, meliora & pleniora, qvalium exemplum *Augmundi Epiſcopi*, *Johannes Pauli fil.* & *Balthaſaris Thylii* vitæ Tom. IV. pag. 202 &c. & alia præbent.

Qvæ adhuc deſunt, addere, qvæ minus recte poſita ſunt, emendare, eruditæ poſteritati lubens relinqvo, ſpem certiſſimam fovens, cordatum qvemvis, harumqve rerum gnarum, qvæ erronea deprehendet benevole corrigere, qvæ manca, ſupplere,

malle,

malle, qvam, qvæ qvodammodo consistere possunt perversum in sensum trahere, vel perperam forte dicta fastidiose vel contemtim carpere; persvasum qvippe, multo facilius esse qvæ ab alio jamtum pro virili confecta sunt vituperare, qvin & expolire & perfectiora reddere, qvam omnia, ad tantum opus pertinentia, a primis inde fundamentis primisqve initiis repetere, glaciem, ut ajunt, per singula frangere, viamqve nulli prius calcatam, ut mihi sæpissime necesse erat, primum aperire.

In *indicibus*, qvi prædicto Domino *Finnæo* debentur, conficiendis ea fuit instituti ratio, ut *primus* totius operis compagem velut in tabula repræsentaret; *secundus* Seriem omnium Diplomatum & instrumentorum publicorum & privatorum, qvæ hic illic sparsa sunt, ut & *tertius* similem factorum & eventuum maxime memorabilium seriem secundum ordinem temporum dispositam, uno obtutu pervidendam exhiberet; & porro *qvartus* non tantum res, personas & voces notabiliores universim indicaret, sed etiam eis, qvæ ad cujuslibet personæ historiam pertinent, pro diversa vero materiæ conditione diversis locis qværenda sunt, recte colligendis inservire posset, qvod eo magis necessarium visum est, cum adeo multi homonymi fuerint, eorumqve historia secus facile confundi possit; Tandemqve *qvintus* voces maximam partem Islandicas, qvæ data opera explicantur, seorsim sisteret.

 Qvod

Qvod vero *Præfatio*, qvæ primo Tomo præmitti debuisset, jam demum prodeat, partim in causa est locorum distantia, qvæ primi Tomi publicationem plus integro anno retardavisset, si præfatio exspectanda fuisset, partim qvod ob varia illa, qvæ tam inter edendum, qvam post qvemlibet Tomum a prelo absolutum vel mutata sunt, vel accesserunt, convenientissimum visum est, Præfationem differri, donec omnia absolverentur, qvo melius universorum ratio reddi posset.

Skalholti Islandorum
Cal. Qvintil. MDCCLXXVII.

FINNUS JOHANNÆUS.

HISTO-

1

Til kirkio ligr i reykiaholte heimaland meþ ollō landscyldom

þar fylgia kyr tottogo · griþungr tuevetr · xxx · a · ochundraþ ·

þar ligr til fim hluter grunlar alrar enþriu huerfa undan nema

þar es munu reka · þat es hlaupa ȝ alr · ocþrir hluter ar ennar fyr
garþr

norþan miþberg.

II.

Skrin þat es stendr a altare, meþ helgō domō gefa þeir Magn̄ oc -

Snorre at helfninge hvarr þeirra · oc es þat kirkio fe um fr

am of þat es aþr es talet. kirkia a eṅ ii̅ fra klukur þer er þao

Snorri t halveig lėtu til stadar saungmeyiar: ii · z · ii · arnanatar.

en ta v. salmdar nat en ta vi. petrs natt + þar med mes o fan

III. þessa reka a kirkia i reykiaholti vndir fielli þr

þriðiung hvalreka ok halft viðreki z land ha lkt. vnd' ina fielli þriði

ongs hvalreka

hv avc tveggia ragoda. iliht ragoda sē vn dir þr fielli þriðiungs.

IV.

Kirkia su er stende i reykia holti er helgad

med guði ok aunno modvr dttē z hinū helga

petro pla · z enō hælga dionisio bpi

z henni helgo Barbare meyio.

# HISTORIA MONASTICA ISLANDIÆ.

ILLUSTRISSIMO ET SUMME VENERABILI

DOMINO

# LUDOVICO HARBOE,

Diœceſeos Siællandicæ Epiſcopo, SS. Theologiæ in Univerſitate Regia Havnienſi Profeſſori, Generali Eccleſiarum Inſpectori, & Societatis Regiæ ſcientiarum Havnienſis Membro.

Fautori & amico ſuo maxime colendo.

Sunt, qvæ nos conjungunt, communia, tam in ecclesiam, qvam literas, studia; sunt multa in me, meosqve, à TE collata beneficia; sunt in universam *Ecclesiæ Islandicæ Historiam*, qvæ qvo plenior & ornatior prodiret, accessionibus haud exiguis, mecum benignissime communicatis, primum effecisti, post ut publicis auspiciis ederetur procurasti, tandemqve editam adeo commendasti, ut emtores ultra exspectationem invenerit; sunt deniqve etiam in hanc ipsam *Historiam monasticam*, cujus conscribendæ primus mihi auctor fuisti, merita; qvæ omnia postulant, ut aliqvod saltem mea ex parte superet animi tot nominibus TIBI devincti monumentum.

 Accipe

Accipe ergo Vir Summe Venerabilis, Fautor æſtumatiſſime, fronte, ut ſoles, ſerena ſpecimen hocce, cetera TIBI optimo jure debitum, qvod tam TUI in me favoris & amicitiæ, qvam meæ in TE obſervantiæ & gratitudinis teſtem eſſe volui

TUI NOMINIS

Skalholti,
die 13 Maji 1775.

addictiſſimus cultor
*FINNUS JOHANNÆUS.*

## *Lector Benevole!*

Intempestivi scribendi pruritus ne nos damnare praeproperes, quasi, sine praegnante causa & sponte nostra, aut necessariis destituti subsidiis, aut iis, qvae habuimus, perfunctorie usi, aut deniqve infirmis incertisqve superstructum fundamentis lacunosum valde ac jejunum opus orbi literato obtrudere adnitamur, tribus tantum verbis tibi nos excusare, & suscepti operis rationem reddere necessum duximus. Primo itaqve causam incepti operis hanc habe: Cum Historiae Ecclesiasticae, praesertim medii aevi, non minimam partem esse Historiam Monasticam, nemo facile negaverit, nisi qvi talia studia aut nunqvam attigit, aut hospitem & vacuum plane animum inde retulit, unde seqvi videtur, eos qvi aut universalem totius Ecclesiae Christianae, aut ejus partis cujusdam peculiaris historiam concinnavit, non parum peccare & officio minus satisfacere, si hanc historiae partem aut penitus omittant, aut leviter tantum tractent. Nos vero, cum paucis ab hinc annis *Historiam Ecclesiasticam Islandiae* jussu supremi Magistratus conscriberemus, hanc ejus partem non qvidem plane omisimus, sed leviter admodum tetigimus, indicando tantummodo, hoc vel illo anno, hac vel illa occasione, hoc vel illud monasterium institutum fuisse, nullius autem, multo minus omnium, perfectam, aut qvanta ad nostram venit notitiam, monasteriorum, qvae in Islandia exstiterunt, historiam dedimus, qvod duplici inducti ratione fecimus, qvarum prior est, ne series rerum narrandarum longa ac taediosa digressione, in Abbatum tantum nomenclaturae, eorumqve emtionum, venditionum & permutationum recensione talibusqve minutiis consistente, interrumperetur; posterior vero, ne Historia Monastica, satis per se (praesertim qvalis a nobis promi potest) sterilis

ſterilis & jejuna, in multas diviſa ſectiones, in nihilum fere redigeretur, qvod neceſſario futurum fore autumabamus, ſi cuilibet Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Periodo & Sectioni, ea tantum, qvæ illi deberi videbatur, Hiſtoriæ Monaſticæ particula inſereretur; Integram autem, & in unum qvaſi manipulum collectam aliqvalem Hiſtoriæ ſpeciem præ ſe ferre poſſe putavimus, eaqve de cauſa illam jam ſeparatim in lucem prodire permittimus.

Secundo qvod tam ſterilis, jejuna & hiulca prodit, a ſubſidiorum tali operi perficiendo neceſſariorum penuria provenit. Non diffiteor, imo lubens fateor, ſi ante centum annos, cum Islandia pretioſum illum chartaceum theſaurum, qvi ab hoc tempore ex ea ad peregrinos tranſiit, adhuc retineret, cuiqvam patriæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam adornare placuiſſet, certe multo uberiorem & elegantiorem eandem dare potuiſſet, qvam jam, tot tantisqve amiſſis adminiculis, aut a nobis, aut qvoqvam alio, ſperandum eſt; noſtra enim ætate vix apud unum aut alterum venerandæ antiqvitatis amatorem, perpauca vulgarium hiſtoriarum exemplaria, eaqve ſæpius vitioſe deſcripta, ſed vix unus pergameneus codex invenitur: Qvod etiam de aliis antiqvitatum monumentis vere licet affirmare, cum antea apud viros doctos ſelectorum codicum & codicillorum refertæ exſtiterint Bibliothecæ, qvarum (ut eas tantum nominem, qvæ proximo ſeculo inclaruerunt, & ad exteros translatæ ſunt) celeberrimæ fuerunt: 1) *Melſtadenſis*, doctiſſimi viri *Arngrimi Jonæ* poſſeſſio, illum enim talium librorum copiam habuiſſe, ſvadent, tam ipſius ſcripta, qvam Regium mandatum, qvo omnes, qvi antiqvos poſſidebant libros, monebantur, ut eos cum illo communicarent; in mandatis enim habuit doctus ille vir, ut antiqvas hiſtorias Iſlandicas in Latinam lingvam transferret: Hujus autem chartacei theſauri qvandam partem vivus patronis & amicis, Chriſtiano Friis Regis Cancellario, Olao Wormio, & forte aliis, donavit, ut ex ipſius & Wormii epiſtolis colligere licet. Conf. præter alias Epiſt. *Wormii* 315; Reſidui autem pars per Thorkillum

lum Arngrimi filium, Bibliothecæ Regiæ, Wormio, Resenio, Torfæo, aliisqve ejus in Dania amicis cessit; Si qvid autem ejus jam in Islandia reliqvum est, id in Bibliotheca hæredum Toparchæ tractus Hunavatnensis Biarni Halthoris filii qværendum esse putamus. 2) *Holensis;* Episcopi Holensis, *Thorlaci Skulonii*, peculium, qvi antiqvos libros, qvotqvot in sua diœcesi indagare potuit, sibi comparavit aut exscribi curavit, qvorum multos Biörno Skardsaaënsi utendos dedit, eiqve auctor fuit, ut ex illis celebre illud *Annalium* opus qvod ab eo denominatur, *Lexicon Juridicum*, aliaqve colligeret & adornaret; Chartaceam hancce gazam hæredes, patre mortuo, inter se diviserunt; maximam autem partem, filiorum præcipuus, venerandus Theodorus Thorlacius Skalh. diœc. Episcopus ad se traduxit, eandemqve moriens unico filio Brynjolfo Thorlacio reliqvit, cujus magna pars Arnæ Magnæi Bibliothecam adauxit, reliqvum vero a blattis & tineis consumtum putem. 3) *Skalholtina; Brynjolfi Svenonii*, diœc. Skalh. Episcopi, pretiosissima supellex, qvæ omnes in Islandia institutas Bibliothecas longe præstabat, cujus, in Epistola 631, ad Svenum Jonæ data, 1646, Wormius talem facit mentionem: *Audio Dominum Brynjolfum selectam conqvirere Bibliothecam Manuscriptorum vestra lingva exaratorum:* unde ita argumentari licet; Si Brynjolfi Bibliotheca Manuscriptorum primo sexennio, qvo Episcopatum gessit, in tantam crevit magnitudinem, ut ejus fama Hafniam ad Wormii aures volaverit, certe multo major & selectissimis codicibus longe instructior fuit anno 1674, qvo ipse occubuit, nam eandem augendi & ornandi curam ad finem vitæ retinuit, licet senior factus hujus cimelii haud contemnenda parte Regiam Bibliothecam ornare necesse haberet, Augustissimi enim Regis & Monarcharum eruditissimi FRIDERICI III. mandatis anno 1656 & 1662 obediendum erat, ut qvam plurimos bonæ notæ libros membranaceos acqvireret, & Hafniam Bibliothecæ Regiæ inferendos transmitteret: Residua autem librorum Islandicorum pars, qvam duabus sibi cognatione junctis viragini-

bus moriens legaverat, ab earum hæredibus tandem in Arnæ Magnæi poſſeſſionem tranſiit, ita ut hodie ne reliqviæ qvidem in Iſlandia apud ejus hæredes reperiantur. 4) Qvarto loco nominandus venit cognatus meus *Thormodus Torfæus,* qvi prima vice anno 1659, qvotqvot acqvirere potuit, libros hiſtoricos ex Iſlandia in Daniam transportare cogitavit, ſed a Svecis, qvi tum temporis cum Danis belligerarunt, captus, librisqve unacum aliis qvæ habebat, ſpoliatus fuit: Altera vice, anno 1662, ejusdem negotii cauſa, ſed Regia præmunitus auctoritate, ejusqve literis utriqve Epiſcopo commendatus in Iſlandiam venit, tumqve, tam eorum, qvam aliorum Procerum ope ſuffultus, tantam optimæ notæ codicum reiqve librariæ copiam corraſit, ut redux Regiam Bibliothecam & augere & ornare poſſet, inſtructiſſimæqve, qvam ipſe poſtea poſſedit, firma jaceret fundamenta. Tandem autem & ultima vice anno 1668 Iſlandiam ingreſſus, qvotqvot ejusdem generis libros acqvirere potuit, diſcedens ſecum avexit, & Bibliothecam a Manuſcriptis inſtructiſſimam inſtituit, qvæ, ipſo ſeneſcente, partim a blattis & tineis, partim mucore & putredine non parum damni paſſa fertur, qvod autem ejus, cum moreretur poſſeſſor, reliqvum fuit, celeberrimo Arnæ Magnæo ceſſit. 5) Omnes autem, qvas hucusqve memoravi, longo poſt ſe intervallo reliqvit inſtructiſſima *Arnæ Magnæi* in Academia Hafnienſi olim Profeſſoris meritiſſimi Bibliotheca. Hic enim, abſoluto Academicorum ſtudiorum curriculo, cum Hafniæ lares figere, & totum ſe Antiqvitatum Borealium ſtudio dedere decreviſſet, libris & documentis Iſlandicis ſibi opus fore prævidens, huc ſe contulit, uniusqve anni ſpatio tantum rei librariæ acqviſivit, ut vaſtiſſimæ Bibliothecæ haud ſpernenda jaceret fundamenta, qvam ulterius ædificandi & adornandi, ei, anno 1702 exoptatiſſima oblata eſt occaſio, cum a Rege in Islandiam, titulo Commiſſarii Regii ornatus, mitteretur, ut non tantum omnium incolarum ætatem, ſtatum, conditionem & poſſesſiones annotaret, ſed eorum, ut & pecoris & jumentorum certum

iniret

iniret numerum, prædiaqve & villas qvam accuratiſſime deſcriberet, qvod munus ei univerſam Iſlandiam peragrandi, & cujuslibet fere incolarum loculos ſcrutandi, veniam & occaſionem præbuit, a qvovis enim Proprietario aut fundi cujusdam poſſeſſore exigebatur, ut autoritates, qvas haberent, reliqvorumqve codicillorum autographa, aut accuratiſſime deſcripta apographa proferrent; cum vero plerisqve antiqva documenta deſcribere arduum eſſet, ipſa autographa (originales) produxerunt, qvorum plurima penes eum remanſerunt, data ſponſione ut qvam primum reſtituerentur, qvod hodie nondum factum eſſe, haud pauci muſſitant. Huic nundinationi cum integrum decennium indefeſſus impendiſſet, Iſlandiam antiqvorum librorum & cujusvis fere generis, qvos habere aut poſſidere voluit, codicillorum, fere vacuam reliqvit; tanta hujus mercis collecta copia, ut præter, neſcio qvot, ſcriniorum decades, qvas anno 1712 diſcedens ſecum avexit, 30 (qvidam volunt 50) libris & chartis refertas ciſtulas Skalholti relinqveret, qvæ ibidem usqve ad annum 1720 manſerunt, qvo tandem a Regiæ Claſſis Præfecto Petro Raben Hafniam transvectæ fuerunt. Augebatur præterea qvotannis theſaurus hicce minoribus acceſſionibus, qvæ ab amicis viro celeberrimo mittebantur, usqvedum in tantam magnitudinem excreverat, ut parem vix habuiſſe exiſtimetur; Ad illam enim qvaſi ſingulare qvoddam & proprium ſuum centrum, Iſlandiæ omnes (imo & plurium provinciarum) Antiqvitates, ut in ea perirent, confluebant. Ampliſſimam fuiſſe ſat ſcio, eandem enim ante incendium Hafnienſe ipſe florentem & integram multoties oculis luſtravi, ejusqve, qvæ ſuperſunt, reliqvias ex flammis exportavi, ultimusqve omnium, cum ejus chartas lambere inciperet incendium, tantum damnum dolens, exivi; cumqve harum rerum oculatus teſtis ſim, vere & ſerio affirmare audeo, vix tertiam partem flammis ereptam fuiſſe, unde de integræ magnitudine poteſt judicari. 6) Tædioſum nimis foret, ſi omnes eruditos, qvi ex Iſlandia libros Manuſcriptos, Antiqvitates

patrias illuſtrantes exportari curarunt, ſuasqve Bibliothecas iisdem auxerunt, ſcripta vero eorum contentis ornarunt, enumerare vellem; Sed *Olaus Wormius*, *Thomas Bartholinus* & *Joh. P. Reſenius*, qvorum qvisqvis talium haud ſpernendum apparatum ſibi comparaverat, ut ex eorum ſcriptis colligi poteſt, omitti non debent, licet nullus eorum tantam habuerit Iſlandicorum codicum copiam ut ſuperius memoratis qveat comparari: Sed qvicqvid talium librorum habuerunt, aut eorum maxima pars, cum Hafnienſis Univerſitatis Bibliotheca anno 1728 incendio periiſſe perhibetur. Alios autem, qvorum haud parvus eſt numerus, qvi per amicos aut clientes ſimile qvid fecerunt, lubenter miſſos facimus, & ad extraneos nos convertimus, qvorum unice nominandi ſunt:

*Sveci*, qvi haud dubio inter Iſlandorum librariæ ſupellectilis emtores & exportatores primum locum merentur, uberrimum enim eos Manuſcriptorum Iſlandicorum apparatum coacervaſſe teſtatur *Nicolaus Dahl* in Hiſt. Coll. Antiqv. Veciæ, qvod per Iſlandos qvosdam, qvi apud eos merebant, fecerunt; qvorum primus & præcipuus fuit *Jonas Rugmann*, qvem anno 1660 ad conqvirenda redimendaqve vetera Iſlandica Manuſcripta in Iſlandiam miſerunt, unde bona Manuſcriptorum copia collecta in Sveciam rediit. Et licet ejus negotii cauſa plures in Iſlandiam ablegati non fuerint, fatetur tamen ipſe *Dahlius*, *Jonam Egerhardi*, *Magnum Benedicti*, *Isleifum Thorlevium* Paſtorem in Öere Skutulfiordenſium, *Einarum Einari* Præpoſitum Toparchiæ Gullbringenſis, *Arnam Haqvinium*, *Franciſcum Jacobi* & *Thordum Thorlacium*, utilem Svecis in communicandis Manuſcriptis operam navaſſe. Reliqvi autem, qvi in Svecorum Coll. Antiqv. ſub Inſpectione *Gudmundi Olai* filii, ut librarii meruerunt, ſcil. *Helgo Olai* (Gudmundi frater,) *Loptus Joſephi*, *Arngrimus Jonæ*, *Jonas Vigfuſius*, & *Gudmundus Gudmundius*, licet in exſcribendis antiqvis codicibus utilem Collegio operam navarent, & unum forte aut alterum Iſlandicum Manuſcriptum Collegii Bibliothecæ ceſſerint, non tamen inter eos numerantur qvi eandem mul-

tum

tum locupletarunt. De omnibus autem ita concludit *Dahlius: His incrementis Antiqvitatum Archivi ſupellex Manuſcriptorum lingva veteri ſeptentrionali exaratorum, in tantam vim crevit, ut codicum multitudo editos Catalogos Peringſkioldianos & Torfæanos ſuperet; nec parem eorundem agnoſcat collectionem, niſi laudatiſſimi viri Arnæ Magnæi &c.* Hæc omnia ideo adduximus, ut probaremus, etſi majoribus noſtris nec libros conſcribendi induſtria, nec eosdem conſervandi & ſpecioſas erigendi Bibliothecas, conatus defuerit, fortuna támen novercante, eventum laudabili inſtituto non reſpondiſſe, cum maxima librariæ hujus ſupellectilis pars, aut ad exteros ablata ſit, aut penitus perierit, unde neceſſario ſeqvitur, cum Iſlandia ideo librorum inopia laboret, tam a nobis, qvam qvoqvam alio, indigenis tantum ſuffulto ſubſidiis, perfectam Iſlandiæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam fruſtra ſperari, qvare audacter pronuntiamus, ſolam librorum & adminiculorum inopiam, non vero noſtram incuriam & oſcitantiam obſtitiſſe, qvo minus hancce Hiſtoriam Monaſticam perfectiorem edere potuerimus; qva de re ſatis; ſed data hactenus ſcriptionis occaſione, ejusqve tenuitatis excuſatione, reſtat

Tertium promiſſionis & Præfationis comma, ut fontes, ex qvibus hauſimus, indicemus. Sunt autem illi iidem ac Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & qvos in ejus fronte breviter recenſuimus: 1) *Antiqvæ* ſcilicet *Hiſtoriæ* patria lingva conſcriptæ, qvæ aliqvam cujusdam Monaſterii, Abbatis aut monachi mentionem faciunt, qvarum præcipuæ ſunt *Landnámabók*, *Húngurvaka*, *Sturlúnga ſaga*, *Arna biſkups ſaga* & *Laurentius biſkups ſaga; Annales* complures & *Documenta* antiqva, codicilli ſcil. emtionum, teſtamenta, ſententiæ judiciales, libri genealogici, & id genus alia. Ingratus omnino eſſem, ſi hic tacitus præterirem clariſſimos & in hoc ſtudiorum genere longe peritiſſimos Duumviros, ARNAM MAGNÆUM, in Univerſitate Hafnienſi Hiſtoriarum, Geographiæ & Antiqvitatum Profeſſorem meritiſſimum, meum qvondam, cum Hafniæ Muſis operam darem, patronum & fautorem ſingularem; &, qvi primo

 loco

nominari debuit, patrem meum ſumme venerandum ac dilectisſimum, JONAM HALTHORIUM, Myſtam Curiæ Hytdalenſis & Præpoſitum Eccleſiarum, qvæ in Toparchia Myrenſi (vulgo Mýraſýſla) ſitæ ſunt, vigilantiſſimum, qvorum uterqve *Excerpta* qvædam *ad Hiſtoriam Monaſticam* Iſlandiæ reliqvit, qvæ in noſtras manus venerunt: Lacunoſa ea qvidem ſunt, ita ut neminem qvandoqve nominare poſſint, qvi hunc vel illum hiatum impleat, qvandoqve etiam tam jejuna, ut nihil præter Abbatis nomen adferant, qvod documento eſt, non habuiſſe viros illos doctiſſimos ac diligentiſſimos meliora aut ſufficientia ſubſidia, unde perfectam conſcriberent Hiſtoriam Monaſticam Iſlandiæ; ſed nihilo minus, inſigni nobis fuerunt uſui ac adjumento, ita, ut fere utramqve operis noſtri paginam faciant. Hiſce, qvæ jam enumeravimus, freti fultiqve ſubſidiis, parvum hocce opuſculum concinnare aggreſſi ſumus; cumqve plura ad ejus perfectionem facientia acqviri poſſe deſperemus, in plurium manus ut veniat, conſentimus, confiſi, qvod Benevolus Lector conatum noſtrum (qvo ipſi viam monſtravimus & glaciem fregimus, ſi idem vadum tentare libeat) æqvi boniqve conſulat, & ſi poteſt aliqvid præſtantius producere, id ne velit Publico invidere, enixe rogamus & optamus.



HISTO-

# HISTORIÆ MONASTICÆ ISLANDIÆ.

## Cap. I.

### *De Monasteriis in genere.*

Islandos, ſimul cum Religione Chriſtiana, abuſus etiam & ſuperſtitiones Romanæ Eccleſiæ imbibiſſe, multis probari poteſt documentis, qvorum non minimi momenti eſt, qvod verum Deum agnoſcere, eumqve adorare, & totius mundi Salvatoris meritum, fide per ſinceram operante charitatem, apprehendere, ad æternam adipiſcendam ſalutem ſufficere, non videretur, ſed neceſſaria etiam eſſe opera electitia, qvibus eandem promererent, imo etiam ſupererogationis, qvibus aliis ſuccurrere poſſent; teſtimonio eſt vita religioſa ſeu Monachiſmus, jejuniis & precibus indeſinenter, ut videri voluerunt, vacans. Qvod vitæ genus indeqve fluentes tam uſus qvam abuſus, cum primis religionis Chriſtianæ fundamentis apud nos radices fixit, cumqve tempore crevit, & usqve ad Reformationem Lutheranam perduravit. Licet a primis fundatoribus haud mala intentione inſtitutum eſſet, ut Monaſteriorum alumni, qvos Chriſtianæ religionis firmiſſimam columnam eſſe putarunt, aſſiduis precibus jugi Sacræ Scripturæ lectioni, bonarum artium ſtudiis, juventutis informationi, aliisqve pietatis exercitiis operam navarent, ideoqve in eorum ditatione & dotatione unus cum altero certaret, & qvicqvid illis legabatur, ipſi Chriſto datum eſſe cenſeretur. Eximia hæc, qvam de vitæ monaſticæ ſanctimonia imbiberant, opinio magnates qvosdam, ut in medio fortunæ flore, mundo (ut dici & videri voluerunt) valedicerent, ac in

monaſteria

monafteria femet abderent, induxit, in qvorum numero fuerunt *Thorkillus Geiri* filius, *Thorgilfus Oddi*, *Thorgeirus Halli*, *Gudmundus Gris* & *Thorvaldus Giffuri* filius, omnes fui feculi decus & honeftamentum; Qvidam autem fortunæ volubilitatem timentes, & ut commifforum fcelerum pœnam pœnitentia averterent, qvam triftem monachorum vitam efficienter promovere putabant, eadem ingrediebantur, qvod primus cogitavit *Jonas Lopti*, fed morte præventus exfeqvi non potuit; Comes autem *Gisfurus Thorvaldi*, *Gudmundus* Dýre, *Sigurdus Ormi*, aliiqve, actu impleverunt. Et fane non negari poteft a principio qvorundam monafticorum mores inculpatos fuiffe, nifi qvod qvidam nimium dediti fuerunt fuperftitionibus, qvas pro pietate venditarunt: Floruerunt etiam in plerisqve monafteriis ftudia usqve ad annum 1300 aut diutius, doctosqve qvandoqve habuerunt Abbates & fpeciofas fatis Bibliothecas. Brevi tamen omnis eorum pietas in inanium precuncularum recitationem, Litaniarum, miffarum & inferiarum boatus degeneravit, qvarum licet multi magnam partem, & qvidam ne unum qvidem verbum intelligerent, ingenti tamen pretio rudiorum fuperftitioni vendebant. Taceo deteftandam hypocrifin, avaritiam, otium, lafciviam, fummam bonarum artium ignorantiam, & nefcio qvod non defidiæ & prævaricationis, interim tamen maleferiati ifti nihilo fecius *Religiofi* vocari voluerunt. Species horum nobis duæ tantum memorandæ veniunt: *Anachoretarum* fcilicet & *Cœnobitarum.*

*Cœnobitarum* magnus fuit numerus; fed eorum *Ordines*, aut ut loqvi folent, *Regulæ*, non nifi binæ, Sancti fcil. *Auguftini* & *Benedicti*, apud nos invaluerunt, qvarum prior in plerisqve Skalholtinæ, pofterior vero in Holanæ diœcefeos monafteriis obfervabatur.

*Ordo Auguftini*, fi, ut ejus alumni jactant, a Sancto Auguftino celeberrimo illo Hipponenfi Epifcopo, qvi Seculo 4 & 5 floruit, non eft inftitutus, ab illo faltem originem denominationis traxit; Monachis enim fuburbii Hipponenfis inftitutionem qvandam dedit, & librum fcripfit *de opere Monachorum*, qvod occafionem monachis præbuit, ut poft ejus mortem Auguftini ordinis nominari vellent; Cujus nominis celebritas effecit, ut brevi longe lateqve hic ordo propagaretur, paffimqve monafteria ad Regulam Auguftini inftituerentur; qvam paulo poft annum 1200 Innocentius Tertius & circa annum 1256 Alexander Qvartus Pontifices Romani aut confirmavere aut reformavere, inter alia præcipientes, ut Religiofi pallio nigro uterentur, qvi veftitus a b. Luthero, qvi ordini nomen dederat,

rat,

rat, ad Clericos Ecclesiæ Lutheranæ transiit, & hodiedum in usu est. Hicce ordo diversas complectitur species, ut *Eremitarum*, *S. Brigittæ*, *Nudipedum*, *Secularium*, *Regularium*, *&c.* Sed huc tantummodo pertinent *Augustini Regulares*, utpote qvi fide Documentorum soli in Islandiam transplantati sunt.

*Ordo Benedictinorum* sua primordia & nomen debet S. Benedicto, qvi Seculo 6 floruit; Hic nobili loco natus & artibus liberalibus imbutus, ephebis vix egressus, in cellam qvandam Sublaci se contulit, ubi per tres solidos annos neminem mortalem vidisse, nullumqve diei, noctis vel temporum aut festorum discrimen novisse fertur. Duodecim deinde monasteria fundavit, in qvorum nullo ultra duodecim fratres toleravit, utpote majorem in uno loco numerum Regulæ haud facile subjici posse autumans. Anno demum 528 in cœnobium Montis Cassini secessit, qvod ex eo tempore multa sanctitatis fama inclaruit. Anno 542, vel, ut alii volunt, anno seqventi, die 21 Martii, vitæ finem præsagiens, in oratorium Sancti Johannis Baptistæ portari se jussit, ibiqve devote suspirans, stans & erectus decessit. Plurimæ hujus ordinis subdivisiones temporibus subseqventibus enatæ sunt, qvæ ad nostrum propositum non pertinent, cum hic in Islandia *Regulares Sancti Benedicti* tantummodo fuerint.

Monasteria autem apud nos, ut alibi terrarum, fuerunt: α) *Monachorum*: ut *Thingeyrense*, *Munkathveraaënse*, *Thyckvabajense*, *Helgafellense*, *Videyense*, *Mödruvallense* & *Skridense*, aliaqve qvæ ætatem non tulerunt, de qvibus plura suo loco dicemus. β) *Monialium*: ut *Kirkiubajense* & *Reinestadense*. Priora iterum distingvebantur ratione regiminis externi; Qvibusdam enim, ut Thingeyrensi, Thveraaënsi, Thyckvabajensi, Helgafellensi & Videyensi *Abbates* præfuerunt, qvi post Episcopos summa dignitate florebant, plenam, non tantum suum monasterium, tam in spiritualibus, qvam temporalibus regendi potestatem habentes, sed etiam plerumqve, ad augendam dignitatem, Episcoporum intra determinatos limites Vicarii fuerunt, unde communiter hujus vel illius monasterii Abbates, & Sancti Templi Cathedralis Officiales salutabantur. Qvædam autem monasteria a *Prioribus* gubernabantur, qvalia fuerunt Mödruvallense & Skridense.

Fuit autem *Prior* Abbati honore proximus, sed non omnino par; qvi tam ratione potestatis, qvam duratione officii, distingvi possunt. Qvidam enim pariter ac Abbates plena, tam in secularibus, qvam spiritu-

 alibus

alibus gaudebant poteftate, ut Priores Monafterii Skridenfis; Qvibusdam illa tantum in fpiritualibus, id eft, cura templi, ejusqve ornamentorum, cæremoniarum, ftudiorum, morum, & talium conceffa fuit, fed in temporalibus eadem interdicta, qvales fuerunt Priores Mödruvallenfes, cujus monafterii Abbas ipfe fuit Epifcopus fibi in temporalibus omnem arrogans poteftatem. Tandem etiam Prioris titulo infigniti fuerunt primi ordinis Monachi, qvi Abbatibus decedentibus aut abfentibus monafteriis ad tempus præfuerunt. Similiter etiam *Abbatiffæ* parem non habuerunt poteftatem, nam Abbatiffæ Reineftadenfes limitata tantum gaudebant, unde earum Acta in temporalibus, ut emtiones, venditiones aliaqve pacta non valebant, nifi Epifcopi accederet confirmatio, ipfe enim fe earum Abbatem geffit. Sed Kirkiubajenfis Abbatiffa abfoluta in utroqve genere poteftate prædita fuiffe videtur. Occurrit etiam in Documentis Reineftadenfibus *Prioriffæ* titulus, fed qvi tantum competebat primariæ Sorori qvæ vacante Abbatiffarum officio reliqvis præfuit, & ad tempus Abbatiffæ vices geffit, perinde ac Priores illi de qvibus nuper verba fecimus.

Duraverunt hæcce monafteria, & ab Abbatibus, Prioribus & Abbatiffis ad normam inftitutionis regebantur, usqve ad medium feculi 16, feu tempus Reformationis, qvo Regii Præfecti ea occuparunt, omnesqve eorum proventus Regio ærario inferri jufferunt, qvod tamen non fimul ac femel accidit, fed paulatim & diverfis temporibus, nam monafteria qvæ Videyæ & Helgafelli fita erant, occupata fuerunt, illud 1542, hocce vero 1544; Reliqva autem, qvantum conjectura affeqvi licet, circa annum 1551. Teftantur noftratium Annales, Gloriofiffimo Regi Chriftiano III eam primo fuiffe mentem, ut monafteria Islandica in fcholas ad informandam juventutem converterentur, qvod etiam ipfius literæ ad monafteriorum in diœcefi Skalholtina Præfectos, anno 1542 fefto Præfentationis Mariæ datæ, abunde confirmant, vide *Hiftor. Ecclef. Island.* Tom. 2. pag. 274. Sed optima & utiliffima hæcce intentio ad maturitatem non venit, nam inftituto brevi mutato, Rex ærarii albo monafteria Islandica infcribi juffit: Cujus mutationis caufa Islandorum proterviæ, qvod gratiofiffimæ illi Regis voluntati de monafteriis in fcholas commutandis, obedire noluerint, immerito imputatur, cum in Islandia hæc juffa non nota fuerint priusqvam 1543, fimul ac, aut poftqvam, Videyenfe a Regiis occupatum fuit. Nec Cancellarius Regni Johannes Friis, ut qvidam volunt, folus in caufa fuit, fed Præfectorum Islandiæ avaritia, ut ex lucello, qvod ex elocatio-

ne

ne monafteriorum ftatim poft Reformationem captabant, ditefcerent, ut ex literis Regiis datis 25 Decembr. 1542 patet, qvos loc. cit. pag. 298 adtulimus. Sed frivolam fuiffe Regiorum caufationem, inde patet, qvod tunc temporis, ut & ante & poft, villa Regia Beffaftader fedes erat Præfectorum Infulæ, qvod probat, aut Stigfonium, aut alium qvendam, non tam vera, qvam fibi lucrofa Domino fuo retuliffe. Et licet Gloriofiff. Rex in hoc edicto fuam voluntatem, ut in reliqvis monafteriis fcholæ inftituerentur, denuo aperte fatis declaraverit, brevi tamen utiliffimum illud propofitum aliorum interventu & perfvafionibus mutatum fuiffe eventus probavit; nam Helgafellenfe feqventi mox anno, ut vulgo perhibetur, reliqva autem anno 1551 a Regiis Præfectis occupata fuerunt, eorumqve proventus, aut qvod annuæ mercedis loco a conductoribus pendi folebat, Regio ærario inferri cœpit.

## CAP. II.

### *De Anachoretis.*

Qvod *Anachoretas*, aut folitariam fectantes vitam, attinet, paucos qvidem, fed utriusqve fexus qvosdam, eosqve ante inftituta monafteria habuimus. Utrum vero rectius *Anachoretæ*, an *Reclufi* five *Claufi* nominari debeant, aliis judicandum relinqvo. Ab Anachoretis in eo differunt, qvod in eremo aut locis ab aliorum confortio longe diftantibus non habitabant, fed in cafula aut domuncula prope aliorum habitationes. Sed perinde ac *Reclufi*, qvi poftqvam aliqvamdiu in cœnobio aut ftatu qvodam œconomico vixerant, in cellas feu clauftra fua fe abdiderunt, unde, nifi ingruente vitæ periculo, aut fi in certum qvoddam templum eundum effet, non egrediebantur; fic noftri qvidem in monafteriis, aut in contubernio fui fimilium, vel etiam in ftatu œconomico primo vixerunt, fenefcentes autem cafis fuis fe incluferunt, unde ut exirent, aut cum aliis, fine fumma neceffitate loqverentur, ut Ulfruna, de qva plura paullo infra, fibi perfvadere non funt paffi. Cum noftra nihil interfit qvo tandem nomine nuncupentur, aut ad qvam claffem potius referri debeant, eos fub Anachoretarum nomine producimus; qvorum primus fe offert *Jörundus Ketilli* filius, natione Hibernus, a gentilibus in religionis contemtum

*christianus* cognominatus, qvi prædium, de suo nomine dictum Jörundarholt, incoluit, qvod nunc est sedes Pastoralis, sub nomine Gardar in Akranefo. Hic licet undiqvaqve gentilibus circumcinctus esset, qvi illum christianæ religionis causa oderunt, contemserunt & deriserunt, nihilo tamen minus eandem ad mortem usqve illibatam retinuit; Et senex factus casulam sibi exstrui curavit, in qva seorsum vixit, precibus & meditationi nocte dieqve intentus. Vixisse videtur circa annum Christi 900 (a).

Alter fuit *Asolfus* cognomine *Alskik* ɔ: optime moratus, Konali filius, itidem Hibernus, Jörundi ex sorore nepos, & in religionis amore æmulus. Hic ex Hibernia trajiciens, ad orientalem Islandiæ oram appulit, & undecim comitum stipatus satellitio, primum ad Thorgeirum Hördlandum dictum, qvi prædium Hollt in tractu Eyafiallensi situm incoluit, cum suis sese contulit, ubi tentorium fixit, amissisqve tribus, qvi morbo decesserunt, sociis, non procul ab eo loco, in qvo postea templum Asolfskalense fundatum fuit, permittente Thorgeiro, qvippe qvi omne cum gentilibus commercium detestatus, ne victum qvidem ab iis mutuandum neve acceptandum putavit. At illi, de indaganda qva alimenta compararent ratione, multum solliciti, eos in amne casulæ contermino, qvi matura jam hyeme insolita truttarum copia fertilis erat, piscaturam exercere subolueruntt. Thorgeiro igitur præoccupatæ piscium capturæ injuriam conqverente, Asolfus ad alterum amnem, qvi Iraa; ɔ: amnis Hibernorum, hodiedum audit, secedere cogitur, ubi aliud tugurium erexit. Advertentes tribuarii, non minorem truttarum multitudinem hunc ei suppetere amnem, acsi cum ipso ab uno loco in alterum aufugisset, eum confestim exinde depulerunt. Ad tertium itaqve amnem tertium tugurium erigere necesse habuit; sed res ad similem pervenit exitum. Miraculum istud complures magiæ & incantamentis Asolfianorum adscripserunt, Thorgeiro certissimum integritatis & sanctimoniæ signum reputante. Ineunte vere, cum suis Asolfus ad Jörundum avunculum suum, qvi Gardas in Akranefo inhabitavit, delatus, ab eo ambabus ulnis excipitur, sed oblata hospitalitatis officia penitus respuit; causam, solitariæ vitæ agendi desiderium, interponens. Qvo audito Jörundus casulam ei in prædio Holm exstrui, necessariaqve illuc alimenta deportari curavit. Ingravescente ætate

(a) Vid. *Landnámabók* Edit. Havn. libr. 1. cap. 15. pag. 31.

ætate Asolfus anachoreticæ vitæ genus ſecutus, intra tugurium, qvod in eodem loco ac templum poſtea Holmenſe exſtructum erat, ſeſe continuit, ubi tandem, poſtqvam ſenex vitam cum morte mutaverat, ſepulturæ mandatur, ſanctitatis laude diu ſuperſtite. Contigit enim, non multo ab hinc tempore, cum Halldorus Illugi Rufi filius memoratum incoleret prædium, ut ancilla qvædam Asolfum per ſomnium ad ſe venientem videret, & ſe propterea vehementius increpantem, qvod e bovili mulctu rediens, calceis tumulum ſuum lutulentis inqvinare ſoleret; id autem nulla ratione expiandum alia, qvam ut ſomnium Halldoro exponeret, qvo facto illam in gratiam redituram. Paruit ancilla monito, ſed Halldorus enarrantis verba pro anilibus nugis habens, viſiones ejus ad ſomnia muliebria referendas dictitavit. Cum autem Præſul Rudolfus lares de prædio Bai transferret, uni ex ſuperſtitibus inibi Monachis per qvietem apparuit Asolfus, juſſitqve, ut tumulum inter bovile & villam Holmenſem jacentem una argenti marca emeret, qvem in finem monachus ſervum ad Halldorum ablegavit, qvi oſſa Asolfi exhumata domum ſecum deportavit. Subſeqventi nocte Halldorus Asolfum ſomniavit, minantem oculos ſe illi eruturum, ni oſſa ſua tanto, qvanto tumulum vendiderat, pretio redimeret, qvibus minis impulſus, & reliqvias emit, & ſcrinio ligneo incluſas ſuper altari templi Holmenſis collocavit. Vid. *Landnámabók* loc. cit. Horum uterqve uxorem habuit & liberos reliqvit.

Tertius eſt fœminini ſexus *Gudruna* filia *Oſvifi*, viri ſapientiſſimi, Eiſteini Archiepiſcopi abavi ſoror, nam Oſpakus frater Gudrunæ genuit Ulfum, ille autem Jonam Robuſtum Jonas Indridum Eyſteini patrem. Fuit Gudruna ſuæ ætatis virago inclyta, eximiis, tam corporis qvam animi dotibus inſtructa; Qvatuor habuit maritos, qvorum cum primo, cui invita nupta fuit, divortium fecit. Alterum (qvem ad repudiandam propriam conjugem & ſemet ducendam inſtigavit) & ultimum, naufragio amiſit. Tertium vero, invidia adducta, una cum qvatuor fratribus, qvorum natu maximus fuit Oſpakus, incitavit ad necandum Kiartanum Olai filium, cujus homicidii pœnam exilio fratres, ſed maritus capite luit.

Hæc prima in Islandia exſtitit *Nonna*, nam in ſenectute pietati ſemet dedit, qvippe qvæ mane, meridie, veſpere, & intempeſta nocte ad fundendum preces templum adiens, Pſalterium (ɔ: Litanias qvasdam aut Pſalmos qvosdam Davidis) recitavit &c. Tandemqve oculorum uſu privata,

 anacho-

anachoretarum more in ſeparata domo vixit. Obiit, ut videtur, circa annum 1050 (a).

Qvartus locus concedendus videtur *Groæ Giſſuri*, Epiſcopi Skalholtenſis, filiæ, ſed Ketilli Holenſis Epiſcopi viduæ, qvæ in ſenectute Skalholtum ſe contulit, & facta eſt Nonna, ut loqvitur Autor *Hungurvakæ*, i. e. ſi mentem ejus recte capimus, in ſeparata domo pietatis exercitiis vacavit. Mortua, ut videtur, circa annum 1160.

Qvintus vero debetur locus *Ketelbiörgæ* cuidam memoratæ *Sturlunga ſagæ* libr. 3. cap. 7. qvæ, ſedente Skalholti Epiſcopo Paulo, ibidem ut Nonna obiit, cui Gudmundus, poſtea Epiſcopus, parentavit anno 1202.

Tandem etiam eadem *Sturlunga ſaga* lib. 3. cap. 14. mentionem facit Ulfrunæ, qvæ Thingeyris fuit 1202 dicens eam fuiſſe (Einſetu-konu) Anachoretam. *Fuit*, inqvit, *bona & ſapiens*, *ſolitudinis tam obſervans*, *ut unicum filium*, *cum eam inviſeret*, *aſpicere nollet*, *ſed Gudmundi t. t. Electi Holenſis ipſam conſulentis colloqvium non aſpernata*, *dixit Mariam Reginam ſibi aperuiſſe*, *qvod Dei & illius voluntas eſſet*, *ut ille Epiſcopus fieret*, *&c.* Qvod ille ut ex tripode dictum accepit.

Plura hujusmodi exempla ex antiqvis monumentis erui forte poſſunt, Ex. gr. *Catharinæ* primæ cœnobii Reinenefenſis Abbatiſſæ, qvæ dudum ſe in monaſterio Munkathveraaënſi abdiderat, ibidemqve, ut videtur, in domuncula vixit, ſed ad noſtram notitiam non pervenerunt.

## CAP. III.

### *De Monaſteriis qvibusdam, qvæ ætatem non tulerunt.*

Inter Epiſcopos alienigenas, nobis alibi memoratos, non ultimus fuit Hrodolfus, qvem *Arius Multiſcius* Sched. pag. 9. ſcribit, in Islandia 19 annos habitaſſe. *Hungurvaka* autem, liber poſt Schedas vetuſtiſſimus; ita habet: *Rudolfus Epiſcopus*, *qvem qvidam vocant Ulfum de Rodomago Angliæ*, *manſit in Islandia annos 19*, *prædiumqve Bai in tractu Borgfiordenſi inhabitavit.* Cui *Landnámabók* pag. 34 conſentit, dicens: *Cum vero Hrolfus Epiſcopus* (*putatur fuiſſe ex Rúdu-Borg*) *Rodomago in Anglia*, *nam Epiſcopo*

(a) Conf. *Laxdalaſaga* & *Hiſt. Eccleſ. Island.* Tom. 1. pag. 91.

*Episcopo nomen erat* Ulfus, *sed postea vocatus est* Rudu-ulfur *aut* Hrodolfus) *prædium Bai relinqveret, ubi 19 annos habitaverat. Ibidem tres Monachi remanserunt.* Qvod Mantissa ad *Landnámabók* pag. 396. hoc modo effert: *Rudolfus heic fuit 19 annos, qvi monasterium Bai in tractu Borgarfiord fundavit, sed Lundum incoluit. Hungurvaka dicit Ulfum fuisse ex Rodomago Angliæ, ideoqve eum vocat* Rúdu-úlf, *seu* Ulfum Rodomagensem.

In his qvædam occurrunt, qvæ accuratius examen non ferunt, qvalia sunt: α) Potuit qvidem Ulfus esse natione Anglus, qvod etiam nomen Ulfus indicare videtur; sic etiam potuit Rothomago in Islandiam venire, & inde vocari Rudolfus; Sed qvod Rúdu-borg, seu celeberrima Normandiæ urbs Rothomagus in Anglia sita sit, gravis nimium error est. Hic enim non tantum a) *Húngurvaka* & Mantissa ad *Landnámabók* confundere videntur celeberrimum illud Europæ Regnum Angliam, qvod qvondam Britannia vocabatur, cum Britannia Parva Galliæ provincia, sed b) collocant Rothomagum in Britannia Parva, cum sit metropolis Normandiæ. c) Assignant Parvæ Britanniæ Angliæ nomen, qvod absurdum est. β) Dicit dicta *Mantissa* Rudolfum Lundum incoluisse, monasterium vero Bai fundasse, cum Lundus sesqvimilliari vel ultra a Bajo distet: Sed conciliari forte hæc aliqvatenus possunt, si dicimus, qvod vere etiam dici posse autumamus, nostrates totum illum Galliæ tractum, scil. Neustriam, Armoricam &c. qvem Nordmanni Gallis qvondam expresserunt, nunc vocasse Vallandiam, nunc Nordmandiam, nunc etiam Britanniam; unde patet, in eo tantum consistere Autoris nostri peccatum, qvod Rothomagum in Anglia collocat, nam si dixisset Rothomagum in Britannia, ɔ: Parva Britannia, esse, aliqvatenus ex mente veterum excusari potuisset. Pari modo etiam alterum illud, qvod dicit Ulfum Præsulem Lundi habitasse, ita accipiendum puto: Ulfus aut primo, aut anteqvam monasterium Bajense erexit, Lundi habitavit, aut villicationem ibidem ad tempus habuit, sed ipsum post monasterii institutionem alibi qvam Bai habitasse, persvadere mihi non possum. His itaqve non obstantibus ex allegatorum Autorum testimoniis firmiter concludi potest, circa aut paulo post medium seculum undecimum, qvendam natione Anglum, qvi se pro Episcopo ferebat, nomine Ulfum, a Rothomago Rudolfum vocatum, in Islandiam venisse, ibidemqve in tractus Borgfiordensis prædio *Bai* monasterium fundasse, & discedentem tres Monachos reliqvisse. Qvæ qvaliave Ulfus postea subiverit fata, nos latet; Monachos autem istos aliqvamdiu

diu Bai habitaſſe, *Landnámabók* loco citato nobis perſvadet, tribuendo illis domeſticos, qvaſi villicationem poſt Epiſcopi diſceſſum ibidem continuaſſent, ſed qvicqvid ſit, id tantum ſcimus, qvod hocce monaſterium ætatem non tulerit, nec unqvam Abbatem habuerit. Eſt autem Bair nobile prædium, ad auſtrale latus fluvii Hvitaa in tractu Borgfiordenſi, tali inſtituto non omnino ineptum. Magnatum ſæpius ſedes fuit, ut ex *Eyrbyggiaſaga* & *Sturlúngaſaga* patet, qvod & vocis etymon indicare videtur, Bair enim notat nobilem villam, ut & qvandoqve urbem.

Alterum, qvod cogitatum qvidem, ſed non perfectum monaſterium fuit, erat *Veſtmannejenſe.* Sunt autem Veſtmannejæ inſulæ, ante oram Landeyenſem & tractum Eyafiallenſem e mari, ſcopulorum inſtar, ſeſe erigentes, piſcatione & piſcatorum ſtatione ſat notæ, qvarum una tantum habitata eſt, qvondam duas, nunc vero unam mediocrem efficiens parœciam, qvæ unum qvidem templum, ſed duos habet ſacerdotes, peculiarem Judicem, & Mercatorem Danum, qvi conſtanter ibidem habitat. Reliqvæ autem inſulæ ſunt incultæ, & gregum paſtioni inſerviunt.

Nomen ſortitæ ſunt a Veſtmannis, ɔ: ſervis qvibusdam natione Hibernis, nam antiqvi eos *Veſtmenn* vocarunt. Hi, qvod dominum ſuum Hiörleifum, primi Islandiæ habitatoris Ingolfi fratrem occiderant, huc confugerunt, hicqve occiſi fuerunt. Primitus ibi tantum piſcatorum ſtatio fuit, ſed habitabile ſolum primus eſſe oſtendit Herjolfus qvidam, & poſt cum Ormus O argi, ɔ: audax, qvi univerſas ſui juris fecit (a). Harum maximam partem emerat Magnus Enaris, Epiſcopus Skalholtenſis, ibidemqve monaſterium condere ſtatuit, qvod perficere, morte anno 1148 præventus, non potuit. Permanſerunt autem inſulæ in poteſtate Epiſcopi Skalholtenſis, ad annum 1280, qvo Arnas Epiſcopus eas monaſterio Sancti Michaëlis Bergenſi in Norvegia dono dedit, cum qvo tandem Regio fiſco ceſſerunt (b).

Tertium, qvod exſtructum qvidem fuit, ſed ætatem non tulit, fuit *Monaſterium Hytardalenſe.* Eſt autem Hytardalur nobile prædium in tractu Borgarfiordenſi ad occidentem vergente ſitum, nomen habens, ut videtur, ab antiqva vocula *hýt* follis, & *dalur*, valles, qvaſi eſſet valles follium, vel valles ventoſa; ibidem enim impetuoſi ob montium dorſa &

(a) *Landnámabók* pag. 17. 327.
(b) *Hiſtor. Eccleſ. Island.* Tom. 1. pag. 278. Tom. 2. pag. 39.

& altitudinem venti sæpius spirant, fortissime autem boreas, non tam ipsam feriens villam, utpote ad latus monticuli dicti Husafell sitam, qvi eandem aliqvatenus protegit, qvam circumjacentia prata campos & villulas. Qvæ enim de fœmina gigante, nomine Hýt, hic qvondam habitante & opiparum convivium gigantibus præbente, fabulatur *vita Bardi Semidei Snæfellensis*, meras putamus esse nugas. Qvondam ipsum prædium vocabatur *Húsafell in Hýtardal*, tota autem parœcia *Hýtardalur*. Hancce vallem primus occupavit & prædium inhabitavit Thorhaddus qvidam, & post eum ejus prosapia, in multas usqve generationes; Thorleifus enim cognomento *Beiskaldi*, ob pecudum multitudinem etiam dictus Thorleifur *hinn Audgi*, ɔ: dives, vir gravis & magni nominis, a Thorhaddo fuit ordine sextus, qvo ibidem sedente, haud alioqvin incelebre prædium Magnus Enari Episcopus Skalholtinus sua clade non parum nobilitavit; a Thorleifo enim ex visitatione Qvartæ occidentalis revertens, hospitio exceptus, cum 70 aliis, ædibus de cælo tactis, conflagravit, Thorleifo cum paucis ægre periculum evadente: Accidit id 1148, postridie festum Michaëlis. Thorleifus, ut videtur, a Klango Episcopo persvasus, aut hoc suum prædium Deo (ut loqvi amabant) & Ordini Monastico dicavit, aut saltem permisit, ut ibidem monasterium ædificaretur; qvibus autem conditionibus tali usui id emancipaverit, tacentibus historiis nos latet: conditionatam autem, & certis circumscriptam limitibus hanc donationem aut cessionem fuisse, inde constat, qvod licet ibidem monasterium esset, Thorleifus tamen ejusqve filius locum inhabitarunt, ut ex *Sturlunga saga* & *Thorlaci Episcopi vita* patet, & post remotum inde monasterium prædium ut proprium peculium retinuerunt, usqvedum Arnas Thorlaci filius circa annum 1275 eos inde ejecit, ab eo enim tempore fuit constanter Sacerdotum Præbenda. Monasterii fundatio communiter refertur ad annum 1166, ejus duratio, nemini, qvantum scio, ultra annum 1201 extenditur, præter solum *Arnam Magnæum*, Professorem Academiæ Hafniensis dignissimum, virum in talibus peritissimum, qvi in *Excerptis ad Historiam Monasticam Islandiæ pertinentibus*, ad annum fundationis, qvasi pro memoria hæc verba notavit: (ante 1166). Et cum alii non nisi duos hujus monasterii agnoscant Abbates, durationemqve tantum ad annum 1201 extendant, ille qvinqve Abbates recenset; Sed qvamdiu monasterium illud duraverit, tam incertum est, qvam certum qvod ante annum 1270 desolatum fuerit, ut ex *vita Arnæ Episcopi* satis patet. Causæ

vero, cur tam brevi tempore exſtiterit hocce monaſterium in obſcuro ſunt; Noſtra tamen conjectura eſt, Abbates Hytardalenſes titulo tantum tales fuiſſe, & nudum nomen ſine omine habuiſſe, dominosqve fundi ſemper ibidem habitaſſe, & prædium nunqvam Abbatum poteſtati conceſſiſſe, ſed eos tantum convictores habuiſſe; cujus ſententiæ, ſi non veritas, ſaltim veriſimilitudo inde probatur: 1) Qvod Thorleifus Beiſkaldus anno 1181 qvindecim annis poſtqvam monaſterium dicitur eſſe fundatum, adhuc ibidem habitavit, ut ex *Vita Sancti Thorlaci* Epiſcopi concludi poteſt. Conf. *Sturlunga ſaga* lib. 1. cap. 14 ſeq. & poſt Thorleifum ejus ſoboles, usqve ad annum 1275. 2) Nunqvam hoc prædium, ut alia monaſteria, ſub Epiſcopi directione & poteſtate, ſed ſub libera poſſeſſorum diſpenſatione fuiſſe, patet ex commutatione, qvam Thorlacus Ketilli & Paulus Lopti fecerunt anno 1223, *Sturlunga ſaga* libr. 4. cap. 39. & libr. 9. cap. 22. cum Sturlæ Thordi conceſſum fuit, qvod haudqvaqvam licuiſſet, ſi fundus monaſterio dicatus fuiſſet 3) Qvod *Sturlunga ſaga*, qvæ toties mentionem facit prædii Hytardalenſis ejusqve dominorum, nusqvam, ne uno qvidem verbo, ejus Abbatem aut monaſterium memorat. 4) Cum Thordus Kakali anno 1242 ex templo Hytardalenſi clypeos aliaqve bona raperet, nec prædium Hytardalenſe habuit jus monaſterii, nam ſi id habuiſſet, Sigurdus Epiſcopus, qvi Thordi inimicus fuit, ad id certe non tacuiſſet, ſed eum mox excommunicaſſet, nec ulla tum Abbatis aut Monachorum mentio fit, qvi, ſi ibidem tum fuiſſent, certe interceſſiſſent, ne templum ſpoliaretur. 5) Si Lambkarus unqvam fuit Abbas Hytardalenſis, ut vult celeberrimus *A. MAGNÆUS*, tamen ibidem non habitavit, neqve domicilium habuit, nam de eo expreſſe dicit *Sturlunga ſaga* lib. 6. cap. 36. *Domicilium habuit Stadarholi in Saurbai, ubi Sturla villicationem habuit.* Sed Hytardalum tum temporis ɔ: 1242 Loptus Pauli Epiſcopi filius inhabitavit. 6) Ad annum usqve 1282 ex fundo Hytardalenſi ejusqve villulis decimæ ſolvebantur; qvod factum non fuiſſet, ſi ſub Abbatum unqvam veniſſet poteſtatem, qvi monaſteria & eorum poſſeſſiones ab omni tali onere libera eſſe voluerunt. Hinc abunde patet prædium Hytardalenſe nunqvam Abbatibus mancipatum fuiſſe, forte & monaſterium nunqvam ibi exſtructum, ſed tantum verbo & nomine deſtinatum, Abbatesqve titulo tantum tales, & qvandoqve fundi dominorum convictores & domeſticos fuiſſe.

Qvænam

Qvænam Regula hujus monaſterii membris præſcripta fuerit, ſi unqvam illa fuit, æqve incertum eſt: Suſpicari tamen licet, ut qvemadmodum huic monaſterium Videyenſe ſucceſſit, ſi non Hytardalenſe illic qvodam modo translatum dici mereatur, eandem illic Regulam ac hic, qvæ fuit Sancti Auguſtini, obſervatam fuiſſe; Qvod cum mera ſit conjectura, pro veritate non vendimus.

Abbatum autem nomina ſunt: 1) *Reinus Styrmeris* filius, Jonæ Ogmundini Holanæ diœceſeos primi Epiſcopi diſcipulus, inauguratus anno 1166, mortuus autem 1171 (a).

2) *Haſlidus Thorſteini*, al. *Thorvalldi* filius; qvando ordini nomen dederit, & num Reino immediate ſucceſſerit, æqve incertum eſt, ſed annus emortualis fuit 1201.

3) *Thorſteinum* Abbatem *Thorlaci* filium nominat *Vita Arnæ Epiſcopi*, qvem *A. Magnæus* putat Hytardalenſem Abbatem fuiſſe, ejusqve mortem fide *Annal. Reg.* & *Recent.* refert ad annum 1224.

4) Lib. 4. cap. 19. facit *Sturlungaſaga* ad annum 1217 mentionem Runolfi Sacerdotis, qvi poſtea, inqvit, Abbas factus eſt: Hunc *A. Magnæus* vocat *Runolfum Sighvati* filium, innuitqve, qvod fuerit Abbas monaſterii Hytardalenſis, & anno 1237 obierit.

5) *Lambkarum* aut *Lambum* Abbatem nominat *Sturlunga ſaga* lib. 6. cap. 36. ad annum 1242, qvem *A. Magnæus* (fide *Annal. Reg.* ut ipſe ſcribit) vocat *Lamtkarum* vel *Lambarr*, eundemqve inter Hytardalenſes Abbates & ejus mortem ad annum 1249 refert (b).

Qvartum fuit *Monaſterium Keldenſe*, qvod circa annum 1190 exſtruxit Jonas Lopti, Sæmundi Multiſcii nepos ditiſſimus pariter ac doctiſſimus,



(a) *Vita Jonæ Ögmundini* hunc Reinem tertium Monaſterii Thingeyrenſis Abbatem nominat, qva in re *Rimbegla* illi conſentit. Sed *Recenſus Abbatum Islandiæ* in libro membraneo Bibliothecæ Magnæanæ No. 415 in 4to. circa annum 1306 ſcriptus, eum, (ut & ſeqventem Haſlidum) expreſſe Hytardalenſem Abbatem nominat. Sive hic *Reinn* & *Reiner* duæ diverſæ ſint perſonæ, ſive una eademqve perſona, utriusqve monaſterii, ſed diverſis temporibus, Abbatem egerit, aliis diſpiciendum relinqvimus.

(b) Hos tres, *Thorſteinum*, *Runolfum* & *Lamkarum* Abbates qvidem fuiſſe, ſed nulli certo monaſterio præfuiſſe, aſſerit *Recenſus Abbatum* nuper laudatus. Lamkarus ille videtur fuiſſe filius Thorgilſis Gunnſteinis filii, Gudmundi Epiſcopi diſcipulus, cujus relationibus ejusdem *Epiſcopi Vitæ* autor multa ſe debere fatetur. Ejus nepotis Adalbrandi ſacerdotis plus ſimplici vice in noſtris annalibus mentio injicitur.

ſimus, qvod una cum templo perfecte inſtructo, fatis impeditus dedicare non potuit. Situm eſt hoc prædium in Toparchia Rangarvallenſi ad fluvium Rangaa, nomen, ut videtur, habens a rivulis & parvis paludibus, qvi tum temporis non longe a villa ſcatebant, ſed noſtra ætate ab arenoſis Heclæ eruptionibus aliisqve talis materiæ inundationibus magnam partem exſiccatæ ſunt.

Qvintum autem qvod exſtructum fuit & Abbates habuit, ætatem tamen non tulit, fuit *Saurbajenſe* in Tractu Eyafiord intra diœceſin Holanam. Nomen habet a *Saur* lutum, & *Bair* villa, qvaſi diceretur eſſe lutoſa villa, qvod per antiphraſin huic in amæno ſatis loco ſito prædio, inditum eſſe putamus. Fuit autem Saurbair ſemper, hodieqve eſt, nobile prædium, qvod primus incoluit Audunus Rotinn, & illo defuncto ejus poſteri. Et cum idem fundatum fuerit a Brando Sæmundi filio Epiſcopo Holenſi, qvi 1201 obiit, id ante annum 1200 factum eſſe conjicimus. Hujus Abbates fuerunt:

1) *Thorkelus Skumi* filius, cujus genealogiam a primis usqve aboriginibus perſeqvitur *Landnámabók* Edit. Island. pag. 122. Anno 1203 obiit.

2) *Eyolfus Halli* filius conſecratus 1206; ad cujus nomen expreſſe dicunt *Annales Regii*: *Ordinatus Ejolfus Abbas Saurbajenſis*, ejusqve mortem ad annum 1212 referunt. Cumqve anno 1208, in prælio Videneſenſi, tres Abbates a Gudmundi Epiſcopi parte ſtetiſſe afferat *Sturlunga ſaga* lib. 4. cap. 3. manifeſtum eſt, Ejolfum Saurbajenſem unum eorum fuiſſe, reliqvos autem Thorarinum Thingeyrenſem & Ormum Munkathveraaënſem. Et cum poſt annum 1212 nulla hujus monaſterii aut Abbatum mentio fiat, ſed qvod procedente tempore ſub laicorum fuerit poteſtate, vide *Sturl.* lib. 9. cap. 5. inde conjicere licet hocce monaſterium ſimilia habuiſſe fata ac Hytardalenſe.

Præter hæc enumerata monaſteria, de qvibus monumenta antiqva teſtantur, addi poſſet *Stafholtenſe*, qvod exſtitiſſe qvidam volunt, & rudera cellarum adhuc monſtrant; Sed cum neſciamus qvo fundamento illa traditio nitatur, eam vel tantum nominaſſe ſufficiat.

# Cap. IV.

## *De Monaſterio Thingeyrenſi, ejusqve Abbatibus.*

Magna illa amænaqve planities ad latus lacus dicti Hunavatn, in Toparchiæ Hunavatnenſis tractu Vatnsdal, vocata Thingejrar ɔ: planities

ties foro aut conventui habendo deſtinata, antiqvitus & usqve ad annum circiter 1106 inculta fuit.

Incidit autem vere qvodam (qvod ſpeciatim in Annalibus non determinatur) paulo poſt qvam Jonas Ogmundi filius anno 1106 Cathedram Holanam aſcenderat, annonæ tanta gravitas ac cæli & tempeſtatum inclementia, ut tempore conventus vernalis (á varþíngi) qvi vergente Majo (a)



celebrari

(a) Scripſimus conventum vernalem, vulgo vorþing, vergente Majo antiqvitus celebratum fuiſſe, hoc eſt, ut clarius mentem noſtram exprimamus, in qvinta aut ſexta æſtatis hebdomade, ut ex antiqvo Legum Codice *Grágás* & *Sturlunga ſaga* liqvido conſtat. Ita enim *Grágás* in *Þíngſkapa þætti:* " Vorþing ſkulu þeir eigi eiga ſídar enn VI " vikur ſe af ſumre er lokit er ſóknarþíngi. Vorþing ſkal eigi fyrr vera en IV ſe af " ſumre, er þeir koma til. " ɔ: *Conventum vernalem non ſerius celebranto qvam ut in ſexta æſtatis hebdomade finiatur forum judiciale. Conventus vernalis non prius qvam finita qvarta æſtatis hebdomade incipito.* Qvod accuratiſſime obſervaſſe videtur Urækia Snorronis, cum prædium Stadarhol aliaqve ab Illugo Thorvalldi filio retrahere vellet: " þá ſtefndi hann málinu til Þoſkafiardarþíngs, þá fimm vikur voro af ſumri. " ɔ: *Illugo dicam ſcripſit, ut in foro Thoſkafiordenſi ſemet ſiſteret cum qvinqve hebdomadæ æſtatis elapſæ eſſent;* ut habet *Sturlunga ſaga* lib. 6. cap. 26. Conf. Ejusdem lib. 6. cap. 40. " Þórdr fór heiman laugardagen i ſiöttu viku ſumars, ſem hann var vanur ad " fara til vorþíngs í Þórnes. " ɔ: *Thordus die Saturni in ſexta æſtatis ſeptimana, qvo conventum vernalem Thorneſenſem adire ſolebat, domo profectus eſt.* Hebdomas autem hocce computandi modo a die Jovis incipiebat. Vide & *Eyrbyggia ſaga* cap. 14. ita habentem: " á vorþínge heimter Snorre födurarf ſinn af Börke hinum Digra. " ɔ: *in conventu vernali Snorro a Börko Craſſo patrimonium ſuum poſtulavit.* Et non multis interjectis qvæ Autor habet de æſtimatione fundi, aliisqve ad eandem pertinentibus; Dixit tandem Snorro: " Og ſkalltú í burt med allt þitt frá Helgafelle ad fardögum. " ɔ: *Et Helgafello te, tuaqve omnia, diebus mutationis domiciliorum auferto.* Similiter *Egils Saga Skallagrimsſonar* cap. 53. ubi Egillus arbiter lectus, in foro vernali pronuncians ſententiam, jubet Steinarum mutare habitacula " ádur lidnir ſieu fardagar þeſſir " ɔ: *ante exitum proxime inſtantis* (aut jam fere inchoati) *temporis, qvo habitacula mutari ſolent.* Sed ordinaria habitationum mutatio incipiebat die Jovis, in ſexta æſtatis ſeptimana, & duravit usqve ad diem Saturni, ita, ut tres illi dies, re vera & ex legum præſcripto *Fardagar* vocarentur. Dormitavit itaqve doctiſſimus *Vidalinus* in controverſia, qvam cum celeberrimo Skalholtino Epiſcopo, Mag. *Jona Arnæo* habuit de voce *þíng*, ſtatuens illud *þíng* ſeu forum, de qvo loqvitur *Codex Legum* Landsl. b. cap. 12. eſſe *Vorþíng* ſeu conventum vernalem, qvem in octavam usqve æſtatis ſeptimanam detruſit, ſed haud apposite, ut ex allatis antiqvitatum teſtimoniis ſatis clarum eſt & ulterius in *Arneſens Islandſke Rettergang* pag. 390 ſqq. adſtructum. Ad octavam autem æſtatis ſeptimanam pertinentia fora & conventus curiales fuerunt *Omagaþíng*; ɔ: conventus in qvo de pauperum ſuſtentatione agebatur, vide *Grágás*, Omaga b. 6. cap. 3. & 4. De

dividenda

celebrari solebat, nulla appareret viridis herba, fœnum vero pabulare ubiqve penitus esset consumtum. Qvæ incommoda grave plebis murmur excitarunt, qvod audiens Præsul, ibidem præsens, corde, oculis manibusqve in cœlum elevatis votum nuncupavit, si mala hæcce mox aut brevi mitigaret Deus, se ibidem, in ejus honorem templum ædificaturum, atqve ex tempore, una cum dicto, abjecta toga (aut veste prolixiore) futuri templi fundamenta propria manu designavit, qvo facto, aër statim mitigari cœpisse & graminis ubertatem produxisse dicitur. Qvidam autem colonus, nomine Thorkillus cognomine Trandill, ibidem villam erexit, eandemqve ipse primo inhabitavit. Præsul vero, primo ibidem ædem sacram, ut voverat, & cum tempore monasterium ædificavit, cujus alumnis Regulam Sancti Benedicti præscripsit, exqve suis proventibus decimas omnes, qvæ a colonis inter fluvios Vatnsdalsaa & Hrutafiardaraa ipsi pendi debebant, monasterio cessit. Qvid autem obstiterit, qvod non prius qvam longo post ipsius fata tempore ad eam venerit perfectionem, ut a monachis inhabitari potuerit, non liqvet; id enim factum esse anno 1133, *Annales* constanter testantur, Præsul autem anno 1121 e vivis excessit.

Monasterii Thingeyrensis ad Regulam Sancti Benedicti instituti, seqventes in Historiis, Annalibus, antiqvis Documentis, aliisqve recentioribus Eruditorum scriptis, occurrunt Abbates, prout nostra indagare potuit industria:

1) *Vilmundus Thorolfi* filius, Jonæ Holensis Episcopi discipulus, primus monasterii Thingéyrensis Abbas, consecratus 1133, moritur anno 1148, aut secundum alios 1149.

Vide *vitam Jonæ Episcopi* & *Annales Flateyenses*, item *Regios.*

2) Circa hæc tempora duo occurrunt Nicolai Abbates, qvorum alter fuit Munkathveraaënsis monasterii primus Abbas, consecratus 1155, sed mortuus 1160. Alter vero, cujus a peregrinatione in patriam revertentis mentionem faciunt *Annales Flateyenses* ad annum 1154 mortuumqve dicunt 1158, qvem hujus monasterii Abbatem fuisse oportet; nam manifestum

---

dividenda hæreditate Landsl. b. cap. 9. & id genus plura. Illud autem *þing*, de qvo doctissimi nuper nominati viri tam acriter controversabantur, sine dubio est notissimum nostrum *Alþing* seu forum generale, qvod antiqvitus usqve ad annum 999 cum nona, sed ab hoc anno usqve ad 1780, cum decima æstatis hebdomade incipiebat, ut ex *LL. Cod. Arii Polybist. Schedis* & aliis Historiis notum est.

ſtum eſt, eum officio ante annum 1153 initiatum fuiſſe; cum vero eodem tempore nullum aliud in Islandia exſtiterit monaſterium qvam Thingeyrenſe, neceſſario ſeqvi videtur, qvod Vilmundo circa annum 1149 ſucceſſerit. Anno 1153 negotiorum cauſa ad exteros abiit, ſed 1154 reverſus, tandem 1158 morte abreptus Asgrimo locum ceſſerit. Ejus tempore anno 1157 totum monaſterium conflagravit.

3) *Asgrimus*, vel, ut alii ſcribunt, *Arngrimus Veſtlidi* filius, qvem, ut virum multiſcium laudant Oddus & Gunnlaugus, ejusdem monaſterii digniſſima membra, hic enim illis *Olai Tryggvini Norvegiæ Regis vitam* conſignaturis, plurima de eo ſuggeſſit. Ordinatus, ut videtur, anno 1158 aut 59; Sed mortuus eſt 1161. (a).
*Annal. Reg.*

4) *Carolus Jonæ* ibidem ſedit, & monaſterio præfuit 1169. Anno autem 1185 ex tractu Eyafiordenſi ſolvens in Norvegiam tranſiit, ibidemqve priorem partem *vitæ Sverreris Norvegiæ Regis*, ipſo Rege præſente & materiam ſuppeditante, concinnavit. Anno 1181 (qva de cauſa, non liqvet, veriſimile tamen eſt ob adverſam valetudinem aut tale qvid, officio ſe abdicavit, privatusqve in cœnobio alios inter Monachos delituit usqve ad annum 1187, qvo iterum Abbatis officium ſuſcepit, eodemqve fungens, unacum Gunnlaugo Monacho, celeberrimo ejusdem Monaſterii membro, reliqvisqve Fratribus, anno 1200, Gudmundum Sacerdotem, qvi poſtea Holenſis factus eſt Epiſcopus, ſumma cum veneratione excepit, obviam enim iens, Antiphonam *vir ille in populo Dei mitiſſimus exſtitit,* intonuit. Anno 1207 ſenio feſſus officium denuo depoſuit, & reliqvum vitæ in Monachorum numero ibidem qviete transegit, mortuus 1212. Fuit vir doctus & pius, eo enim ſedente, in hoc monaſterio floruerunt viri ſuæ ætatis doctiſſimi, Oddus, qvi circa annum 1200, & Gunnlaugus, qvi 1218 vitam cum morte mutavit: Illos enim Autores agnoſcunt plurimæ veterum vitæ ac Hiſtoriæ, inter alias, *Vita Olai* Norvegiæ Regis *Tryggvonis filii*, ut ex ejusdem P. 2. cap. 108 conſtare videtur; qvod ſi verum eſt, ſeqvitur eos in prima ſtatim juventute monaſterium ingreſſos

(a) *Rimbegla* poſt Asgrimum numerat *Hreinem*, & poſt hunc *Thorbiörnem*, tum *Augmundum*. Qvorum loco *Recenſus Abbatum Islandiæ* ſolum *Thorbiörnem* agnoſcit. Uterqve de horum ſucceſſore Carolo Jonæ conſentiunt.

ingreſſos fuiſſe, cum Arngrimus, ex qvo plurima didicerunt, anno 1161 occubuerit, ut ſupra notavimus.

Vide *Annal. Flat. Scr. Reg. Dan. Sturlungaſaga* lib. 3. cap. 3. & *Annal. Reg.*

5) Dum Carolus privatus vixit, *Karus* qvidam *Runolfi* Abbatiam geſſit, conſecratus 1181, mortuus vero 1187; qvod ſi verum eſt, *Askelo* Abbati, cujus in corollariis mentionem faciemus, locus patet inter eum & Vermundum.

Vide *Annal. Flat. Sturl.* lib. 3. cap. 6, *vitam Gudmundi Epiſcopi* & *Annal. Reg.*

6) *Thorarinus Sveini* filius, ordinatus fuit 1207, ſed mortuus ut qvidam volunt 1235, qvidam autem ejus obitum referunt ad 1253; qvod ſi priori ſententiæ præferatur, oportet Thorarinum ſenem valde occubuiſſe, & Abbatiæ 46 annos præfuiſſe.

Vide *Annal. Flat* & *Reg.*

7) *Vermundus Haldori* (*al.* Nialis) filius, qvi anno 1251 nondum Abbas factus, inter Brandum Kolbeini & Thordum Sighvati conciliatorem egit, ſed fruſtra. Qvo anno Abbatis officium ſuſceperit, nos latet; veriſimile autem id factum eſſe 1254. Sed qvod anno 1279 8 cal. Jan. mortem oppetierit liqvido conſtat. Eo ſedente, Jörundus Epiſcopus Holenſis cœnobium Thingeyrenſe, decimis, qvas Jonas Ogmundi filius primus Holenſium Epiſcopus eidem conceſſerat, privavit, damnum, ut videri voluit, conceſſione prædii Hialtabacka compenſans, unde ingens lis inter ſubſeqventes Epiſcopos & Cœnobiarchas orta eſt, ut poſthac monendum veniet. Eodem qvo obiit anno, Vermundus Arnam Epiſcopum Skalholtenſem cum univerſo comitatu ſplendido excepit convivio, ut ejusdem *vita* teſtatur, qvæ ipſum ut virum bonum & liberalem deſcribit.

Vide *Sturlungaſaga* lib. 7. cap. 41. *Vitam Laurentii* & *Arnæ Epiſcopi* cap. 23, 24. item *Annales Reg.*

8) *Biarnus* inauguratus anno 1280, obiit 1299. Hunc & Arnam Epiſcopum dixit Laurentius Holenſis Epiſcopus Sanctorum faciem habere ſibi viſum fuiſſe; In ipſius exeqviis campanas ſponte ſonuiſſe ferunt.

Vide *Annal. Flat.* & *Regios.*

9) *Höſkuldus* ordinatus anno 1300 obiit 1309.

Vide *Annal. Flat.* & *Vitam Laurentii Epiſc.* item *Annal. Reg.*

10) *Gudmundus*, ordinatus 1310, vir gravis & literarum amans, Monachos enim, qvos officium iniens, rudes indoctosqve acceperat, per Laurentium Kalfi filium, virum ſuæ ætatis doctiſſimum, ſed tum temporis, tam Canonicis Nidaroſienſibus, qvam Jörundo Holanorum Epiſcopo

valde

valde odiosum, ac tantum non exulem & excommunicatum, ita erudiri curavit, ut plures eorum docti evaderent. Anno 1316 cum Audinus Holensis Episcopus prædium Hialtabacka, qvod Jörundus ejus antecessor huic cœnobio loco decimarum concesserat, sub Holanam sedem revocasset, Abbas eidem de illis decimis, qvas Jonas Ogmundinus monasterio dudum tribuerat, Præsuli litem movere cœpit, Præsuleqve earundem restitutionem abnuente, ad Archiepiscopum appellavit, & anno 1318 in Norvegiam transiit. Sed cum a parte Præsulis nemo se sisteret, & Archiepiscopi cum Audino arctissima amicitia non parum ei obstaret, post biennii absentiam in patriam re infecta reversus est. Tandem autem, Laurentii Episcopi, qvi Audino successit, arbitrio, causam permittens, decimas qvidem amisit, sed earum loco nobile prædium Hvammum, aliudqve minoris notæ, cujus nomen Hunstader, accepit (a), qvod pactum Archiepiscopi sigillo & autoritate anno 1329 sex noctibus post Hallvardi festum confirmatum fuit (b). Nec multo post Abbas sustentationem Kalfi, Episcopi fratris, in se & monasterium suscipiens, duo prædia redhostimenti loco accepit, qvæ monasterio deinde cesserunt. Ætate tandem provecta & valetudine ingravescente, anno 1338 officio renuntiavit, inqve monasterium Munkathveraaënse semet abdidit, ubi anno 1339 vitam clausit. Corpus post mortem Thingeyras translatum fuit, ibiqve sepultum, in qva transvectione tot tantaqve dicuntur exstitisse miracula, ut mortuus a plurimis inter Sanctos numeraretur.

Vide *Annal. Flat.* & *Fragmenta Annal. in Bibliotheca A. Magnæi*, ut & *vitam Laurentii Episcopi.*

11) Anno 1340 successit Gudmundo *Biörnus Thorsteini* filius, qvi qvinqvennium, sc. ab anno 1334 ad 1339, Abbas Munkathveraaënsis fuerat; obiit 1341. A cujus morte usqve ad 1344 *Thorgeirus* Prior Abbatis loco monasterio Thingeyrensi præfuisse videtur.

Vide *Annal. Flat. Annal Recent.* & *Fragm. in Biblioth. A. Magnæi.*

12) *Ericus Bolli*, ordinatus fuit 1344, sed mox anno seqvente, nescio qvam ob causam, officio privatus. Hunc *Rimbegla* omittit.

Vide *Annal. Flat. Annal. Antiqv.* & *Fragm. in Biblioth. Arnæ Magnæi.*

13) Huic

(a) Vid. *Histor. Eccles. Island.* Tom. 2. pag. 184 sqq.

(b) Vid. loc. cit. pag. 185.

13) Huic *Stephanus* succeſſit, qvi ſexennio, ſcil ab anno 1339 ad 1345, fuerat Abbas Munkathveraaënſis, cujus mortem qvidam ad 1348, qvidam vero ad 1350 referunt.

Vide *Annal Holenſes. Annal. Flat.* & *Fragm in Biblioth. A. Magnæi.*

14) *Arngrimus*, ut qvidam volunt 1350, ſed ſecundum alios anno 1351, in feſto Laurentii ſacris monaſticis initiatus; qvo anno litem de finibus inter prædia Backa & Læk ut Officialis diſcidit. In ejus gratiam Ormus Epiſcopus anno 1353 prædium Giliaa, qvod Arngrimus emerat, ſuſtentatione Paſtoris (*tók burt Preſtsſkylld*) levavit; qvod decretum ejus ſucceſſor Jonas Skalle 1359 in dies vitæ Arngrimi confirmavit (a). Anno 1354 Arngrimus, cum Ormus Epiſcopus prædium Spakonufell emit, præſens fuit, & ut teſtis tabulam obſignavit. Eodem anno Præſul, Islandiam nunqvam denuo reviſurus, in Norvegiam navigavit, Arngrimum, ſuum, per univerſam diœceſin, generalem conſtituit Vicarium, qvod ægerrime tulit univerſus diœceſeos Clerus, eiqve, ut valde famoſo & multorum inſimulato criminum, omnem renuntiavit obedientiam; Qvi, ut infamiam minueret, & ne coactus cedere videretur, Prædicatorum ordini nomen ſe dediſſe, & perpetuam mundanorum renuntiationem voviſſe profeſſus eſt. Sed anno 1358, Viſitatores ab Archiepiſcopo miſſi, Ejulfus Brandi Canonicus Nidaroſienſis, & Eyſteinus Asgrimi, Monachus Islandus, ſed ob varia facta patria expulſus, Arngrimo Abbatis honorem reſtituerunt, tam ipſius votum, qvam multiplicem infamiam nihili habentes. Anno 1359 de eſocum captura in fluvio Laxaa, qvantum ad Hialtabacka pertinere potuit, (qvod prædium Ormus Epiſcopus cœnobio Thingeyrenſi anno 1346 conceſſerat) litem movit, qvam Jonas Calvus Ormi ſucceſſor ſecundum Arngrimum decidit (b). Mortuus eſt 1361, aut verius, ut qvidam ſcribunt, 1362.

Vid. *Annal. Flat.* & *Fragm. in Biblioth. A. Magnæi.*

15) *Gunnſteinus*, ordinatus 1363, multis cœnobium prædiis ditavit, præſensqve fuit cum Benedictus Kolbeini ſuum conderet teſtamentum, qvi monaſterio Thingeyrenſi multa legavit, ut habent Annales. Anno 1368, præſentibus & conſentientibus Epiſcopo Jona Calvo & Nomophylace Enaro Gilſi, de piſcium captura in lacu Hunavatn, cum Litingo de Akre hoc

(a) *Hiſt. Eccleſ. Island.* Tom. 2. pag. 201. 206.

(b) Vid. loc. cit. pag. 206 ſq.

hoc modo transegit, ut captura omnis extra vadum usqve ad Brandanes monasterii esset. Anno 1374 una cum aliis ad id electis, rationes cathedræ Holanæ computavit & ordinavit. Ad plures abiit 1385.

Vide *Annal. Flat. Holenses & Recentiores* item *Fragm. in Bibl. A. M.*

16) Annales (dicti *Skalholtenses*) ad annum 1384 memorant mortem Domini *Gudmundi Aresonii*, Abbatis cœnobii Thingeyrensis, qvod si verum est, seqvitur Gunnsteinum officium aliqvot ante mortem annis deposuisse, & Gudmundum ei vivo successisse, priusqve hunc, qvam emeritum illum, occubuisse.

17) *Sveinbiornus Sveni* filius consecratus 1385. Hic cum Jona Ejulfi & ejus uxore Helga Lodini filia de perpetua ad dies vitæ sustentatione certis transegit conditionibus, hostimenti loco accipiens prædia Saudadalsaa & Thröm, unacum aliis mobilibus bonis, qvæ sexaginta unciarum argenti valorem æqvarent. Qvamdiu vixerit, incertum est; verisimile est eum peste 1402 absumtum fuisse (a).

18) *Asbiörnus*, qvanto ordinatus fuerit, non liqvet, certum autem est, eum fuisse Abbatem Thingeyrensem anno 1424; tum enim, postridie festum Gereonis, prædium cœnobii, dictum ytre Ey, Enaro Bessi filio vendidit, codicillisqve, non suum, sed Sveinbiörni Abbatis sigillum appendit, qvapropter eos, ut irritos & cœnobio damnosos Gottskalkus Gottskalki filius Episcopus Holensis anno 1449 rescidit. Qvamdiu in vivis fuerit tam incertum est, qvam probabile, qvod anno 1428 adhuc superfuerit, nam ad hunc annum ejus ut vivi mentionem faciunt *Annales Biörni de Skardsaa.*

19) *Jonas Gamalielis* filius sacerdos factus est ante annum 1432, nam in codicillis, die Veneris ante festum Sancti Andreæ, Holis, hoc anno concinnatis, vocatur Dominus Jonas Gamalielis; sed anno 1436 die Mercurii ante festum corporis Christi, supremus fuit Holanæ cathedræ Dispensator, tunc enim villam Nylende Cathedræ acqvisivit. Anno 1439, vel antea, Abbatis honorem adeptum fuisse, inde patet, qvod hoc anno

E 2 Thor-

(a) *Jonam Thorfinni* filium hic inferendum esse, svadet diploma donationis Jonæ Episcopi, qvo prædia Valthiofstados & Arnarstados in tractu Gnupensi templo Holensi confert. In dicto enim diplomate injuste fecisse Abbatem Jonam Thorfinni declarat, qvi dum Officialis fuerit ecclesiæ Holensis, Jonæ Pauli Dispensatori Cathedræ hæc prædia nomine salarii emancipaverit. Literæ scriptæ sunt Holis anno 1419 die Jovis proximo ante festum Simeonis & Judæ Apostolorum.

Thorvaldum Jonæ jure jurando confirmare adegit, qvod decennium villam ytre Ey inhabitaverit, & ordinarias villæ mercedes Thingeyrensi cœnobio pependerit. Anno 1440 Holis, ut testis præsens fuit, cum Gotsvinnus Episcopus & Abbatissa Reinenesensis, ut pacis seqvestres, controversias Domini Jonæ Pauli & Domini Thorkilli Gudbiartini sedarent aut tollerent. Anno 1442 de limitibus fundi ad templum Reykense pertinentis sententiam dixit. Anno 1443 in codicillis Skalholti ipso Sancti Thorlaci festo scriptis, vocatur a Gotsvino Episcopo Jonas Abbas Thingeyrensis, Ordinis Benedictini, qvibus ei, una cum aliis Holanæ cathedræ clericis injungit, ut Domini Jonæ Paulini Holanæ Diœceseos Officialis & Supremi Dispensatoris rationes conficiant. Eodem anno, Thingeyris, in festo Gordiani, cum Thorvaldo Helgonis & Gudruna Olai filia, de perpetua sustentatione ex bonis cœnobii transegit, villam Kirkiubai & 130 imperialium pretium cœnobio stipulans. Anno 1444 eorum inter primos fuit, qvi Holis, die Martis post festum omnium Sanctorum, Gotskalkum ut verum Holanæ diœceseos Episcopum acceperunt, eiqve obedientiam promiserunt. Anno 1449 villam ytre Ey tandem post tot molimina, interveniente Gotskalki Episcopi autoritate, Halldoro Brandi filio extorsit, eandemqve cœnobio reddidit. Tunc etiam Officialis fuisse videtur, nam sententiam suam de mercede pro prædio Reykis locando, sigillo Officialis communivit. Anno 1452 vocatur Officialis Sanctæ Sedis Holensis, fuitqve *Præpositus* Toparchiæ Hunavatnensis, inter sui temporis Primores non ultimus. Anno 1479 postridie festum Trinitatis unacum pluribus sententiam de bonis templorum Nupufelli & Nupstadi tulit. Similiter & eodem anno testamento Olai Episcopi de inferiis (*Hist. Eccles. Island.* Tom. 2. pag. 615.) subscripsit; & tandem die Lunæ post festum Scholasticæ virginis codicillis de prædiorum permutatione subscripsit, qvam Skulius Lopti & Thomas Thorsteini fecerunt. Obiit valde senex 1488.

Vide *Annal. Biorni de Skardsaa* & codicillos Thingeyris scriptos.

20) Anno 1488 ordinatus fuit *Asgrimus Jonæ* filius, Abbas Thingeyrensis, qvi villas Melrakkadal & Hrísa cœnobio Thingeyrensi acqvisivit, sed villam Nup earundem possessori Jonæ Sigmundi filio mancipavit. Anno 1491 unacum aliis sententiæ subscripsit, qva Olaus Episcopus Gudmundo sacerdoti Skulii filio præbendam Melstad & honorem sacerdotalem abjudicavit. De qvo Gudmundo mentio injicietur infra cap. 9. §. 12. Anno autem 1494 villam cœnobii Biargastade & partem villæ Hnausar

Thing-

Thingeyris die Saturni proximo ante festum Johannis Episcopi Holensis Gislao Philippi filio vendidit. Hunc una cum plurimis aliis absumsit epidemica lues, qvæ anno 1495 Islandiam vastavit.

Ex litteris Originalibus.

21) *Jonas Thorvaldi*, nobili genere natus, primo Dispensator cœnobii Reinestadensis per integrum qvinqvennium, ut ipse fatetur, in testimonio qvodam edito 1511. Anno 1483, a Sigurdo Thorleifi filio Holanæ diœceseos Vicario, gravium criminum insimulatus & in jus vocatus fuit, qvod ei parum nocuisse videtur. Anno 1488, ut Sacerdos Höskuldstadensis (qvod officium eodem anno nactus est) ab Olao Rögnvaldi filio inter Judices Consistoriales lectus fuit. Et iterum 1480. 1481 & 1491. Anno 1497 in interstitio Episcoporum Olai & Gotskalki, & antea aliqvantisper Holanæ Ecclesiæ ut Officialis & rebus œconomicis ut Dispensator per integrum biennium præfuit. Anno 1500 die Martis proximo post hebdomadem Pascha inter Assessores Consistorii Vídevallensis nominatur tantum Dominus Jonas Thorvaldi, unde patet eum nondum Abbatem factum fuisse, sed eadem æstate id ei obtigisse, inde constat, qvod ut Assessor Consistorii Vidvicensis, postridie festum Sancti Olai (*al.* die Lunæ ante festum Olai prius) expresse vocatur Abbas Thingeyrensis. Sed qvamvis Abbatis titulum & munus non prius capessiverit, ante hoc tamen tempus curam monasterii gessisse videtur, nam anno 1495 pridie fest. Corporis Christi Thingeyris jus jurandum Olai Philippi filii audivit, & tunc se Sanctæ Ecclesiæ Holanæ Officialem appellat. Anno seqventi eundem Olaum pollutionis cœmiterii Videdalstungensis absolvit, & tum etiam Officialis nominatur. Anno 1497 festo Purificationis Mariæ sororis suæ Biörgæ, qvæ famosissimo Jonæ Sigismundino nupsit, convivium nuptiale Thingeyris celebravit, & eodem loco & anno die Martis ante festum Simonis & Judæ Sigurdus Ivari apocham scripsit, se a Domino Jona Thorvalldi pretium decem hundredarum villæ Mánaskál accepisse. Ex qvibus omnibus concludi posse videtur Jonam inde a morte Asgrimi curam monasterii gessisse, & nullum alium Abbatem inter Asgrimum & Jonam fuisse. Anno 1501 sub præsidio Episcopi inter alios de villa Kalfskinn sententiam dixit, eodemqve anno cum reliqvo diœceseos clero in gratiam Episcopi consensit, ut ex qvavis villa aut prædio, qvæ jamjam Cleri aut Templorum peculium esset, una uncia decimarum nomine Episcopo penderetur. Reliqva autem, qvæ iis posthac acqvirerentur, ordinario Juris Ecclesiastici

effato ſubjecta forent. Anno 1504 omnes ad cœnobium Thingeyrenſe pertinentes villas æſtimari curavit. Anno 1512 adhuc vixiſſe & cœnobio præfuiſſe conſtat, tunc enim unacum pluribus ſententiæ Gotſkalki Epiſcopi ſubſcripſit, qva Olaus Philippi a cæde Vididalstungæ commiſſa abſolvitur. Sed anno 1515 obiiſſe veriſimile facit *ſcriptum apologeticum* 1595 editum Holis, a Gudbrando Epiſcopo, cujus avunculus magnus hicce Abbas fuit.

Vide *Annal. Biörni de Skardſaa* & Codicill.

22) *Ericus Sumarlidi* filius circa annum 1507 gravem cum Finnbogo Nomophylace de hæreditate adeunda contentionis ſerram traxit, qvæ occaſionem dedit Edicto Chriſtiani Secundi, tum temporis Norvegiæ Pro-Regis, dicto communiter *Mödruvalla Rettarbót;* qvo Edictum Haconis Norvegiæ Regis (qvi ibidem a Chriſtiano Rege *Sanctus* vocatur, aliis autem *Hálеggur* (crus longum) audit) confirmavit; utrumqve autem Rex Fridericus Qvartus anno 1711 penitus antiqvavit. Ericus hicce Thingeyrenſis Abbas factus eſt anno 1515 (a). Eodemqve anno litem habuit cum Gotſkalko Epiſcopo de prædio Kaldadarnes in tractu Biarnarfiörd, qvam obtinuiſſe videtur. Obiit, ut videtur, anno eodem.

Vide *Scriptum Apologet. Gudbr. Epiſc.* & *Annal. Biörnonis de Skardſaa.*

23) *Helgo Höſkuldi* filius Thingeyrenſis Monaſterii Abbas ultimus, ordinatus fuit, non ut in *Annalibus* perperam ſcribit *Biörnus de Skardſaa* 1518, ſed 1516, idqve eodem die qvo ſecundas filiæ ſuæ Chriſtinæ nuptias celebravit Gotſkalkus Epiſcopus, ut in ſuis ſcripſit *Annalibus* ejusdem Chriſtinæ filius, *Gotſkalkus* Paſtor Glaumbajenſis. Anno 1519 die Martis proximo ante feſtum Barnabæ Apoſtoli una cum aliis ſub præſidio Gotſkalki Præſulis, de rationibus templi Reykenſis ſententiam dixit. Similiter etiam anno 1520 de tutela & patrimonio Gislavi Jonæ filii. Iterumqve eodem anno in craſtino Sancti Thomæ Apoſtoli poſt fata Gotſkalki, una cum reliqvo Clero, ut Jonas Arii filius & Petrus Pauli Holanæ diœceſeos curam ad proxima usqve comitia conjunctim gererent. Sed 1521, in Actis Conſiſtorii Eyrarlandenſis, qvod die Lunæ ante feſtum crucis habitum fuit (in qvibus ipſe & Jonas Finnbogi filius vocantur Curiæ Holanæ Officia-

(a) Literæ qvibus Epiſcopus Gotſkalkus Dat. Holis 1507 die Lunæ ante feſtum Ambroſii clerum inter Hrutafiardara & Ulfſtadafiöll, ad Synodum Videvallenſem vocat, primum nominat Ericum Abbatem Thingeyrenſem ſed merito dubitatur num apographum illarum literarum, qvod noſtris uſibus inſervivit, mendo careat.

Officiales) communiter ipſo conſentiente concluſum fuit, ut Jonas ſolus univerſalis diœceſeos & cathedræ rebus præeſſet. Subſeqvente hyeme velitatio & tumultus Sveinſtadenſis inter Jonam Arii & Teitum Thorleifi incidit, in qvo Arnas Beſſi filius cecidit. Abbas autem neutri ſe adjungere volens, cum ardentiſſime pugnarent, & Officialis aſſeclæ fugiſſent, Titiani vero eosdem perſeqverentur, cum multis ſuorum ſupervenit, præliumqve diremit. Officialis autem qvod Abbas non aperte ab ipſius ſtetiſſet partibus, ſuſpicans eum cum Titianis clandeſtina miſcuiſſe cònſilia, eidem paulo poſt, ſive anno 1522, die Jovis proximo poſt feſtum Matthei Apoſtoli, diem dixit, variaqve ei intentavit crimina, qvæ ille ſtatim coram judicibus partim diluit, partim ad proxime ſubſeqventem Synodum diſtulit, qva perendinatione in fumum abierunt Anno 1522, Holis, poſtridie feſtum Simonis, & denuo unacum reliqvo diœceſeos Clero, Jonæ Aræſonii electionem ſubſcripſit. Anno 1526 ut teſtis & adjutor adfuit Epiſcopo Holanæ Cathedræ, rationes cum Diſpenſatore Petro Pauli putante. Anno 1527, cum Jona Jonæo de perpetua ſuſtentatione transegit, mercedis loco accipiens villam Beſſaſtader, aliaqve bona mobilia. Anno 1533 Holis, in nuptiis Isleifi Sigurdi filii & Thorunnæ Jonæ Epiſcopi filiæ, præſens fuit; & anno 1544 in comitiis univerſalibus, inter ab utroqve Epiſcopo Giſſuro Enaris & Jona Arii delegatos, qvi de cauſa Biarnaneſenſi ſententiam dicerent, ſedebat. Tandemqve anno 1549 Præſide ipſo Epiſcopo, de Reformatæ Religionis aſſeclis in Conciliabulo Thingeyrenſi gravem dixit ſententiam. Qvod ut & reliqva qvæ de eo retulimus, licet innuant fuiſſe eum magnæ autoritatis virum, vita tamen haud fuit inculpata, ut caſtum decuit Abbatem, nam ad acqvirendam ſcortationum remiſſionem Romam ter profectus eſt, in qva ejus abſentia Biörnus, Jonæ Arii filius, monaſterio Abbatis loco præfuiſſe videtur, unde a nonnullis Thingeyrenſis Abbas vocatur. Helgo autem Abbatis honorem retinuit, officiumqve geſſit usqve ad annum 1551, qvo Reformatio Religionis in Islandia penitus invaluit, cum qva monachiſmus etiam penitus evanuit. Anno demum 1561 ſenex valde vitam cum morte commutavit. Hodie hocce monaſterium Ærario Regio 167 Imper. 27 ſolidos qvotannis infert; ſed qvot circa Reformationis tempus poſſederit hocce monaſterium villas & prædia, qvantumqve vectigalis ex illis ad poſſeſſorem qvotannis redundarit, incertum eſt. Sed anno 1639, licet haud pauca abalienata aut in alios uſus converſa fuerint, eorum nomina & annuum vectigal talia fuerunt:

*Nomina*

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | ſolid. |
|---|---|---|
| Hage | 9 | 32 |
| Steinnes | 16 | — |
| Sveinſtader | 11 | 64 |
| Ranhólar | 5 | $6\frac{2}{5}$ |
| Hólar | 10 | 32 |
| Hólabak | 8 | 64 |
| Upſaler | 4 | 64 |
| Midhús | 8 | 64 |
| Breidebólſtadur | 11 | 32 |
| Hnúkur | 10 | — |
| Helgavatn | 10 | — |
| Hiallaland | 12 | 64 |
| Biarnaſtader | 8 | 64 |
| Hnauſar | 16 | 64 |
| Brecka | 10 | 64 |
| Reyker | 8 | 64 |
| Beſſaſtader | 6 | — |
| Thverá | 3 | 64 |
| Saudadalſá | 10 | — |
| Bergſtader | 4 | 64 |
| Illugaſtader | 8 | — |
| Gnísſtader | 6 | 64 |
| Asbiarnarſtader | 12 | — |
| Eigilsſtader | 9 | 32 |
| Katadalur | 4 | 48 |
| Saurbair | 4 | 64 |
| Vík | 5 | 32 |
| Valldalækur | 6 | 64 |
| Súluveller | 7 | 32 |
| Ooſar | 5 | 32 |
| Hríſakot | 3 | 32 |
| Ægesſída | 10 | 64 |
| Bödvarshóll | 11 | 32 |
| Lateris | 282 | $54\frac{2}{5}$ |

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 282 | $54\frac{2}{5}$ |
| Enneskot | 2 | 64 |
| Hríſar | 6 | 32 |
| Stóre Jörve | — | — |
| Asmundarkot | — | — |
| Gröf | 4 | 80 |
| Midhóp | 10 | 64 |
| Flaga | 8 | — |
| Gílſtader | 8 | — |
| Kornsá | 10 | 64 |
| Brúſaſtader | 8 | — |
| Hvammur | 21 | 32 |
| Kríngla | 8 | — |
| Akur | 10 | — |
| Skinnaſtader | 7 | 32 |
| Hollt | 11 | — |
| Saudanes | 11 | 32 |
| Orraſtader | 8 | — |
| Hurdarbak | 8 | 64 |
| Haill | 8 | — |
| Sölvabacke | 2 | 64 |
| Niálſtader | 7 | 32 |
| Vakurſtader | 6 | — |
| Aarbacke | 6 | — |
| Hólar | 6 | 64 |
| Kurſur | 2 | 32 |
| Hvammkot | 2 | — |
| Svidningur | 1 | 64 |
| Tiörn | 6 | — |
| Haſner | 6 | — |
| Kaldrane | 2 | 32 |
| Drángavík | 2 | 32 |
| Húnſtader | 5 | — |
| Summa | 491 | $70\frac{2}{5}$. |

Præterea hoc monaſterium magnum, ſed incerti valoris, inventarium poſſidet.

CAP.

# CAP. V.

## *De Monasterio Thveraaensi.*

In pulcherrima borealis Islandiæ toparchia, dicta *Eyafiördur*, qvæ suam ob amænitatem facies Islandiæ a qvibusdam vocatur, ad orientale latus fluvii Eyafiardaraa, situm est nobile prædium, nomine *Thverá hin Efre*, ɔ: superior, distinctionis ergo ob aliam minoris notæ villam, itidem Thverá dictam, ita nuncupatum, qvod primus coluit incoluitqve Ingialdus Helgi Macri, celebris inter aborigines viri, filius, ibidemqve in honorem Freyi famosum condidit delubrum, cujus tanta fuit sanctitas, ut intra prædii fines insignioris maleficii reo consistere non liceret. Post patrem id tenuit & inhabitavit Ejulfus cognomine *Hrúga* (acervus), & post eum filius Glumus, ob crebra homicidia communiter vocatus *Víga Glúmur*, qvi tandem ob cædem nobilioris cujusdam viri inde pulsus, dimidiam partem filio cæsi placamenti loco emancipavit, dimidiam vero vendidit, unde id, in Einari Ejulfi filii, viri sui temporis sapientissimi, possessionem transiit, qvi id, ejusqve posteri diu tenuerunt & inhabitarunt; tandem autem Biorni Gislonii Holanæ dioeceseos Episcopi potestati subjectum, celebre monasterium evasit. Hic enim anno 1155 monasterium ibidem exstructum ea conditione sacris dicavit exercitiis, ut ejusdem alumni Regulam Sancti Benedicti exacte observarent, & ab Abbate qvodam semper regeretur. Qvorum primus fuit:

1) *Nicolaus*, secundum alios *Hallbiarni*, alios vero *Bergthori* filius, non incelebris Poëta, carmen enim in laudem Johannis Evangelistæ pepigit, cujus qvædam strophæ, teste Celeberrimo *A. Magnæo*, ad calcem *Vitæ Johannis Apostoli* Islandice scriptæ hucusqve superfuerunt. Hunc *Vita Gudmundi Episcopi* dicit primum fuisse monasterii Thveraaënsis Abbatem. Anno 1155, Encæniis templi Skalholtensis unacum utroqve Episcopo adfuit, concionemqve eorum jussu ad populum habuit. Obiit anno 1160.

2) *Biörnus Gislavi* filius, frater Biörni Episcopi Holensis, ut vult *Stúrlúngasaga* lib. 3. cap. 1. sed secundum alios fuit Glumi filius, & hoc modo tantum uterinus Episcopi frater. Hic anno 1161 electus fuit, sed ab Episcopo anno 1162 in templo Munkathveraaënsi inauguratus; Qvi ex hoc itinere redux, in lethalem statim incidit morbum, sed priusqvam

 animam

animam efflavit, monasterio Thveraaënsi ex opibus cathedræ Holanæ 430 imperiales, aut eorum valorem assignavit. De hoc Abbate non plura habemus, nisi qvod 1181 mortuus est.

Vide *Sturlungasaga* loco cit. & *Vitam Gudm. Ep.*

3) *Hallus Rafni.* Hic videtur idem ille Hallus Rafni esse, ac qvi Grenjadarstadis antea fuit, & Gudmundum postea Episcopum annis 1172, 1175 sustentavit, sed qvicqvid de eo sit, anno 1184 ordinatus fuit Hallus Abbas Rafni filius, mortuus vero 1190.

Vid. *Sturlungasaga* lib. 3. cap. 8. 9. & *Annales Regii* & *Flateyenses.*

4) Huic successit *Enarus Nialis* filius, de qvo nihil scimus, nisi qvod anno 1196 mortem oppetivit, ut habent *Annales Regii.*

5) *Ormus Skeggii* filius, Episcopi Biörni sobrinus, qvando sacris monasticis initiatus fuerit, incertum est. Sed anno 1204 ibidem Abbas fuit; hoc enim anno Sigurdo Ormi filio, viro non tantum nobili, sed strenuo & industrio, prædium Thveraaënse, annuente Gudmundo Episcopo ea conditione locavit, ut ædificia, qvæ pleraqve ruinam minabantur, reficeret, qvod Sigurdus fideliter perfecit, idqve eo lubentius, qvod Ormus ipsius pater, in senectute hoc monasterium intraverat, ibidemqve ut cænobii membrum occubuerat; qvæ fata ipsum Sigurdum etiam manebant. Occubuit Ormus Abbas 1212.

*Sturlúngasaga* lib. 3. cap. 19. *Annal. Regii.*

6) Huic proximus fuisse videtur *Ketillus Halli* filius, qvi anno 1229 obiit, ut testantur *Annales Regii.*

7) Eodem qvo occubuit Ketillus anno, scil. 1229, inauguratus fuit *Arnas Hialti* filius. Anno 1242 Thordo Kakalio salutare dedit consilium, ut Ejafiordo qvam primum excederet, hostiumqve furori semet subduceret. Mortem occubuit anno 1252.

*Sturlungasaga* lib. 7. cap. 2. & *Annal. Regii.*

8) Anno 1253 inauguratus fuit *Ejolfus Brandi* filius, non vero 1254, ut *Annales Regii* & *Flateyenses* perperam habent, nam 1253, cum Gissurus Thorvaldi incendium Flugumyrense ultum iret, una cum Andrea Sæmundi Eyolfus Abbas intercessorem egit, utqve induciæ fierent effecit; Simile qvid iterum, sed frustra, tentavit, anno 1255, ante pugnam Thveraaënsem, cum Thorgilsus Bödvari & Thorvardus Thorarini necem Oddi Thorarinidæ vindicatum contra Rafnum Oddi & Ejolfum Thorsteni tenderent; Sed postridie pugnam Thorgilso Thorvardoqve cum asseclis

eatenus

eatenus abſolutionem impertivit, ut cum inſontibus converſari & conveſci liceret. Eodemqve autumno, cum Henricus Epiſcopus hoſce complices ita indignaretur, ut illis ſui aſpectum & colloqvium negaret, Abbas Præſulis obſtinaciam ita mitigavit, ut in conſpectum venire & colloqvi reis permitteretur. Anno 1258, cum Thorvardus Thorgilſum ſocium & amicum nihil mali opinantem inſidioſe & nefarie interfeciſſet, Abbas interfecti corpus honeſte ſepeliri, inferiasqve pro more ſeculi celebrari curavit, ſed ſeqvente vere, cum Sturla Thordi & Sigurdus Bödvari filius necem Thorgilſi vindicaturi Thorvardum perſeqverentur, Abbas tertia vice interceſſorem egit, idqve effecit, ut cauſa, non armorum, ſed totidem ex utraqve parte delectorum, deciſioni committeretur: Supremum vero arbitrium, ſi diſſentirent, eſſet penes Brandum Jonæ Abbatem Thyckvabajenſem. Anno 1259, cum Comes Giſſurus freqventi ſtipatus ſatellitio Provinciam viſitaret, Abbas ſumtuoſum ei præbuit convivium. Plura de eo ad manum non ſunt, niſi qvod una cum utroqve Epiſcopo, Rafno Oddi Islandiæ Præfecto, Jona Nomophylace, Runolfo Abbate Videyenſi, aliisqve Primoribus, magnificentiſſimo convivio interfuit, a Thordo Halli anno 1277 Mödruvallis adornato, cum ſororem ſuam Valgerdam Sigurdo Sigurdi filio, dicto *Seltiörn*, nuptum daret. Hæc autem ſatis oſtendunt Eyolfum fuiſſe virum gravem, pacis & boni publici amantem. Occubuit 1293.

*Sturlungaſaga* lib. 9, 10. *Vita Arnæ Epiſc. Annal. Regii & Flatejenſes.*

9) *Liotus* ordinatus 1293. Eo ſedente, Catharina poſtmodum Abbatiſſa Reineſtadenſis, Nonna, ſolitariam vitam Munkathveraaæ egit. Obiit 1296.

*Annal. Reg.* & *Flat.*

10) *Thorerus Haralldi*, qvi a qvibusdam vocatur *Thordus*, anno 1298 initiatus eſt. Huic anno 1308 cum Laurentio Kalfi, poſtea Holenſi Epiſcopo, ſed tum temporis Archiepiſcopi Emiſſario, gravis interceſſit lis, de ſepultura Solveigæ uxoris Thorvaldi Geiridæ, cujus corpus maritus, contemto ſepulcreto Bajeſaaënſe, ubi jure ſepeliri debuit, ad Thveraaënſe templum devexit, ibiqve addito inſigni donario condidit. Qvod, ut in ſui, templiqve Bajeſaaënſis detrimentum & contumeliam factum ejusdem Paſtor Laurentio detulit, & utriusqve tam cadaveris, qvam donarii reſtitutionem popoſcit, idqve ut fieret, Laurentius nomine Archiepiſcopi mandavit. Sed hoc ejus mandatum Abbate ſusqve deqve habente, Jö-

rundumqve Epiſcopum Holenſem appellante, ipſe Laurentius ſacro qvodam die Thveraam venit, & in templo deciſivam pronuntiavit ſententiam, qva corporis Solvegæ ut & accepti donarii reſtitutionem ſevere mandavit, & qvamdiu id non perficeretur, ſacris in templo Thveraaënſi operari prohibuit. Qvod Abbas ſine mora Epiſcopo retulit, qvi conſentiente Laurentii collega, Biörno qvodam, Ordinis Prædicatorum Monacho, Laurentii ſententiam diſcidit. Qvod ut audivit Laurentius, Munkathveraaæ comparuit, ſuumqve renovaturus interdictum legere incepit, ſed perficere non potuit, nam Abbas Monachiqve in eum involantes ſchedam diſruperunt, eumqve ex templo & cœmeterio tanto impetu & furore ejecerunt, ut male multatus fuiſſet ni alii ei ſubveniſſent. Tandem autem interventu ipſius Epiſcopi, ita ſopita eſt hæc controverſia, ut Abbas, qvæ acceperat, retineret, Paſtor autem Bajeſaaënſis parvo qvodam munere deliniretur. Anno 1316 Audinus Epiſcopus Abbatis honorem Thorero abrogavit, (forte ob ingentem, qvem, illo Abbate, cœnobium contraxerat æris alieni acervum, nam ſoli Holanæ Cathedræ 480 Joachimicos debuit, ut ex ſeqventi § conſtat). Qva irritatus ignominia anno 1318 injurias, ut ipſi videbatur, qveſtum ad exteros abire paravit, ſed naufragium ad oram Islandiæ orientalem paſſus, ibidem hyemavit, tandemqve anno 1321 in Norvegiam pervenit, ibiqve 1323 ultimum mundo vale dixit. Unum ejus haud pœnitendum memoratur factum, qvod 1312, Laurentium, ſuum qvondam inimicum, ſed tum omnium rerum indigum & domo expertem accerſivit, eiqve per integrum annum, ea conditione, ut ſuo regimini concreditos monachos erudiret, neceſſariam præbuit ſuſtentationem, qvod ut ille fideliter fecit, ita & hic etiam, ſi per ſuperiores, Laurentio malevolos, licuiſſet, diutius eum retinuiſſet.

*Laurentii Vita. Annal. Regii. Torfæi Antiqvitt.*

11) Ullusne an nemo ab anno 1316, ad 1322 monaſterio præfuerit, incertum eſt; ſed 1322, qvam primum de ſua ad Epiſcopatum electione certior factus erat Laurentius, ſuum qvondam diſcipulum, nunc vero amicum & in monaſterio Thingeyrenſi ſodalem (ejusdem enim uterqve membrum jam fuit) *Bergum Socki* filium inde evocatum, Thveraaënſi cœnobio, ſed Prioris tantum nomine & honore, usqve ad annum 1325 præfecit, qvo tandem ſolennem ei Abbatis honorem & ordinationem impertivit. Circa, aut ante annum 1330, exigente Epiſcopo, nomina monaſterii expedivit, emancipando Holanæ Cathedræ ſex villas, qvarum qvælibet

80

80 imperialibus conftitiſſe videtur, tantundem enim, i. e. 480 Joachim. Audinus Epiſcopus cœnobium Holanæ Cathedræ debere putaverat. Anno 1334 ſua ſponte, ut habent Annales, ex humilitate (fyrer litelætes ſaker) Abbatis officium abdicavit, qvod ei, exactis inter triviales monachos undecim annis, ab Ormo Epiſcopo 1345 reſtitutum fuit. Hujus viri annum emortualem nusqvam determinatum vidi; Fuit autem, omnium conſenſu plurimis coætaneorum doctior, Orator & Muſicus optimus, multas Sanctorum vitas in lingvam Islandicam transtulit, cui operi par ſatis fuiſſe perhibetur, cum, fueritne ſcriptor eloqventior, an ſcriba elegantior, valde dubitaretur. Vid. *Hiſt. Eccl. Iſland.* Tom 1. pag. 591.

*Vita Laurent. Annal.* varii.

12) Bergo, cum prima vice anno 1334 officio ſe abdicavit, ſucceſſit *Biörnus Thorſteini*; præfuitqve huic monaſterio, usqve ad annum 1339, qvo hanc Abbatiam cum Thingeyrenſi commutavit.

Conf. Catal. Abbat. Thingeyrenſ. ſupra, pag. 33. ad hunc annum.

13) Anno 1339 ordinatus fuit *Stephanus*, qvi anno 1345 ad monaſterii Thingeyrenſis præfecturam translatus fuit (vide ſupra pag. 34.) cui *Bergus* denuo Abbatiam ſuſcipiens ſucceſſit, ſed qvamdiu hac vice eam retinuerit, non conſtat.

14) Qvod *Haflidus* qvidam inter Abbates Thveraaënſes numerari debeat, & hic ſibi locum vindicet, certum eſt; expreſſe enim dicunt *Annales Flateyenſes*: *Anno* 1371 *Obiit Haflidus, cui ſucceſſit Arnas Abbas Thveraaënſis*; qvibus & conſentit *Rimbeigla*. Temporis ratio haudqvaqvam vetat, qvin Haflidus Bergo immediate ſubſtituatur; nam ſi damus Bergo qvinqvennium, ſcil. ab anno 1345 ad 1350, reſtant 19 aut maximum 21 anni, qvi Arnæ adſcribendi erunt.

15) *Arnas Jonæ*; qvando inauguratus fuerit, non liqvet; Sed qvod Abbas Thveraaënſis fuerit, innuunt *Annales Flateyenſes*, & perfecte probat mancipatio villæ effta Skriduland, qvam anno 1375 in feſto Dunſtani Epiſcopi conſentientibus canonicis Munkathveraaënſibus & inevitabili neceſſitate adactus vendidit Gudmundo Sigurdi filio, vaccas ovesqve lactarias pretii loco accipiens. Qvamdiu huic monaſterio præfuerit, non conſtat; concludi tamen poteſt ex *Annalibus Holanis*, qvod ſua ſponte officium abdicaverit. Anno 1379 in Norvegiam transfretavit, teſte celeb. *Torfæo in Hiſt. Norv.* Tom. 4. lib. 10. cap. 8.

F 3 16) Huic

16) Huic succeſſiſſe videtur *Thorgilſus* ille, cui Jonas Calvus Epiſcopus Holenſis anno 1385 officium abrogavit.
*Annal. Holenſes.*

17) Anno 1385 ordinatus fuit *Hallus* qvidam, qvi 1393 reſignavit, inqve monaſterium Thingeyrenſe, unde venerat, redire cupivit.
*Annal. Holenſes.*

18) Verum nomen viri, qvi Hallo ſucceſſit, ignoratur, cum prima tantum ſyllaba in *Annalibus Flateyenſibus* aliisqve optimæ notæ monumentis exiſtat hoc modo: *Anno 1394 ordinavit Petrus Epiſcopus Hall — ut eſſet Abbas Thveraaënſis.* Recentiora exemplaria nihil curantia lacunam, locant *Hallum*, ſed veriſimilius eſt, longius nomen habuiſſe, cujus prima ſyllaba fuit *Hall*, reliqvum autem in originali ita tritum fuiſſe, ut legi neqviverit; Potuit autem vocari *Hallſteinus, Hallbiörnus, Halldorus, Hallgrimus, Hallkelus*, aut ſimile qvid. Sed qvicqvid ſit de nomine, improbabile tamen non eſt eum exſtitiſſe, & diverſum ab antecedente Hallo fuiſſe. De mortis tempore & genere nihil exſtat; ſed veriſimillimum eſt epidemicam illam luem, dictam *ſvarte daude* (mors nigra) qvæ Islandiam vaſtabat annis 1401 & 1402, eum etiam ſuſtuliſſe. Teterrima (qvam mox nominavimus) peſtis, pleroſqve ſacri ordinis viros ita demeſſuit, ut in Holana diœceſi ſex Sacerdotes, tres Diaconos, & unum monachum reliqverit; unde veriſimile ſit, monaſteria haud paucis annis paucos habuiſſe incolas; qvæ conjectura non parum roboris inde nanciſcitur, qvod 12 vel etiam 30 proximis poſt eam annis, nullum in Holana diœceſi nominent *Annales* Abbatem. Accedit præterea, qvod ipſa Holana diœceſis, per viginti fere annos proprium non habuit Epiſcopum, qvi talium rerum curam gereret, unde facillime adducor ut credam monaſterium Thveraaënſe a peſte, qvæ anno ſeculi 1401, 1402, Islandiam vaſtavit, ad annum 30, paucos monachos, ſed monaſterium nullum habuiſſe Abbatem; qvæ ſuſpicio non inde parum firmatur, qvod anno 1429, cum ferale incendium templum cum univerſis ornamentis, ſacris inſtrumentis ut & Cœnobium cum omnibus utenſilibus, aliisqve multis ac pretioſis divitiis ſesqvi horæ ſpatio abſumeret, nulla prorſus Abbatis mentio injicitur, ſed duorum tantum Sacerdotum & unius Monachi, qvos evaſiſſe qvidem, ſed morti proximos, refertur.

19) Monachum autem illum, nomine *Thorgilſum*, ſanitati qvadantenus reſtitutum Jonas Epiſcopus proxima æſtate ab exteris redux, Abbatem hujus monaſterii conſtituit, qvi, qvid inde geſſerit, neſcitur, niſi qvod

anno

anno 1431, coram Officiali Ario Thorbiörni, Stephanum Halli ſubdolæ decimarum ſolutionis inſimulavit.

*Annal. Recent.* & *Skalholtenſes.*

20) Huic ſucceſſiſſe videtur celebris ille *Enarus Isleifi* filius, cujus ſoror fuit Thora, cognomine Brók, ſed ejus filia Helena mater Jonæ Epiſcopi Areſonii; filius autem Enari fuit Fimbogus, de qvo paulo poſt plura ſcribendi occaſio dabitur. Qvando Abbas factus ſit, non conſtat, ſed immediate Thorgilſo ſucceſſiſſe, temporis ratio non vetat, nam ſi Thorgilſo additur triennium, poſitoqve qvod 1434 obierit, Enarus autem ordinatus fuerit 1435, res qvidem in loco erit, nihilqve abſonum feret; id ſaltem certum eſt, qvod anno 1439 in feſto Antonii Abbas ſalutabatur. Vide §. ſeq. Et 1444, cum Gottſkalkus Epiſcopus Holanæ Curiæ clero ſua promeret documenta, qvibus hæc diœceſis ei concedebatur, Enarus hicce, ut reliqvorum primipilus, primus iisdem conſenſit, Gotſkalkoqve omnem Epiſcopo debitam promiſit audientiam. Similiter etiam eorum primus fuit, qvi Videvallis 1451 Epiſcopo cujusvis templi unius anni decimas ad expediendum, qvæ fecerat in proxima peregrinatione, nomina, aſſignavit. Anno 1468 una cum aliis qvibusdam magni nominis viris interceſſorem egit in Rodugrund, die Saturni ante feſtum Jacobi, cum Olaus Epiſcopus & Paulus Brandi filius, contraherent de prævaricationibus Jonæ Pauli filii Paſtoris Grenjadarſtadenſis, & paulo ante Holanæ diœceſeos Officialis, ut & Fimbogi Jonæ filii, poſtea Nomophylacis, qvorum ille fuit Pauli filius, hic vero nepos, de qvibus legenda *Hiſt. Eccl.* Tom. 2. pag. 592 ſq. Annis plus minus 50, qvibus Abbatiam geſſit, perutilem monaſterio præſtitit operam, multa enim eidem prædia, aliaqve, variis acqvirendi modis ſubjecit; Sed cum tabulæ emtionum & permutationum ab eo factarum novi qvid, aut ſibi præ aliis proprium nihil contineant, omnium contenta recenſere ſuperſedemus, ſufficere putantes, ſi nomina prædiorum aliorumqve, qvæ monaſterio acqviſivit, adſcribamus, ubi tamen obſervandum eſt, qvod omnibus illis, ſui monaſterii lucrum & commodum ſectatus fuerit, & multo plura eidem acqviſiviſſe nullum eſt dubium, nobis autem ſeqventia innotuerunt:

Anno 1452, Gil & Vagla emit.
1456. Hardbak in Melracka Sletta.
1464. Jodiſarſtade.
1466. Omnes ſylvas in tractu Skinnaſtadenſi.

Anno

Anno 1467. Dimidium villæ Upſalir.

1468. Reyki in Fnióſkadal.

1469. Sandfellshaga in Oxarfiörd.

1473. Vendidit ei ipſius frater Steingrimus Isleifi filius propitiatorium argenteum deauratum, duas libras tantum non pendens, qvod Abbas renumerare promiſit decem vaccis (*X hundrud i málnytu*) lactariis, ɔ: 40 imperialium valore, & vervecibus (*V hundrud*) qvantum 20 imperiales æqvaret, pretio vernali, qvandocunqve Steingrimus accipere vellet; Præterea etiam 20 ulnas panni Islandici, duas vero peregrini & duas pelles ovillas qvotannis, qvamdiu 5 hundredæ pretii reſtant non perſolutæ. Hæcce tabula ſeu teſtimonium de hac emtione datum eſt 1473.

Anno 1474 Hroaſtados in Fnioſkadal.

1477 Unius agni pabulum qvavis hyeme, in omnibus Biarni Olai filii prædiis in Eyafiord ſitis.

1479 Tantam ſylvam in territorio Vaglenſi in Fnióſkadal, qvam fratres Atlius, Karius & Ejolfus poſſidebant.

1481 Airlæk in Oxarfiord.

1485 Partem reſiduam ſylvæ Vaglenſis.

1486 Teig in parœcia Hrafnagilenſi.

Præterea omittendum non eſt, qvod ille, ut & Nomophylax Brandus Jonæ anno 1477, Grundæ in tractu Eyafiörd, ſua auctoritate incolas Ejafiordenſes ad id induxerunt, ut dies undecimus Martii ibidem ab eo tempore qvotannis pio conventui precibus & eleemoſynis erogandis deſtinaretur, & qvo decentius interiore pietate & meliore ordine fieret, concluſum fuit, ut vicini Paſtores per vices concionem haberent, qva finita, præſentium qvisqve aut mox ſtipem promſit, aut certo tempore ſe daturum promiſit, qvod ditioribus ſolenne fuit, qvi pauperi cuidam colono unam aut alteram agnam, eqvuleum, partem mercedis habitaculi aut tale qvid, ſuo tempore promiſerunt; Qvod inſtitutum haudqvaqvam pœnitendum plures in toparchiis Eyafiordenſi, Thingeyenſi & Skagafiordenſi imitati ſunt; duravitqve usqve ad annum 1744, qvo tandem conventus ille Regio Edicto abrogatus fuit.

Anno 1487 ſuum condidit teſtamentum, qvo Stigo ſobrino ſuo varia legavit, qvod ejus ſucceſſores irritum facere voluerunt, ut ſuo loco dicendum veniet.

Circa

Circa confinia annorum 1487 & 1488 obiisse videtur; Non enim audiendus est celebris *Annalium* conditor *Biörnus de Skardsaa* ejusqve asseclæ, qvi scribunt Enarum hunc apud filium suum Finnbogum Abbatem Thveraaënsem 1517 obiisse. Fatetur enim Olaus Episcopus in schediasmate scripto 1488, qvod Eirekus Enari Pastor Grenjadarstadensis se hoc anno, ante medium Maji (fyrer fardaga), accesserit, & Abbatiam Thveraaënsem ambiverit, se autem id ei ea de causa denegasse, qvod non haberet carnem monasticam (*klausturkiöt*); sed cum Pastor emendationem promitteret, votumqve de vita monastica Sanctæ Mariæ factum causaretur, Episcopus ei in proximum annum cœnobii dispensationem concredidit. Seqvente autem hyeme, Erekus iterum Holas venit, filiolo nuper auctus, ordinationem denuo petens simul ac absolutionem, qvarum hanc adeptus est, illa vero ei denegata, nam Episcopus qvendam alium Cœnobio præposuit.

21) Anno 1489, *Jonas* qvidam Abbatis officio initiatus fuisse videtur, nam anno seqvente in Synodo, qvam Hrafnagili instituit Olafus Episcopus, de controversia qvæ Finnbogo Nomophylaci ex mandato Episcopi cum Sveinbiörnis Pastoris qvondam Mulensis hæredibus intercessit, Judicum primus recensetur. Sed 1493 Holis ut testis adfuit, cum Pastor Magnus Halli vel Halldori filius affirmaret se plenum prædii Skutustad pretium ab Olao Episcopo accepisse, & anno 1494 ab Episcopo ad Synodum Videvallensem unacum clero ultra tesqva Oxnadalensia vocatus est schediasmate dato Holis pridie festum Paschatos. Eodem anno a Stigo Enari postulavit, ut omnia, qvæ qvondam fuerant Enari Abbatis, Stigus vero testamenti titulo acceperat, præsertim vero prædium Illugastad, restitueret; illa revera monasterii peculium non vero Abbatis fuisse asserens. Qvæ controversia usqve ad annum 1570 duravit. Qvando occubuerit hic Jonas, non liqvet, verosimillimum est, eum ab immani illa peste, qvæ hoc eodem anno grassari cœpit, absumtum esse.

22) *Einarus Benedicti*, Pastor antea Grenjadarstadensis, inter membra conciliorum Olai Episcopi sæpius, & qvidem inter primos, nominatur, unde verisimiliter concluditur, fuisse virum inter Ecclesiasticos melioris notæ, qvod tamen non obstitit, qvominus Episcopus eum 14`9 repetundarum accusaret, qvod contra litteras collationis per integrum septennium se & Cathedram Holensem debita portione esocum, qvos in fluvio Laxaa ceperat, defraudasset, qva causa Enarus cecidit, & opimam illam

 præben-

præbendam Grenjadarſtad amiſit, ſed Epiſcopo reconciliatum fuiſſe, ex ſupra allatis manifeſtum eſt. Abbatiam Thveraaënſem 1494 adeptus eſſe videtur; eo enim anno, antiqvam illam litem de prædio Illugaſtad coram conciliabulo Vidvicenſi, cui Jonas Thorvaldi & Gudmundus Jonæ Officialis præſidebant, renovavit, deciſivamqve poſtulavit ſententiam, qvam judices hac vice in adventum Epiſcopi procraſtinarunt, ſed anno 1507 cauſam demum obtinuit. Inter Gotſkalki Epiſcopi, qvi avunculo ſuo Olao ſucceſſit, amicos, cariſſimus fuiſſe videtur, unde in plerisqve aut omnibus ejus judiciis & deciſionibus primus nominatur. Anno 1519 die Mercurii ante feſtum Johannis ante portam Latinam Jonas Arii, poſtea Epiſcopus, ut pretium honeſtæ ſuſtentationis, qvam matri ſuæ Helenæ ſtipulatus eſt, villam Midhus Abbati & monaſterio emancipavit. Anno 1521, poſt mortem Gotſkalki, ut primipilus Eyafiordenſis & Thingeyenſis Cleri, id eſt, omnium citra tesqva Oxnadalenſia habitantium Sacerdotum in Synodo Eyrarlandenſi diſpenſationem Holanæ Cathedræ Jonæ Areſonio adjudicavit, ſeqventiqve anno unacum illis, edito ſcripto, eis qvi trans eadem tesqva habitarunt, perſvaſit, ut ad proxima usqve comitia eidem etiam rerum eccleſiaſticarum ſupremam committerent inſpectionem, moxqve ejusdem anni autumno eorum primus fuit, qvi omnem Ogmundi Epiſcopi Skalholtini jurisdictionem & Epiſcopalem in Holana diœceſi adminiſtrationem recuſarunt. Tandem & ultimo nomen ejus occurrit in literis Finnbogi Enaridæ Holanæ diœceſeos Officialis, editis 1524, die Jovis ante feſtum Johannis Holenſis Epiſcopi & Confeſſoris, qvibus Clerum inter tesqva Oxnadalenſia & Helkundenſia vocat, jubetqve, ut die Lunæ poſt feſtum Barnabæ Videvallis in tractu Skagafiord conveniat, cum Ogmundus Epiſcopus Skalholtinus ibidem eodem die generalem diœceſeos ſynodum habere conſtituerit; unde patet nec hunc, nec priorem Enarum, ut ſcribit *Biörnus de Skardſaa* ejusqve ſeqvaces, anno 1517 occubuiſſe; Prior enim, ut ſupra notavimus, anno 1488 obiit, hic vero in vivis fuit 1524. Et ſi apud Finnbogum Abbatem mortuus eſt, ut vult *Biörnus*, incidit mors ejus in annum 1525, ad qvem etiam Finnbogi obitum, ſed minus vere, refert.

23) *Finnbogum* filium Enari Abbatis Isleifidæ, de qvo §. 20 egimus, electum aut poſtulatum Abbatem Thveraaënſis monaſterii fuiſſe, qvodqve Enari ſeneſcentis coadjutor fuerit, non negamus, ſed ſacris monaſticis anno 1517 initiatum fuiſſe probari non poſſe putamus, niſi ex relatione

*Skardſaa-*

*Skardſaaënſis Annalium* conditoris & eorum qvi eum compilarunt, qvæ dubiæ fidei, ſi non omnino falſa eſt, expreſſe enim *Biörnus* ad annum 1517 ſcribit: *Conſecratus fuit Finnbogus Abbas*, & ad annum 1525: *Moritur Finnbogus Abbas.* Mallem ſcripſiſſet: 1517 electus aut poſtulatus fuit Dominus Finnbogus Enarides, ut eſſet ſeneſcentis Enari Abbatis Adjutor. Sane ipſe Finnbogus in literis & Actis publicis nunqvam ſe vocavit Fratrem aut Abbatem, nec ab aliis vocatus fuit, ſed ſemper utitur de ſeipſo communi Paſtorum titulo: *Finnbogi preſtur* ɔ: Paſtor Finnbogus. In teſtamento Gotſkalki Epiſcopi 1520 (vid. *Hiſt. Eccl. Iſl.* Tom. 2 pag. 643) ut & in literis, qvibus Jonas Arii eodem anno mancipavit Enaro Abbati villam Midhus, nominatur Enarus Abbas, ſed Finnbogus ut teſtis ſubſcribens ibidem Paſtor vocatur; Ergo tunc non fuit Abbas. In literis, qvibus Clerus Holanus Ogmundi Epiſcopi jurisdictionem recuſavit & ad Archiepiſcopum appellavit, datis 1522, nominatur Enarus Abbas Thveraaënſis, & *Síra* Finnbogi; ɔ: Paſtor Finnbogus Electus cœnobii Thveraaënſis, ſimiliter & in literis Jonam Arii Archiepiſcopo commendantibus eodem anno in craſtina Simeonis & Judæ. In literis Clericis trans Oxnadalenſia tesqva habitantibus, ſcriptis 1524, vocat ſe ipſum, non Abbatem Thveraaënſem, ſed Finnbogum Enari Paſtorem & Officialem templi Holenſis; unde patet, graviter *Biörnum* & ejus aſſeclas hallucinari, cum ſcribunt Finnbogum ordinatum fuiſſe 1517. Unde ſeqvitur, ſi unqvam ſacris monaſticis initiatus fuit, aut id factum eſſe ab Ogmundo cum Holis eſſet 1524, qvod valde dubito, aut a Jona Arii filio ex Norvegia reduce 1525; qvod ſi verum eſt, & qvod aſſerit *Skardſaaënſis*, qvod 1525 mortuus ſit, oportet eum paucos tantum menſes in officio exegiſſe. Sacerdotio autem dudum initiatus fuerat, nam 1502 fuit Paſtor primarius templi Holenſis, ſæpiusqve ut judex & Aſſeſſor in Actis Publicis, præſertim 1502, 1505 & 1517 commemoratur. Fuit vir modeſtus, & ſuorum in diœceſi Holana coætaneorum doctiſſimus. Filiam habuit unicam, cujus filius fuit Enarus Paſtor Eydalenſis, qvi anteqvam obiit, vidit filios nepotes & pronepotes ſupra 100, qvorum celeberrimus fuit Oddus Enari, Epiſcopus Skalholtenſis. Finnbogum anno 1525 obiiſſe vult *Skardſaaënſis*, ſed laudatus mox Epiſcopus in ejus genealogia eum ad annum 1532 vitam produxiſſe innuere videtur, unde non improbabile eſt Abbatem factum eſſe 1525, & ſeptem annos in officio exegiſſe.

24) *Petrus Pauli* fuit magni nominis Sacerdos; ſacrisqve initiatus ante 1502, ſæpeqve ſub Gotſkalko Epiſcopo Aſſeſſor aut membrum Synodorum, non inter ultimos, nominatur, ut Videvallenſis 1502, iterumqve ibidem 1505, & tertio 1519. Anno antem 1517 Gotſkalkus ei præ aliis ſua concredidit negotia in Norvegia conficienda, qvapropter eum ut Legatum ad Ericum Walkendorphium Nidaroſiæ Archiepiſcopum aliosqve Regni Primates miſit, unde in Senatus & Epiſcopi Bergenſis concluſo, 1518 die Jovis poſt Dominicam Miſericordias facto, vocatur Gotſkalki Epiſcopi mandatarius. Anno 1520 poſt mortem Gotſkalki in Synodo, qvæ Holis in feſto Thomæ Apoſtoli habita fuit, Jonæ Arii filio, cui clerus provinciarum trans-Oxnadalenſium curam Cathedræ Holanæ commiſerat, a cis-Oxnadalenſia tesqva habitantibus adjunctus fuit Petrus Pauli, ut pari poteſtate omnia Cathedræ negotia curaret, qvæ poteſtas non niſi in proximum ver duravit, tum enim in Synodo Eyrarlandenſi Generali, communi omnium, excepto tantum Petri, voto, in Jonam translata fuit, Petrus enim, ut Jonam eligeret, nunqvam adduci potuit. Hinc anno 1522, qvam primum Ogmundus Epiſcopus Skalholtenſis in Islandiam venit, cui a Capitulo Nidaroſienſi Holanæ diœceſeos cura & inſpectio commiſſa fuerat, Petrus ad eum tranſiit, ejusqve opera Ogmundus adverſus Jonam uſus eſt, & eum cum mandatis qvibusdam aut dica, qvam Jonæ ſcripſerat, Holas miſit, ut eadem Jonæ prælegeret; qvæ ille eluſit, Petrusqve re infecta domum reverſus eſt. Qvod, licet Ogmundo, ut veriſimile eſt, valde diſpliceret, nihilominus anno 1523 cum Jonas ipſi Ogmundo verba dediſſet, & ejus conatus, qvibus propoſitum in Norvegiam iter impedire conſtituit, prævertiſſet, loco Nicolai Paulini, cui officium abrogavit, Petrum Holanæ Cathedræ opum Diſpenſatorem conſtituit, qvod officium usqve ad annum 1526 geſſiſſe videtur, tunc enim cum eo Jonas Holenſium Præſul factus, in præſentia Helgi Abbatis & Sacerdotum Olai Hialtidæ ac Thomæ Erici filii computationem inſtituit, pleraqve, aut in eodem, aut non deteriore ſtatu inveniens, qvam poſt mortem Gotſkalki Epiſcopi fuerant. Ad annum 1526 refert *Biörnus de Skardſaa* Petrum Abbatiam Thveraaënſem nactum eſſe, ſed qva fide, ipſe viderit, tantum enim conſtat, qvod ipſe Præſul in citatione qvadam 1526, die veneris poſt feſtum crucis ſcripta, eum non Abbatis, ſed conſveto Paſtorum titulo compellat. Similiter etiam in Codicillis, qvibus Jonas Epiſcopus Petro Pauli villam ytre Laugar anno 1529 mancipavit,

pavit, non Abbas, sed simpliciter *Síra Petur* (ɔ: gregarii Sacerdotis titulo) insignitur. Primum autem, qvod ad nos venit, documentum Abbatis ei titulum tribuens, est tabula, qva Nicolao Gudmundi famulitii pretium solvens, villam Hool emancipavit, scripta 1532, qvod accurate cum anno Finnbogi emortuali convenit. Alterum autem est tabula permutationis, qva Abbas Petrus & sacerdos Magnus Jonæ, ex mandato Jonæ Episcopi Holensis prædia Ædey, Unadsdal, Sandeyre & duo prædia in Veidileysa Episcopo Skalholtensi Augmundo pro Mársstadis, Skutis, Kimbastadis & dimidio prædiorum Akr & Siófarborg emancipant, Skalholti anno 1533 in vigilia festi Apostolorum Philippi & Jacobi Tertium est tabula permutationis villarum Reykiaströnd & Reykiaveller, factæ 1534, inter hunc Petrum Pauli, vice Ogmundi Episcopi & Solveigam Antistitam Reinestadensem, in cujus confirmatione Ogmundus eum vocat Abbatem Thveraaensem. Anno 1538 inter membra Synodi Hrafnagilensis, ut & Videdalensis eodem anno habitæ & sæpius ipso præsidente Episcopo, recensetur. Anno 1541, die Mercurii ante festum Corporis Christi, inter alios Holanæ diœceseos Clericos, literas ad Gloriosissimum Daniæ & Norvegiæ Regem Christianum Tertium dedit, qvibus novam illam Ordinationem Ecclesiasticam, qvam accipere jussi fuerant, recusavit. Et anno 1544 in Comitiis Generalibus inter sex arbitros primus fuit, qvibus ambo Episcopi Jonas & Gissurus causam Biarnanesensem judicandam commiserunt. Cum D. Petro Palladio commercium literarium habuisse videtur, ut ex Palladii literis ad Ormum Sturlæsonium & Petrum Einari, datis 1 Martii 1545 colligi potest, ubi dicit se jam mittere dudum illis, Petro Pauli Abbati Munkethveraaensi, aliisqve, promissa exemplaria *Expositionis Catechismi*, a se ante paucos annos conscriptæ; Tuncqve Palladius de eo ut vivo loqvitur; sed obiit, ut vult *Skardsaaënsis*, anno 1546.

25) *Thomas Erici* filius fuit anno 1520 primarius templi Cathedralis Pastor, & anno 1521 in Actis Synodi Holensis vocatur templi Holensis Secretarius, &, ut verbo dicam, omnibus, qvæ in gratiam & favorem Jonæ Arii filii dixit scripsitqve Clerus Holanus, Thomas subscripsit, ejusqve semper fuit fidissimus assecla, qvod non magnopere mirandum, cum Episcopi privigna ejus esset concubina, ex qva qvinqve aut plures liberos suscepit: ideoqve ob fidem Jonæ præstitam ab Ogmundo Episcopo ejusqve satellitio 1523 male multatus fuit. Anno 1544 fuit bonorum Cathedralium Dispensator, & annuente Episcopo sacerdotale officium Gislao

Finnbogi filio, qvi homicidium commiserat, in Synodo Videvallensi, unacum reliqvis Assessoribus restituit. Eodemqve anno inter eos fuit in foro generali, qvi sententiam dixerunt de causa Biarnanesensi. Anno 1546 Abbatiam Thveraaënsem adipiscitur; anno autem 1550, Clericorum conventui, qvi Eyrarlandi, præsidente Episcopo, habebatur, interfuit, in qvo Præsul prædium Glaumbaj præbendam Holanæ Cathedræ effecit. Anno 1551, post fata Præsulis, ut membrum Synodi Holanæ sub præsidio Officialis Biörni Gislonis decrevit, qvod defuncti Præsulis bona, hæreditate ad ejus posteros transire deberent, cum nec monachus, nec Abbas consecratus fuisset. At paulo post eodem anno, in conventu Oddeyrensi, coram Regiis Legatis Axelo Jul & Christophoro Trundsonio Regi homagium solvit, simulqve in verba novæ *Ordinationis Ecclesiasticæ* juravit.

Insigne in hoc monasterio qvondam fuisse chartophylacium, svadet proverbium qvod in usu est, cum alicujus rei autoritas aut documentum reqviritur: *Þad er epter gömlum Múnkaþverár brefum*; ɔ: exstat in Archivo Munkathveraaënsi.

Anno 1551 hocce cœnobium eadem ac alia expertum est fata, & licet permulta ad id primitus pertinentia prædia & villulæ deinceps aliis destinata fuerint usibus, nihilominus hodie 154 imperialium mercede locatur. Prædiorum autem huic monasterio anno 1639 subjacentium nomina & merces annua hic subjunguntur:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. solid. |
|---|---|---|
| Borgarhóll — | 1 | — |
| Helgársel — | 1 | 64 |
| Stóre Hamar — | 13 | 32 |
| Kambur — | 6 | 32 |
| Litle Hamar — | 6 | 64 |
| Rifkelstader — | 6 | 64 |
| Grýta — — | 4 | 64 |
| Sigtún — — | 6 | 64 |
| Upsaler — | 10 | — |
| Innra Laugaland — | 10 | — |
| Ytra Laugaland — | 10 | 64 |
| Lateris | 77 | 64 |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. solid. |
|---|---|---|
| Transport | 77 | 64 |
| Innre Tiarner — | 11 | 86⅖ |
| Ytre Tiarner — | 12 | 32 |
| Gröf — — | 8 | 64 |
| Hvassafell — | 8 | 64 |
| Litle Hóll — | 9 | 64 |
| Ytra Gil — | 10 | 64 |
| Hamrar — | 10 | 64 |
| Dagverdareyre — | 7 | 32 |
| Básar — | 4 | 64 |
| Sydre Grenevík — | 4 | 64 |
| Lateris | 166 | 86⅖ |

*Nomina*

| Nomina prædiorum. | Merces. Imp: | solid. |
|---|---|---|
| Transport | 166 | 86$\frac{2}{5}$ |
| Nedre Sandvík — | 3 | 32 |
| Hróalldstader — | 4 | 64 |
| Þórdarstader — | 5 | — |
| Belgsá — | 3 | 64 |
| Vagler — | 7 | — |
| Reyker — | 6 | 32 |
| Túnga — | 7 | — |
| Snæbiarnastader — | 5 | — |
| Hialltadalur — | 6 | 32 |
| Söllastader — | 5 | 64 |
| Sigrídarstader — | 5 | 64 |
| Tiarner — | 7 | — |
| Tiarner austare — | 7 | 64 |
| Arnarstape — | 2 | 64 |
| Vatnsende — | 6 | 32 |
| Teigur — | 6 | — |
| Fell — — | 8 | 64 |
| Airlaikur — | 12 | — |
| Lateris | 282 | 86$\frac{2}{5}$ |

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|
| Transport | 282 | 86$\frac{2}{5}$ |
| Skógar — | 8 | 32 |
| Vesturhús — | 3 | 32 |
| Sandfellshage — | 7 | — |
| Laikiardalur — | 2 | 32 |
| Núpur — | 7 | 64 |
| Dadastader — | 6 | 32 |
| Snartastader — | 9 | — |
| Efrehólar — | 7 | — |
| Leirhöfn — | 8 | 89$\frac{3}{5}$ |
| Blikalón — | 6 | 32 |
| Rif — — | 2 | 89$\frac{3}{5}$ |
| Hardbakur — | 3 | 32 |
| Aasmundastader — | 6 | 32 |
| Raufarhöfn — | 4 | — |
| Hóll — | 6 | 32 |
| Ormalón — | 6 | 32 |
| Flautafell — | 2 | 64 |
| Brimnes — | — | 64 |
| Summa | 381 | 73$\frac{3}{5}$ |

# CAP. VI.

## *De monasterio Thyckvabajensi, sive Verensi.*

Locus in orientali Islandiæ Qvarta, in Toparchia Skaptafellensi, inter amnes Ejaraa & Kudafliot, in qvo situm est hocce monasterium, vocatur *Ver*, aut pleno nomine *Alftaver*, eo qvod antiqvitus ibidem ingens fuit lacus, in qvo cygnorum multitudo sese continebat, ex qvorum captura, primi hujus loci occupatores ingens lucrum capiebant, vocaruntqve inde totum hocce interamne spatium Alftaver, ɔ: Cygnorum Stationem aut domicilium, cumqve primus loci occupator, nomine Gnupur, multis postea advenientibus, particulas territorii venderet, locusqve brevi

densis

denfis impleretur habitaculis, eum vocarunt *Thyckvabaj*, ɔ: denfas habitationes; Sed procedente tempore, univerfum territorium retinuit nomen *Alftaver*, vel etiam nudum & folum *Ver;* Principale autem prædium nomen *Thyckvebajr* fibi vindicavit, ut accuratiffime loqvendo hocce monafterium ad diftinctionem alius villæ ejusdem nominis, qvod etiam dicitur *Thyckvebajr in Holltum*, vocatum fuerit, & vocari debeat *Thyckvebajr in Alftaveri.* Sed non diu primi occupatores locum incoluerant & cygneis illis deliciis fruiti fuerant, cum ingruente fubterranei ignis periculo, territi inde abfcedere cogerentur, qvod malum unacum aqvarum & fabuli inundationibus, licet huic ut & vicinis tractibus interitum fæpius minitatum fuerit, nunqvam tamen ita defolavit, qvin aliqvatenus refloruerit. Qvod etiam poft primam hancce, qvæ circa annum 900 accidiffe videtur, defolationem, evenit, nam feculo a nativitate Salvatoris 12 locus priftinam fere faciem recuperaffe videtur, primarium enim tum temporis incolebat prædium, vir, non tantum opulentus, fed & pius, probus, fapiens & magnæ autoritatis, Thorkellus Geiri filius, cujus genealogiam texit *Landnámabók* Edit. Ifland. pag. 142, qvi & improlis & hæredibus, qvos fuis ex affe fortunis dignos judicaret, deftitutus, diftributis in propinqvos donis, reliqvæ partis Chriftum, (ut ea tempeftate loqvebantur) & Sanctos ejus hæredes fcripfit, qvod ipfe vivus & vigens eo exfecutus eft modo, ut anno 1168 præeunte auctoritate Klangi Epifcopi Skalholtini, monafterium in hocce fuo prædio Thyckvabaj exftructum ipfi dedicandum traderet; qvi ejusdem membris Regulam ordinis Sancti Auguftini obfervandam præfcripfit. Ipfe autem inducto ad id Thorlaco Thorhalli filio, ut huic ordini nomen daret, & monafterii regimen in fe fufciperet, cucullo indutus, ibidem ut gregarius monachus confenuit; qvapropter in *Landnámabók* alibiqve Thorkillus *Kanúkur*, ɔ: canonicus appellatur; Tandemqve anno 1187 vitam cum morte mutavit.

Hujus monafterii Abbates fuerunt:

1) *Thorlacus Thorhalli* filius, genere nobilis, natus Hlidarendæ in tractu Fliotshlíd anno 1133. Literis primo, fub egregii viri Ejolfi Paftoris Oddenfis inftitutione non infelicem operam dedit; ad exteros deinde abiens, Lutetiæ in Gallia & Lincolniæ in Anglia, per fexennium, ftrenuum Mufarum cultorem egit. Anno 1168 primo Prior, & deinde 1172 Abbas Monafterii Thyckvabajenfis conftituitur, (poftqvam redux in patriam aliud fexennium in contubernio viri cultiffimi Biarnhardi Paftoris Kirkiu-

bajensis transegit;) cui officio tanta ſapientia & ſanctimonia præfuit, ut parem vix invenires, hocqve vitæ genere tantam ſibi famam acqviſivit, ut anno 1174 Epiſcopus Skalholtenſis eligeretur. Anno 1177 iter Norvegicum ingreditur, initiationem ab Archiepiſcopo accepturus; annoqve ſeqvente Præſul conſecratur, hic primus Epiſcoporum Islandiæ clericis matrimonium interdixit: primus etiam laïcos templorum patrocinio & bonorum eccleſiaſticorum ſeu præbendarum diſpenſatione omniqve earum uſufructu privare aggreſſus eſt. Senior factus, tædio ſeculi Epiſcopatum reſignare & in monaſterium ſemet recipere, cogitaſſe fertur; ſed priusqvam propoſitum exeqveretur, mortalitatem anno 1193, 10 Calend. Januarii, ætatis 60, explevit. Plura de eo vide *Hiſt. Eccleſ. Island.* Per. 2. cap. 6.

2) Anno 1178 electus & conſecratus fuit *Gudmundus Bialbi* filius, qvi 1197 obiit.

3) *Jonas Lopti* anno 1198 inauguratus, inqve ejusdem anni Comitiis Generalibus angina tam graviter correptus, ut nec loqvi, nec qvicqvam guſtare poſſet, dolorqve omnem contemneret medicinam, præter Divi Thorlaci auxilium, nam poſt ejus invocationem ſtatim remiſit. Cumqve Divi reliqviæ eodem anno translocarentur, Jonas eidem ſolennitati interfuit. Paucisqve poſtea annis, cum mulier qvædam turpiſſimorum inſimulata criminum, graviſſimo etiam jurejurando apud Jonam Abbatem, ut judicem, ſemet liberare deberet, ille, præter ſolitam ferri candentis geſtationem, eam etiam per crines Sancti Thorlaci jurare adegit, qvo facto eam inſontem pronuntiavit. Abbatiam videtur reſignaſſe 1221, eiqve ſucceſſor deſignatus fuiſſe *Hallus Giſſuri* filius, qvi ſacris initiatus fuit 1221. Sed poſt Ketilli Abbatis Helgafellenſis obitum, anno 1220, Epiſcopus ob gravem aliqvam cauſam Jonæ perſvaſit, ut officium reaſſumeret, Hallum vero monaſterio Helgafellenſi præpoſuit. Obiit Ionas 1224.

4) *Hallus Giſſuri* filius, jam magni nominis Myſta, ſed antea inter Politicos ſupremum locum tenens, nam Nomothetæ officium geſſerat, id enim 1209 depoſuit. Inauguratus fuit, ut ſupra dictum eſt, anno 1221, a qvo, usqve ad annum 1225, Helgafellenſi monaſterio præfuit; ſed mortuo Jona Lopti Thyckvabajenſem Abbatiam ſuſcepit. Hunc non ſemel, ut ejus deceſſorem, ſed ſæpius angina afflixit, adeo, ut nunqvam bene ſanus eſſet, cum hoc malo confligtans. Anno 1201 Skalholtum venit, cumqve nec qvicqvam loqvi, multo minus deguſtare poſſet, conſilii expers tan-

dem Divi Thorlaci reliqvias adiens, easdem adoravit, fimbriaqve panni, qvo involvi solebat venerandum Divi membrum cum cuidam adorandum porrigeretur, crucis forma fauces signavit, dicens: *O Sancte Thorlace! ora pro nobis!* Qvo facto, sanitati restitutus abiit, qvod qvicunqve credit & condigna devotione attendit, Hallum Thyckvabajensem Abbatiam & successionem in tam potentis Divi & tanti benefactoris locum ac lectum, ubi qvædam lacinia aut lodicula, qva qvondam usus fuerat, adhuc superesse potuit, Helgafellensi prætulisse, non mirabitur. Obiit 1230.

5) *Arnorus Ossuris* filius inauguratus 1232 resignavit 1247.

6) *Brandus Jonæ* filius ex clarissimis patriæ familiis ortus, Arnoro adhuc superstite sacris monasticis initiatus fuit anno 1247; Nam qvod *Sturlungasaga* libr. 6. cap. 36. historiam anni 1242 recensens, cum sexies, expressis verbis, Abbatem eum vocat, per anticipationem factum esse æstimari debet, aut scribarum tribuendum est incuriæ. Qvod diu, anteqvam Abbatiam suscepit, sacerdotio functus fuerit, pro certo habendum est, nam anno 1237 post mortem Magni Episcopi Skalholtensis, per biennium, ut Officialis, totius diœceseos curam gessit. Similiter etiam Sigurdus Episcopus anno 1250 peregre abiturus, ipsi diœceseos curam commisit, qvo officio, summa æqvitate, vigilantia, omniumqve laude ac gratia, integrum qvadriennium functus est; Sæpenumero enim inter magnates litigantes pacificatorem egit, & arbiter electus, ut sæpius evenit, æqvitati semper locum dedit, unde omnibus carus & venerandus evasit. Scholam domi suæ aperuit, ex qva ejus temporis doctissimi viri egrediebantur, qvorum præcipui fuerunt Arnas & Jörundus Episcopi, ut & Videjensis Abbas Runolfus. Ipse, ut suæ ætatis fuit doctissimus, ita & laboriosissimus, nam præter multa negotia, qvibus distrahebantur ejus studia, in gratiam Magni Norvegiæ Regis, cui fuit acceptissimus, librum *Stiórn Heimsins* consignavit, aut ex Latino in Islandicum sermonem vertit; Similiter etiam *Vitam Alexandri Magni*, ut & qvosdam Autores Romanos. Post fata Henrici Episcopi Holani anno 1262 ab Archiepiscopo vocatus in Norvegiam transiit, ubi omnium tam Regum Haconis & Magni qvam Archiepiscopi ut & capituli Nidarosiensis consensu, Holanus eligitur Episcopus, summisqve initiatus sacris anno 1263 Holanam diœcesin regere cœpit, qvod per sesqviannum peregit. Obiit enim 1264. Plura de eo vid. *Histor. Eccles. Island.* Tom. 1. pag. 368 sqq.

7) *Runolfus*

7) *Runolfus Sigmundi*, Brandi fucceffor, confecratus fuit anno 1268. Conventui Reykiavallenfi, ubi Epifcopi de abfolutione cadaveris Oddi Thorarini difceptabant & re infecta difcefferunt, adfuit; Similiter etiam anno 1279 in conventu Seilenfi, ubi rem tandem effectui dederunt, osfaqve Oddi Abbas non fine miraculo, ut vult Autor *vitæ Arnæ Epifcopi*, qvod hic piget referre, Skalholtum transvexit. Anno 1280 Epifcopus ei Baldachinum dedit, antea a Rege ipfi dono datum. Anno 1287, inftinctu Epifcopi, colonos Sidenfes contra Asgrimum Thorfteini defendit, interqve Epifcopum & Asgrimum amicitiam contrahere fategit. Anno 1288 interceffioni Abbatis dedit Præful, ut Rafnum Oddi non excommunicaret. Eodem anno, cum Præful ad exteros abivit, Runolfo Abbati diœcefeos negotia commifit, qvæ ille per triennium fideliter peregit; tamdiu enim Epifcopi abfentia duravit. Anno 1289 Jörundus Epifcopus Holenfis in abfentia Arnæ Epifcopi, diœcefin Skalholtinam juffu Archiepifcopi peragravit, & cum eo Abbas Runolfus, cujus vifitationis fummus fuit fcopus præbendarum a laicorum poteftate repetitio, qvorum omnes, qvi refragari aufi funt, Abbas domum reverfus, aut excommunicavit, aut graviter admonuit. Anno 1290 juffu Epifcopi Qvartam occidentalem Abbas permeavit, Præbendas a laicis recipiens; mortuo enim in Norvegia hoc anno eorum antefignano Rafno Oddi, omnes animum demiferunt, qvibus abfolutis, competentes præfcripfit pœnitentias, præter unum Dominum Erlendum, qvi, ut contumax, in excommunicatione permanfit. Tandem 1299, mortuo ante biennium Arna Thorlaci, cum Arnas Helgonis Electus Epifcopus ad accipiendum confecrationem in Norvegiam tranfiret, Runolfus denuo epifcopalia diœcefeos Skalholtinæ procuravit, usqve ad annum 1304. Juffus qvidem fuit anno 1303, ut cum qvibusdam aliis in Norvegiam tranfiret, fed fenium forte & valetudinem caufans, domi manfit. Ejus inftinctu Paftor Grimus Holmfteini filius *Vitam Johannis Baptiftæ* compilavit. Vid. *Hift. Eccl. Ifland.* Tom. 1. pag. 583. fqq. Tom. 2. pag. 22. 33 fqq. Obiit 1306, aut fecundum alios 1307 (a).

8) *Lodmundus* ordinatus fuit 1307, fed deceffit 1313 die 30 Dec.

H 2 9) Anno

(a) *Annales Skalholtenfes antiqvi* ad annum 1307 ita habent: " Ob. Runólfr ábóte í Vere " Sigmundarfon 3 Calend. Januarii, oc hafdi ábóti verit tvo vetur oc XL. " Id eft: *Obiit Abbas Verenfis, Runolfus Sigmundi filius, 3 Cal. Januar. qvi qvadraginta duos annos Abbas fuerat.* Ad eundem annum ejus obitum *Annales Holenfes* referunt.

9) Anno 1314 die Epiphanias inauguratus fuit *Thorlacus Lopti*, qvi Laurentium Kalfi, poftea Epifcopum Holenfem, fed tum temporis egenum & a Canonicis Nidarofienfibus profligatum ad fe vocavit, eiqve informationem Canonicorum Thyckvabajenfium commifit. Anno 1326, cum Jona Halthorio Skalholtino Epifcopo, caufæ Mödruvallenfis, inter Laurentium Holanum Epifcopum & monachos Mödruvallenfes, judex conftitutus fuit; De qva lite legendum eft cap. 10. §. 1. 2. Anno 1342, variis de caufis inter Abbatem & Fratres Thyckvabajenfes grave adeo ortum eft diffidium, ut Abbas domi tutus non effet, fed male multatus in Norvegiam injurias qveftum tranfire cogitaret, qvod cum non procederet, Videyam confugit, ibiqve hyemem transegit; Sed irregulares hosce canonicos, qvi non tantum feditionis, fed etiam fcortationis convicti erant, Jonas Sigurdi filius Skalholtenfis Epifcopus anno 1343 in prima Qvartæ orientalis vifitatione, captos & compedibus vinctos fecum abduxit, qvorum nomina fuerunt: Eyfteinus, Arngrimus & Magnus. Mortuum effe hunc Thorlacum 1350 aut 51, pleriqve Annales confentiunt. Poft mortem Sanctis annumeratus fuit, ejusqve corpus, anno 1360, ex cœmiterio in templum translocatum.

10) Ejus fucceffor *Ejulfus Pauli* confecratus fuit 1351, aut fecundum alios 1352; Hic anteqvam cucullum induit, Sacerdos templi & Difpenfator œconomiæ Skalholtenfis fuerat; Mortuus 1377, aut ut alii volunt 78.

11) Ejulfo fuccenturiatus *Runolfus Magni*, folitam accepit confecrationem 1378; ut inufitatum & injufte factum annotatur, qvod eo fedente, facinorofus qvidam Sæmundus Stephani, qvi in monafterium, ut tutiffimum afylum, confugerat, inde extractus, & ex fententia judicum occifus, fuit. Anno 1402 epidemica peftis hujus monafterii fex cives cum Abbate abfumfit, fex autem refidui fuerunt. Qvidam autem mortem Abbatis ad 1403 referunt, qvod perinde eft, cum omnes confentiant eum pefte, qvæ duobus hifce annis graffabatur, abfumtum effe.

12) Qvis ei fuccefferit, non liqvet, nam nec ab Annalium fcriptoribus qvisqvam hujus monafterii Abbas nominatur, nec in aliis Documentis, priusqvam ad annum 1416, cujusqvam nomen occurrit; Sed cum Vilchinus vigilantiffimus Skalholtenfium Epifcopus, priusqvam 1405 ex Islandia exiit, reliqvis Abbatiis profpexerit; præponendo Helgafellenfi Vermundum, fed Videjenfi Biarnum, haud eft verifimile folam Thyckvabajenfem

bajensem orbam relictam fuisse, cumqve ex Annalibus constet Fratrem Jonam Hallfredi filium cum eo ex portu Hvalfiordensi solvisse, & qvod majoris est ponderis, (teste celeb. *A. Magnæo*,) inter Documenta Videjensia exstabat testimonium Fratris Jonæ, Abbatis Thyckvabajensis, de sigillo Eqvitis Grimi Thorsteini filii, datum Hvalfirde, in festo Jacobi, 1405, valde probabile sit Jonam qvendam Runolfo successisse, qvem laudatus vir putat fuisse *Jonam Hallfredi* filium, qvi bona Episcopi venia, negotiorum ergo, cum eo enavigaverit, sed mox ad demandatam Abbatiam reversus fuerit: nam ad annum 1413 nominatur Jonas Abbas Holanæ diœceseos Officialis, & ad 1415 expressis verbis vocatur Jonas Abbas Hallfredi filius diœceseos Holanæ Officialis, qvi præbendam Mel in Midfirde æstimari curavit. Certe Jonas qvidam fuit Abbas Thyckvabajensis anno 1416, qvod satis bene qvadrat in hunc Hallfredi filium; sed an etiam aliqvando Helgafellensis Abbas fuerit, incertum est; de qvo nostra conjectura cap. 7. §. 16. legi potest. Obiit naufragio 1422, tum enim ab exteris revertens, cum ad Vestmannejas ventum esset, noluit cum Johanne & Baltazare Præfectis Regiis ibidem terram ascendere, sed portum Sundensem intrare cogitans, cum nave, onere & nautis periit.

13) Cum Jonas Hallfredi filius obierit anno 1422, diversus utiqve ab eo est *Jonas* ille Abbas Thyckvabajensis & Officialis Sancti templi Holensis, qvi Holis in Hialtadal, 1427 dominica post qvatuor tempora in — pacta inter Thorunnam Priorissam (ut ipse vocat) Reinestadensem & Illugum Biörgolfi confirmavit, affixo Officialatus sui sigillo. Eodemqve anno in medio Novembri idem Jonas Abbas Thyckvabajensis, ut Sancti templi Holensis Officialis, præsens fuit Grenjadarstadis, jussu Archiepiscopi ædes Præbendæ æstimari jubens. Sed anno 1438 Skalholti, in sacra hebdomade, frater Jonas Abbas Thyckvabajensis (NB. omittitur hic titulus Officialis Sancti Templi Holensis) inter judices a Gotsvinno Episcopo denominatos numeratur, qvi sententiam de controversia Erici Ericii & Ejulfi Thorvaldi dixerunt. Tandem etiam Gotsvinnus Præsul e Norvegia ad Jonam Abbatem Thyckvabajensem literas dedit 1440; unde probabile: α) Duos ejusdem nominis Jonas fuisse Abbates monasterii Thyckvabajensis ab anno 1405 usqve ad 40. β) Utrumqve fuisse Holensis diœceseos Officialem, priorem 1413. 1415, posteriorem 1427. Et γ). oritur qvæstio; Qvis Abbates Skalholtinæ diœceseos, & qva de causa constituerit Officiales Holanæ diœceseos Inspectores? Resp. Qvod priorem attinet, verisimile

 est

eſt id feciſſe aut ipſum Archiepiſcopum, aut Arnam Epiſcopum Skalholtenſem, ſed Holanæ Eccleſiæ Inſpectorem & Archiepiſcopi nomine Generalem totius Islandiæ Viſitatorem; Sed cauſa in obſcuro eſt, niſi connjicere liceat, Holanam Eccleſiam tum temporis penuria virorum tali officio parium laboraſſe, cum peſtis anno 1403 ſex tantum ſacerdotes, diaconos tres & unum tantum monachum reliqviſſet; aut Arnam, multitudine negotiorum obrutum, Vicario indiguiſſe, ſed nemini Holanorum voluiſſe id concedere: Sed qvantum poſteriorem concernit, ab Archiepiſcopo eum ſuam habuiſſe conſtitutionem, viſitatio aut æſtimatio ædium Grenjadarſtadenſium, qvam Archiepiſcopi juſſu feciſſe dicitur, probabile facit. Potuit etiam in cauſa eſſe magna illa diſſenſio, qvæ tum inter Jonam Jonæ filium Holanum Epiſcopum & Clerum diœceſeos viguit; ſed non ab Epiſcopo Skalholtino, qvi tum nullus fuit, neqve ab anno 1419 in Islandia fuerat. Hæc, licet ſint veriſimilia, tamen nihil niſi conjecturæ.

14) Anno 1448 fuit *Kolbeinus* qvidam Abbas Thyckvabajenſis, (ut ex judicio qvodam de Dyrhólaey patet, qvo ejus dimidium monaſterio adjicitur) qvi etiam in vivis fuit 1455.

15) Anno 1461, fuit Frater *Bardus* Abbas hujus monaſterii, ſimiliter etiam 1488 & 1492.

16) Anno 1495, fuit *Gudmundus Sveini* filius Abbas Thyckvabajenſis, qvi anno 1496 controverſiam habuit cum Thorſteino Arii filio de illicita eqvorum uſurpatione.

17) In contractu qvi anno 1515, in Foro Generali inter Vigfuſum Erlendi & Grimum Pauli, de cauſa Mödruvallenſi, inter pacificatores nominatur Frater *Arnas* Abbas Thyckvabajenſis. Exſtat & ejus nomen in pluribus monumentis Thyckvabajenſibus ſcriptis 1518. 1519 & 1520. Ad eum etiam ex Norvegia Ogmundus Electus Skalholtenſis literas dedit 1521, qvæ tamen poſt feſtum venerunt; Obiiſſe enim Arnas videtur ſub finem anni 1520; Vacavit poſt eum Abbatia triennium, ut habet prima Ogmundi per Qvartam orientalem viſitatio, facta 1523, qvæ villas monaſterii hoc modo recenſet: *Hraunbajr*, *Herjólfſtader*, *Hollt*, *Skálldabajr*, *Jórvík*, *Mýrar*, *Flaga*, *Hríſanes-heimra*, *Hlíd*, *Gróf*, *Borgarfell*, *Hvammur*, *Svínadalur*, *Nes*, *Aaſar* utriqve, *Aa*, *Botnar*, *Hólmar*, *Hnauſar*, *Skard*, *Lingrar*, *Eya* utraqve, *Sandur* uterqve, *Dalbair*, *Fagurhlid*, *Thyckvebajr*, *Selialand*, *Dalur*, *Fell*, *Hvolur*, *Hryggur*, dimidia pars fundi *Ketilſtadenſis*,

*denſis*, *Fagredalur*, *Dyrhólmar*, *Geilar*, *Hvammur*, *Foſs*, *Gata*, *Heydarvík*, *Höfde*, *Steinar*, *Upſaler*, *Staffell*, *Midhús*, *Vedalur*, *Hávardſtader*, *Thernunes*.

18) Anno 1523, conſecravit Ogmundus Epiſcopus *Kolgrimum Kodrani*, qvi antea fuerat Paſtor Valthiofſtadenſis, ut ex ejus teſtimonio edito Vallaneſi 1524 conſtat. Inter Aſſeſſores ſynodi Generalis 1524 & 26 ejus nomen occurrit, ut & in multis aliis monumentis, ante ſuſceptam Abbatiam ſcriptis, ubi plerumqve ut teſtis ſubſcribit. Filium habuit Ejulfum, virum valde robuſtum, Ogmundi Epiſcopi ſatellitum primipilum, qvem in Norvegiam cum Giſſuro, poſtea Epiſcopo, ſuſpecta habentes negotia, ad Archiepiſcopum miſit; ideoqve a Regiis captus, ſed Bergenſis Epiſcopi interceſſione liberatus fuit. Tandemqve ebrius haſtam incautius vibrando ſemet confecit.

19) Ut annus Kolgrimi emortualis incertus eſt, ita & qvando *Sigvardus Heliodori*, ſed vero nomine *Sigurdus Halldori* filius, Abbatiam acceperit; factum autem id eſſe 1533 vel prius, inde conſtat, qvod hoc anno, pridie feſtum Philippi & Jacobi inter alios ſententiam dixit Sigvardus Abbas Thyckvabajenſis de Thorvardo Nomophylace, qvem, ut diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubjici qveat, comprehendendum eſſe cenſuerunt. Et eodem anno, inter Aſſeſſores Synodi Thingvallenſis, qvi de Sigurdo Olai filio ſententiam dixerunt, enumeratur Sigvardus Abbas Thyckvabajenſis. Literarum amantem fuiſſe, inde colligitur, qvod ipſe, Catholicæ Religionis acerrimus cultor, Giſſurum Enari ab Ogmundo Epiſcopo ob Lutheraniſmi ſuſpicionem ejectum, ad ſe recepit, ut ipſum & monaſterii membra erudiret. Anno 1544 in celebri illa Middalenſi Synodo eorum primus fuit, qvi ſenium & debilitatem cauſans Chriſtiani III Ordinationem Eccleſiaſticam accipere noluit. Sed nihilominus anno 1548 tum in Synodo Skalholtenſi a catholicæ factionis Clero, Epiſcopum ſe eligi, eandemqve electionem paulo poſt in conciliabulo Thingvallenſi, a Jona Arii filio ejusqve aſſeclis, confirmari paſſus eſt, qvo facto conſecrationem acqviſiturus, Hafniam petiit; Sed anteqvam enavigavit, Jonam Epiſcopum, ſuum per totam diœceſin conſtituit vicarium, qvi hoc prætextu utens, ſtatim poſt Sigurdi diſceſſum ejus nomine omnia miſcere cœpit. Sigvardus autem Hafniam delatus & ſpe ſe fruſtratum videns, in Islandiam reverti noluit. Sed Havniæ usqve ad annum 1550 ſe continuit, qvo, accepta puriore religione, placide ibidem obiit, ut teſtatur D. Palladius, Sellan-

diæ

diæ Epiſcopus, in oratione exſeqviali Sigurdo dicta: Ipſe enim Præſul ei parentavit. Vid. *Hiſtor. Eccleſ. Island.* Tom. 2. pag. 671. Utilem hic fuiſſe Bibliothecam, teſtatus eſt Giſſurus Einari filius, primus poſt Reformationem Skalholtenſis Epiſcopus; Hic enim ab Ogmundo Epiſcopo ejectus, integrum biennium muſis vacavit, & ope egregiorum librorum, qvos ibidem reperit, inſignem fecit profectum. Sunt, qvi tradunt hocce monaſterium anno 1542, imo omnia, eodem anno, a Regiis Præfectis, ejectis monachis, occupata fuiſſe; ſed magnopere hallucinantur, nam hic annus Videjenſi tantum fatalis fuit, reliqva autem, præter Helgafellenſe, ad annum 1551, in antiqvo ſtatu permanſerunt: Fueruntqve in Thyckvabajenſi monaſterio anno 1544, aut poſtea, ut teſtatur Giſſurus Epiſcopus, hæcce membra: Abbas Sigurdus, frater Jonas Arnæ, frater Jonas Oddi, frater Magnus, frater Jonas Grimi, frater Sæmundus. Et anno 1548 in authenticis documentis expreſſe nominatur Sigurdus Abbas Thyckvabajenſis. Qvi primus poſt Abbates hocce monaſterium tenuit, fuit Haldorus Skuli filius, annuæ mercedis loco ſolvens 40 Joachimicos; Nunc autem qvotannis ſolvuntur 180. Villas autem, licet permultæ aut abalienatæ prorſus, aut aliis ſtatim poſt Reformationis tempora fuerint conceſſæ, anno 1639 ſeqventes, tantiqve elocatas, retinuit:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Snædill — | 2 | — |
| Skard — | 11 | $83\frac{1}{5}$ |
| Botnar — | 6 | 64 |
| Hólmar — | 6 | 64 |
| Hólmaſel — | 6 | 64 |
| Hnauſar — | 4 | 64 |
| Língar *utriqve* — | 12 | 80 |
| Grímſtader — | 8 | 32 |
| Oos — — | 4 | — |
| Rackakot — | 2 | — |
| Efre Ey — | 9 | 64 |
| Fióſakot — | 3 | — |
| Kotey — — | 7 | $57\frac{3}{5}$ |
| Lateris | 85 | $92\frac{4}{5}$ |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 85 | $92\frac{4}{5}$ |
| Sandar — — | 7 | $57\frac{3}{5}$ |
| Leidvöllur — | 4 | — |
| Aaſar ytre — | 12 | 32 |
| Hríſunes — | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Nes — — | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Skálmarbajr — | 9 | 64 |
| Jórvík — — | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Hollt — — | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Herjólfſtader — | 15 | 32 |
| Hraunbajr — | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Saudhúsnes — | 4 | — |
| Hraungerde — | 4 | — |
| Lateris | 184 | $22\frac{2}{5}$ |

Nomina

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 184 | $22\frac{2}{5}$ |
| Selialand | 9 | 32 |
| Dalur | 7 | 32 |
| Backar | 4 | 48 |
| Aa | 7 | $57\frac{3}{5}$ |
| Skaptárdalur | 4 | — |
| Dalabajr | 7 | — |
| Fagurhlíd | 6 | 64 |
| Þyckvebajr | 8 | — |
| Fell | 6 | 32 |
| Hrygger | 7 | $57\frac{3}{5}$ |
| Hvoll | 16 | 32 |
| Lateris | 288 | $89\frac{3}{5}$ |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 288 | $89\frac{3}{5}$ |
| Ketilſtader | 15 | 64 |
| Skarnes | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Gilier | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Hvammur | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Foſs | 6 | 64 |
| *Utraqve* Vík | 16 | 32 |
| Fagredalur | 8 | $25\frac{3}{5}$ |
| Höfde | 9 | — |
| Þiódólfshage | 6 | 64 |
| Eigilſtader | 6 | — |
| Summa | 382 | 32 |

# CAP. VII.

## *De Monaſterio Flateya-Helgafellenſi.*

In vaſtiſſimo Occidentalis Islandiæ ſinu, dicto Breidafiördur, ſita eſt inſula *Flatey*, ɔ: inſula plana, permultas circum circa habens inſulas, aucupio, ovis, aviumqve molliſſimis plumis, piſcatione & fœniſecio abundantes, qvam circa annum 880 primus occupavit & inhabitavit Thrandus Mióbeinn, ejusqve poſſeſſionem ipſius poſteri usqve ad annum 1172 tenuiſſe videntur, tunc enim Klangus Skalholtenſis Epiſcopus ibidem monaſterium condi curavit, qvod ejus ſucceſſor Thorlacus anno 1184 Helgafellum transtulit. Eſt autem *Helgafellum* nobile prædium in lingula Thorsnes, ad auſtrale nominati ſinus latus ſitum, qvod territorium primus occupavit Thorolfus Moſtrarſkegg, qvi tanta, monticulum in media fere lingula ſurgentem, devotione coluit, ut non modo ſtrictiſſima aſyli jura illi tribueret, ſed & qvemvis illotum eo faciem vertere aut locum intueri prohiberet, hic enim loci, ſive in hoc monticulo ſuæ ſuorumqve poſt mortem animarum futurum fore domicilium conſtantiſſime credidit, eaqve de cauſa monti indidit nomen *Helgafell*, ɔ: monticulus ſanctus,

Huc, ut mox innuimus, Thorlacus Episcopus monasterium ex Flateia transvexit, illudqve, ut qvidam volunt, ordini Prædicatorum ɔ: Regulæ Dominici addixit; alii vero, majore verisimilitudine, templum antiqvitus Sanctæ Mariæ, sed prædium Sancto Johanni dicatum fuisse contendunt; tandemqve nonnulli Sanctæ Mariæ canonicorum Regularium Sancti Augustini dicatum fuisse volunt. Primam sententiam Skalholtinæ diœceseos Episcopus dignissimus, Mag. *Theodorus Thorlacius* in literis qvibusdam ad *A. Magnæum* datis, scripsit, addito (ni falleret memoria) doctissimum virum Mag. *Brynjolfum Svenonium* ejusdem diœceseos Præsulem sibi instillasse. Secundam, in *Excerptis* Parentis mei *Jonæ Haltborii ad Historiam Monasticam Islandiæ* habeo, qvi antiqvissimum librum Daticum templi Helgafellensis allegat. Ultimam autem suam fecit doctissimus *A. Magnæus*; De qva dissensione nostra est conjectura, Venerandum Thorlacium aut memoria lapsum esse, aut Svenonii mentem non recte percepisse, sola id (ut alia jam taceam) evincente temporum ratione; nam S. Dominicus natus fuit anno 1170, uno tantum biennio ante institutum in Flateja monasterium, sed 14 annis anteqvam Helgafellum translatum fuit; ipsius autem Regula aut Ordo Sancti Benedicti ab Honorio 3 qvi anno 1216 thronum Papalem ascendit, id est 44 annis post primam monasterii institutionem, confirmata fuit; unde patet, ne nomen qvidem Sancti Benedicti in Islandia notum fuisse annis 1172 aut 1184. Reliqvas autem sententias eatenus veras esse, qvod prædium primitus Sancto Johanni (unde etiam vocatur *stadr hins helga Johannis*) templum vero D. Virgini dicatum fuisse (unde vocatur *Sanctæ Mariæ Kyrkia*) sed monasterium, pariter ac Videjense, fuisse Sanctæ Mariæ Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini; qvod crebra transmigratio monachorum ex uno in alterum valde facit credibile.

Hujus Abbates fuerunt, qvantum nobis innotuit:

1) In *Vita Sancti Thorlaci*, unacum ipso & Paulo Sölvi filio Pastore Reykholtensi, anno 1174, ut Skalholtensis Episcopatus candidatus, memoratur vir insignis doctrinæ & magni nominis *Ogmundus* Abbas, qvi, si tunc revera factus fuit Abbas, omnino primus Helgafellensium aut verius Flatejensium Abbatum numerari debet, alibi enim ei tum temporis nullus locus patet, cum præter id tria tantum exstiterint monasteria, Thingeyrense, scil cui Carolus, Mödruvallense, cui Biörnus, & Thyckvabajense, cui Thorlacus præfuit; sed si per anticipationem ita vocatur a scriptore *Vitæ*

*Vitæ Thorlaci*, (qvi eandem paulo poſt ejus receptionem inter Divos concinnaſſe videtur) habito tantum reſpectu ad officium, qvod aliqvando geſſit, ſed non ad tempus qvo id accepit, tum *Sigmundo* Abbati, qvi anno 1181 encæniis templi Kalfaneſenſis interfuit, prior locus deberi videtur, ita tamen, ut Sigmundus ſtatim poſt 1181 exceſſerit; Sed hi duo forte ſunt una eademqve perſona, cum Sigmundus nunqvam niſi in *Sturlungaſaga* lib. 5. cap. 6. nominetur, & mutatio primæ nominum ſyllabæ *Og* in *Sig* perfacile fieri potuerit; Sed Ogmundum exſtitiſſe & Abbatem Helgafellenſem fuiſſe, præter *Vitam Thorlacianam*, teſtantur *Sturlungaſaga*, *Vita Gudmundi Epiſcopi*, *Annales Regii* & *Recentiores*, qvos de morte ejus ſcribens allegat Celeberr. *Arnas Magnæus*, ut & *Recenſus Abbatum* ſupra laudatus, qvi etiam vocat eum Ogmundum Kalfi filium. Submerſus aut ſuffocatus eſt in amne Túngu Os, in lacu qvi hodiedum vocatur *ábótapollur*, ɔ: Abbatis lacuſculus, ſive profundum, qvod qvidam allegatorum ad annum 1187 qvidam vero ad 88, & qvidam tandem ad 89 referunt. Eo ſedente, aut circa annum 1174, legavit Aſa vel Æſa hin audga ɔ: dives monaſterio Flatejenſi villam Thrandaſtade cum parte nobiliſſimæ piſcatorum ſtationis, communiter vocatæ Rif.

2) *Thorſinnus* Thorgeiri filius Abbas nominatur in *Sturlungaſaga* lib. 3. cap. 3. Cujus genealogia in *Landnámabók* pag. 67 — 72 prolixe texitur. Obiit anno 1216.

3) *Ketillus Hermundi* filius ſacris honoribus initiatus fuit anno 1217, ſed obiit 1222, cujus haud ignobilis genealogia in *Sturlungaſaga* & *Landnámabók* occurrit. Filium habuit nomine Karum teſte *Sturlungaſaga*, & fratrem Ingemundum, qvi 1173 occiſus fuit.

4) Ketillo *Hallus*, viri ſuæ ætatis doctiſſimi & celeberrimi Giſſuri Nomophylacis filius, ſed Magni Epiſcopi frater, Abbas Thyckvabajenſis ſucceſſit; Qvi qvod in Abbatem inunctus fuerit anno 1221 certum eſt, communiterqve traditur fuiſſe Abbatem Helgafellenſem, & certe monaſterio Helgafellenſi præfuit ab anno 1221 usqve ad 1224 aut 25, nam ibidem filios affinis ſui Rafni Sveinbiörnonis, qvi Thorvaldum Vatnsfiördenſem vivicomburio occiderant, in ſuam accepit clientelam, eosqve Sturlæ Sighvati filio commendavit, ut ex *Sturlúngaſaga* ſatis patet. Qvod licet ingenue fateatur Celeb. *Arnas Magnæus*, attamen nihilo minus eum inter Thyckvabajenſes numerari debere contendit, mortemqve ejus refert, non ut

alii ad annum 1225, ſed ad 1230, atqve in Thyckvabajenſi monaſterio occubuiſſe ſcribit, cui nos etiam conſentimus. Vid. ſupra pag. 57.

5) *Hallkelus Magni* filius, anno 1226 Hallo ſubſtitutus fuit, qvi ut Epiſcopi vicarius per Qvartam Occidentalem anno 1229, Ario, Sigurdo & Gudmundo, qvi Jonam Krok Paſtorem Gufudalenſem occiderant, competentes injunxit pœnitentias. Iterumqve, ut videtur, anno 1238 Alfeidæ Ejulfi filiæ ordalium inſpexit ac de eo judicavit. Obiit 1244.

*Sturlungaſaga* lib 5. cap. 9. lib. 6 cap. 5.

Qvis Hallkelo ſucceſſerit, non liqvet; ſed anno 1253, cum Thorgilſus Bödvari Diaconum qvendam Halldori Vilmundi filium qvibusdam vaccis & ovibus lactariis ſpoliaſſet, ille Helgafellum ad Gudmundum (*Kiennemann*) Clericum vel Sacerdotem, injurias qveſtum confugit, qvi mox unum ex Fratribus nomine Halldorum, ad Thorgilſum miſit, jubens ut rapta reſtitueret; Si vero recuſaret, ſe eum excommunicaturum minitatus eſt, unde probabiliter colligitur, licet hic Gudmundus Sacerdos (Kennemadur) tituletur, majorem tamen poteſtatem habuiſſe, qvam alios vulgares Myſtas. Subit itaqve cogitatio, ſi Hiſtoriæ ſcriptor hic nihil circa illius titulum aut omiſit aut erravit, certe Abbatis, Prioris aut Præpoſiti, poteſtate præditum fuiſſe.

Conf. *Sturlungaſaga* lib. 8. cap. 10.

6) *Olafus Hiörleifi* filius conſecratus 1258. Hunc cum Runolfo Abbate Arnas Epiſcopus ad repetendam præbendam Hytardal a Ketillo Lopti anno 1270 ablegavit, qvi re infecta redierunt. Anno 1253 cum pluribus aliis inter Rafnum Oddi & Sturlam Thordi pacis ſeqveſtrem egit. Hujus Olafi Abbatis & monaſterii Helgafellenſis Diſpenſator diu fuerat Martinus Mauri, qvem Gudlaugus Thomæ filius graviter vulneravit in præſentia Arnæ Epiſcopi 1273. Olafo Abbatiam gerente, legavit Martinus Narfi filius monaſterio Helgafellenſi inſulam Höſkullds Ey, ut ex teſtimonio Bardi Nomophylacis Hugonis filii colligere licet. Obiit Olafus 1302, valde ſenex, ut inde colligitur, qvod ejus frater Aron Hiörleifi filius fuit anno 1222 ita maturæ ætatis & virium, ut Gudmundum Epiſcopum in prælio Grimseyenſi fortiſſime defenderet.

7) Anno 1305 Canonicus qvidam cœnobii Thyckvabajenſis, nomine *Gudmundus Thorvardi* filius, Abbas Helgafellenſis conſtituitur, qvi anno 1308 mortuus eſt.

*Annales Vetuſti*; aliiqve.

8) Anno

8) Anno 1308 *Thordus Gudmundi* filius Canonicus Videyenſis, electus Abbas Helgafellenſis, conſecratus fuit Dominica proxima poſt feſtum Michaëlis. Eodemqve die novum Cœnobii templum dedicatum fuit. Sed 1324 Abbatis honor Thordo ademtus fuit, qvi morti ſuccubuit anno 1343.

9) Anno 1324 *Thorſteinus Thorvaldi* filius Abbas conſecratur, ſed anno 1328 mortuus eſt.

10) Anno 1328 electus fuit, ſed 1329 ordinatus, *Thorchillus Enari* filius, Canonicus antea Videyenſis. Huic Brandus Arnæ filius dimidium prædii Holenſis ut & dimidium Akraneſenſis vendidit. Sed 1344 exauguratus ad exteros abiit.

11) Anno 1344, Videjenſis monaſterii membrum *Thorſteinus Snorronis* eligitur; ſed proximo poſt conſecratus fuit, qvi ad feſtum Sancti Olai 1353 occubuit, ut habent *Annal. vetuſti*, ſed verior videtur aſſertio eorum, qvi mortem ejus ad annum 1350 referunt. Hic in *Rimbeigla* cognominatur *Bolottur* vel *Bollottur*.

12) Anno 1352 die Simonis & Judæ inauguratus fuit Frater *Asgrimus*, qvi multa prædia monaſterio ſubjecit. Nam anno 1354, poſtqvam a Girdero qvodam & ejus uxore Vatnsholtum expreſſerat, id iterum 1377 Rafno Snorronis vendidit, exceptis & monaſterio reſervatis oris maritimis, ab eo recipiens prædium Saxahól. Anno 1360 tres aut qvatuor tales fecit mutationes & emtiones, ſemper aliqvid lucratus. Anno 1362 teſtamento accepit villam Hraunsfiörd. Anno 1364 monaſterio acqviſivit prædia Hóla, Garda & Thæfuſtein. Anno 1377 Ingialdshól, Kialveg, dimidiam Kieblavik, Horn, Hraun, Hóla, Grunnaſundsnes, Bláfeld, cum dimidia parte oræ maritimæ prædii Bódvarsholt, ut & Thoruſtade. Tandemqve poſt tam gnaviter operam monaſterio navatam anno 1379 5 Idus Januar. vitam cum morte commutavit.

13) *Gudmundus Areſonius* anno 1378 in abſentia Oddgeiri Epiſcopi a Jona Calvo Holenſi Epiſcopo inauguratus fuit, qvi 1386 Sulunes utrumqve Midgardis in Stadarsveit vendidit. Obiit 1390 7 Cal. Julii.

14) *Thorſteinus Snorronis*, ejus nominis 2dus, anno 13 o in Dania a Michaële Epiſcopo Skalholtino in Abbatem Helgafellenſem inungitur, totiusqve diœceſeos Skalholtinæ Officialis conſtituitur; qvod officium usqve ad 1394 continuaſſe videtur; Nam 1392 Vermundo præbendam Selárdal, ſed Oddo Stafafell conceſſit. Anno 1393 ſimili modo præbendas diſtri-

buit, Olao Kolbeini Stad in Olduhrygg, Gunnaro Reykholt, Paulo Grimi Gilsbacka, Vigfuſo Sveinbiörnonis Mela, Steinmodo Thorſteini Garda, Jonæ Thordi Kálfafell, Jonæ Ref Miklaholt, Oddo Diſpenſatori Breidabólſtad, qvi præterea habuit Vallanes. Anno 1394, fulmine eccleſiaſtico Vigfuſum Floſonis percuſſit, idqve præcipue ob ejus antiqva delicta, licet jam etiam pernicioſus eſſet, ut loqvuntur Annales. Anno 1398 prædium Kalfarvelle & qvartam partem villæ Hríſum monaſterio adjecit. Tandemqve eum peſtis 1403 demeſſuit.

15) *Vermundus* Paſtor Selaardalenſis ſucceſſit Thorſteino in Abbatia Helgafellenſi anno 1405; Eodemqve anno a Vilchino Epiſcopo totius qvartæ occidentalis Epiſcopi Vicarius conſtitutus fuit; qvod officium usqve ad annum 1408 retinuit, qvo tempore litem inter templa Akrenſe & Kroſsholtenſe eo modo decidit, ut oblationes & tributa in uſum candelarum colonis villarum Erikſtad, Isleifshus, Hvalseya, Voge, Skutilsey, Laxárholt, Hamra & Kálfalaik pendenda, poſthac templo Akrenſi ſolverentur, qvam conſtitutionem Jonas Epiſcopus anno 1410 confirmavit. Vermundus villam Bödvarsholt, excepta ora maritima vendidit, ſed Hellu & Orligſtade monaſterio acqviſivit. Obiit 1416.

16) Qvis Vermundo ſucceſſerit, ex Annalibus aut vetuſtis documentis erui neqvit, ſed cum pro certo habendum videatur aliqvem inter Vermundum & Nialum Abbatiam geſſiſſe, ſunt, qvi ſuſpicantur *Jonam Hallfredi* filium, qvi hoc tempore vixit, hic inſerendum, cui eatenus conſentimus, qvod Hallfredi hicce filius primo fuerit Abbas Thyckvabajenſis, ſed tandem, id eſt, poſt 1416 ad annum usqve 1421, Helgafellenſi Abbatiæ Præfectus fuerit; qvæ conjectura etſi nihil ſecum abſurdum ferat, valde tamen eſt incerta. Plura de eo vid. ſupra cap. 6. § 12. pag. 61.

17) Poſito, qvod Jonas Hallfredi filius Helgafellenſis Abbas fuerit ab anno 1416 ad 1421, incertum tamen eſt, qvis eam abinde Abbatiam usqve ad 1429 rexerit; nam hoc demum anno, Jonas Holenſis Epiſcopus, paulo poſtqvam ex Anglia in Islandiam venerat, Helgafellum ſe contulit, ibidemqve (nam per plures annos Skalholtenſes proprium Epiſcopum non viderant) templum, cœmeterium & cœnobium luſtravit, deinde *Niálum* Abbatem, & templum, qvod per qvatuor annos ut profanatum ſine ſacris & cæremoniis clauſum ſteterat, inauguravit; Anno enim 1425 ſatellites Johannis Pauli monaſterium ſregerunt, templum vero & ſepulcretum, ibidem virum qvendam transverberando, innocuo ſangvine contaminarunt.

runt. Hicce Abbas monasterium seqventibus ditavit prædiis: Anno 1431 Hraunsmula in Stadarsveit. Anno 1435, utroqve Kamb in Breidavík. Anno 1438 litem movit Paulo Sacerdoti Miklaholtensi de balena, qvam in oram Keblavikensem mare ejecerat, qva Pastor tandem cecidit. Mortuus perhibetur anno 1439.

18) *Thorsteinum* qvendam Abbatiam Helgafellensem obtinuisse anno 1439, constat ex testimonio dicto de salmonum captura in Straumfiardaraa, dato hoc anno in septimana ante assumtionem Mariæ. Sed 1440 villulis Borg, Klofavellir & Gröf emit prædia Ulfarsfell & Hrísa, excepta qvarta parte, qvæ antea fuit monasterii, eodemqve anno dono accepit qvartam partem prædii australis Skogarnes. Mortuum esse anno 1450, inde concluditur, qvod Gotskalkus Holensis Episcopus, sed Skalholtensis Vicarius, tum mandavit Sveinbiörno Fratri conventus Helgafellensis prælegere Paulo Olafi filio ejusdem conventus Fratri literas excommunicationis, qvas ei, ob commissam lasciviam misit; nam si tum ullum habuisset monasterium Abbatem, ei certe hoc ministerium & competivisset & mandatum fuisset.

19) Anno 1450, fuit *Jonas* qvidam *Thorkilli* filius Abbas Helgafellensis, ut se in uno tantum exemplari *Annalium Biörni de Skardsaa* legisse testatur celeberr. *Arnas Magnæus*, cujus etiam in suis, qvi jam nostris teruntur manibus, *Annalibus*, mentionem facit *Oddus Erici*.

20) *Arngrimum* (ejus nominis 2dum) in Excerptis Documentorum Helgafellensium, numerari ad annum 1460, tradit mox laudatus vir, doctissimus *A. Magnæus*.

21) *Jonas Pauli* Abbatiam Helgafellensem administrabat 1463 & 65, Hoc enim anno divisioni villæ Gufuskálensis interfuit, & 1467 jura emtionis prædii Hraunhöfn, qvæ Jonas Egilli habere sibi visus est, 20 Joachimicis sua fecit. Ultra annum 1470 vitam protraxisse non est credibile, cum certum sit ex plurium Annalium consensu, qvod —

22) *Magnus Ejulfi* filius, qvi 1477 Skalholtensem cathedram ascendit, antea fuerit Abbas Helgafellensis; qvo autem anno hoc officio fungi cœperit, non liqvet; Sed verosimile est, factum id esse 1470 aut paulo post. Certum enim est, eum Skalholtensem Episcopum fuisse 1478, sed omnino incertum qvid (ut Abbas) gesserit. Obiit, ex visitatione Ecclesiarum Sudurnesensium domum revertens, ad vadum Reykianesense fluvii Bruaraa, anno 1490. Plura de eo vide *Hist. Eccles. Island.* Tom. 2. pag. 488 sqq.

23) *Halldorum Ormi* succeſſiſſe Magno Ejolfi in Abbatis officio, omnes Annalium ſcriptores affirmant, ſed qvo anno fuerit inauguratus, non determinant; factum id eſſe ante annum 1480, probant ejus Acta, nam hoc anno villam Biarnarfoſs & dimidiatam Hraunsholt a Thorleifo Biörni accepit; Cumqve omnes hujus viri emtiones & acqviſitiones cum omnibus ſuis cauſis & circumſtantiis, tam longum qvam tædioſum videatur enumerare, tam inutili labori lubenter ſuperſedemus, contenti nomina tantum villarum notaſſe, ut viri diligentia & indefeſſus monaſterium ditandi labor & animus inde conſpici qveat: (1 — 4) Anno 1480, præter Biarnarfoſs & dimidium Hraunsholt, jura retractus, qvæ Sveno Thorgeiri ad prædia Hnauſa in Breidavík & Thveraa habere ſe exiſtimavit, ſua fecit. (5) Anno 1482 Munadarnes in parœcia Trekillisvikenſi. (6) 1485, dimidium Arnarſtapa. (7 — 9) 1488, Hraunshafnarbacka cum parte prædiorum Gerdüberg & Thverá. (10) 1489 Biarnarfoſs. (11) 1490 Kárſtade. (12 — 14) 1493 Olviskroſs, Oddaſtade, Sídumúlavegge. (15) 1494 dimidium Hraunsholt. (16) 1495 Borg in Laxaardal. (17) Midianes in Reykianeſo. (18) 1499 Maſahlíd. (19 — 21) 1503 omne illud retractus jus, qvod Ormus Nicolai ſe ad prædia Máſahlíd Holt & Tungu habere credidit. (22 — 23) 1504 Höfda in Eyrarſveit & Húſavík in Steingrimsfirde. (24) 1508 Hafey jure retractionis monaſterii. (25, 26) 1509 Stóra Hraun & Fáſkrúdarbacka. Anno 1509 teſtimonium edidit de ora maritima, dicta Skeid, qvod hic in Cathedrali Cartophylacio adſervatur. Eodem anno, unacum Stephano Epiſcopo & Narfo Abbate a Gautone Archiepiſcopo Nidaroſienſi judex conſtituitur inter Gotſkalkum Epiſcopum Holenſem & Jonam Sigismundi Nomophylacem, qvem Gotſkalkus inſontem infando judicio uxore & omnibus bonis privaverat, ut & ſacris interdixerat. Coram qvibus etſi Sigmundinus ſuam cauſam ſat bene ageret, nihilominus eadem cecidit, nam judices omnia Gotſkalki acta approbarunt. Circa annum 1509 videtur Abbatiam reſignaſſe, nam ex allegato mox Archiepiſcopi mandato diſcitur, Narfum ei in Abbatia ante annum 1509 adjunctum fuiſſe. Liberos progenuit duos: α) Ericum, qvi affinem ſuum Paulum Jonæ, virum nobilem, occidit, qvapropter ei aqva & igne interdictum fuit; More itaqve ſeculi Romam petiit, accepta ibidem plena omnium peccatorum condonatione, in morbum incidens ibidem mortuus eſt & honorifice ſepultus. Et β) Catharinam, frugi mulierem, qvæ numeroſam nobilemqve nacta eſt ſobolem. Sed Jonas Veſtmannus, 1627 a Piratis Algerianis in Islandia

landia

landia captus & in Africam ductus, sed Hafniæ tandem Capitanei titulo honoratus, ibidemqve mortuus) in epistola ad fratrem Thorsteinum Jonæ Mystam Holtensem 1647 scripta, audiendus non est, qvi hunc Abbatem nominat Ericum, vocatqve suum *sextum patrem*, *qvi ab impuro Pontifice divortium facere coactus fuerit, ideoqve* 60 *nothos procreaverit:* Nam, α) Clericis eo tempore uxorem ducere non licebat, ideoqve divortio nullus fuit locus. β) Halldorus qvidem fuit ejus sextus pater, ut ille loqvitur, ɔ: tritavus, sed nunqvam 60 nothos procreavit, nisi forte Vestmannus se omnesqve posteros nothos vocaverit, eo qvod Catharina Haldori filia, sed Vestmanni atavia, extra legitimum conjugium procreata fuit. γ) Errat itaqve Vestmannus, tribuendo Haldoro Abbati, qvod, aut simile qvid, alii de Sveinbiörno Thordi filio Sacerdote Mulensi scribunt. Annus qvo obiit hic Abbas, in obscuro est; probabiliter tamen colligitur ex vita Stephani Episcopi, qvam reliqvit Jonas Egilli Hreppholensis Pastor, obiisse eum 1511; scribit enim hoc anno decessisse Abbatem Helgafellensem, valde divitem, cujus scrinia Episcopus compilaverit, ut apud eundem legi potest.

24) *Narfum*, Halldoro vivo successisse aut adjunctum fuisse, ex supra dictis patet; Sed ab Annalium scriptoribus ejus inauguratio communiter ad annum 1512 refertur, qvod etiam consistere potest, scil. qvod dudum ab Episcopo datus Halldori Coadjutor, licet non fuerit ordinarie consecratus priusqvam 1512. Sed nihilo minus ab Archiepiscopo Abbas vocatus fuerit, qvoniam electus fuit, & officio destinatus. Perhibetur fuisse vir literatus, unde a suæ ætatis scriptoribus vocatur *Bonus Clericus*. Anno 1514 contulit Stephanus Episcopus Magno Ejolfi filio Præbendam Selaardal, adhuc sub institutione Narfi Abbatis constituto, eumqve inseqvente anno sacris initiavit, unde patet, Narfum aliqvalem scholam domi suæ instituisse. Anno 1515 in Foro Generali Narfus cum utroqve Episcopo aliisqve Magnatibus arbitrum egit in causa Mödruvallensi inter Vigfusum Erlendi & Thorleifum Grimi. Similiter etiam nominatur inter Assessores, qvi de Biörno Godvini, jam mortuo, 1518 sententiam dixerunt. Ad eum, ut Abbatem Helgafellensem, literas dedit Ogmundus Electus Skalholtensis e Norvegia 1521. Anno 1524 inter judices primus nominatur, qvi Thingvallis sententiam dixerunt de lite Ogmundi & Jonæ Enaridæ. Similiter etiam 1528, cum sententia diceretur de causa Oddensi, tum omnium primus nominatur Narfus Abbas Helgafellensis; sed ejus

 successor

ſucceſſor Halldorus Tyrfingi ibidem nominatur *Sı́ra Halldór.* Tandem anno 1530 cum Optimatibus pluribus interfuit conventui Huſafellenſi & pacificatorem egit inter Epiſcopos Ogmundum & Jonam Arii, ubi expreſſe vocatur *Herra Narfe Abóte á Helgafelle* ɔ: Dominus Narfus Abbas Helgafellenſis; Eodemqve anno contraxit cum Ogmundo Epiſcopo de qvarta decimarum parte a colonis villarum Helgafellenſis monaſterii ſolvenda. Qvid ab hoc tempore egerit, & ubi vixerit usqve ad annum 1550, nos fugit; Tunc autem, ut vulgo fertur, Jonas Epiſcopus Arii filius luſtrato templo & cœmiterio, revocatisqve qvi anno 1543 ejecti fuerant, monachis, Narfum, valde jam, ut probabile eſt, annoſum illis præpoſuit Abbatem; qvæ conſtitutio in annum tantum ſeqventem duravit. Liberos habuit, filium Biörnum, & filiam, cui nomen Sophia, qvi numeroſam & haud ignobilem progenuerunt ſobolem.

25) *Halldorus Tyrfingi* ultimus monaſterii Helgafellenſis Abbas, antea fuerat Sacerdos Stadarholenſis in tractu Saurbaj, qvod prædium præbendæ loco annis 27 tenuit, ibidemqve ut Parochus Saurbajenſis ſubſcripſit pacto cuidam datali 1498. Et anno 1502 vicinarum Præpoſitus fuiſſe perhibetur. Anno 1528, in concluſo qvodam ab Ogmundo Epiſcopo de præbenda Oddenſi facto, ſolito Paſtorum titulo inſignitur, ut & in aliis Codicillis, ſcriptis 1530 in Auguſto, ex qvibus patet eum nondum Abbatem fuiſſe, ſed Ogmundo Epiſcopo in viſitatione Qvartæ Occidentalis comitem ſe adjunxiſſe. Anno autem 1533 inter membra Synodi Thingvallenſis nominatus, vocatur Abbas Helgafellenſis Scribit qvidem celebris *Annalium* conditor *Biörnus de Skardſaa*, qvod Halldorus 1537 obierit, ſed magnopere fallit & fallitur, nam anno 1538, die Martis ante exaltationem crucis, in ſententia, qvæ præſidente Martino Enari filio Sancti Templi Skalholtenſis Officiali de Sacerdote Enaro Gamalielis filio dicebatur, primus recenſetur *Halldorus Dei gratia Abbas Helgafellenſis.* Deinde in Actis concilii Thingvallenſis, anni 1540 die 29 Junii, primus nominatur Halldorus Abbas Helgafellenſis. Tandemqve ipſiſſima Regia Majeſtas in literis ad eum datis 1542 die 21 Novembris, vocat eum Abbatem Helgafellenſem, eiqve mandat, ut ſcholam Helgafelli inſtituat, ſuſtentetqve ejusdem Rectorem, Con Rectorem & diſcipulos, prout Epiſcopus Skalholtenſis ipſi injungat. Unde manifeſtum fit: α) Monaſterium Helgafellenſe nondum a Regiis occupatum fuiſſe. β) Qvod Halldorus adhuc non tantum in vivis, ſed etiam Abbas Helgafellenſis fuerit; unde ſeqvi videtur,

tur, hocce monasterium a Claudio Mervitzen aut ejus asseclis nunqvam fuisse occupatum, nec ei ejus proventus unqvam concessos fuisse, qvod tandem fecit anno 1543 aut 44 David Gudmundi filius, primusqve post Abbates ut proventuum redemtor administravit. Monasterii autem membra tum fuerunt: Halldorus Abbas, Frater Olaus; Frater Jon, Frater Gunnar, qvi ut fama est, nudo capite, nudisqve pedibus, inviti & successoribus omnia mala imprecantes inde cesserunt. Abbati qvidem tot prædia, qvæ una cum fundo monasteriali sat belle Sacerdotem alere possent, eligendi optio oblata fuit, sed invidia successorum ductus, qvatuor tantum vilissimas villulas denominavit; (qvæ hodie mediocrem efficiunt præbendam Ecclesiasticam) plurima vero & piscatui aptissima prædia duas efficiunt redemturas, *Stapa-Umbod* scil. & *Skóga-Strandar-Jarder*. Mortuum fuisse Halldorum ante annum 1550, probabile facit, qvod Jonas Episcopus non hunc ut legitimum injusteqve exauctoratum Abbatem; novo, qvod postliminio erigere cogitavit monasterio præposuit, nam necessitate adactus, & in defectu habiliorum, qvi tali scenæ tam lubrico tempore servire posset, effœtum senem Narsum, & qvidem invitum, ut credibile est, in theatrum reduxisse videtur.

Seqventia prædia, qvæ jam *Arnar Stapa umbod* audiunt, hoc monasterium olim possidebat:

*Arnar Stapa umbod:*

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. | *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | Transport | 82 | — |
| Oddastader — | 9 | — | Södulsholt — | 9 | 32 |
| Hraunkot — | 5 | 16 | Ytra Skógarnes — | 10 | 64 |
| Olverskross — | 6 | 48 | Fáskrúdarbacke — | 9 | — |
| Stórahraun — | 11 | 48 | Eidehús — | 7 | 32 |
| Gerduberg — | 5 | 16 | Hörgshollt — | 9 | — |
| Thverá — | 10 | 32 | Midhraun — | 9 | 80 |
| Dalsmynne — | 6 | — | Straumfiardartúnga — | 9 | 80 |
| Akurkot — | 5 | — | Hiardarfell — | 11 | 48 |
| Hrosshollt — | 5 | 16 | Dalur — — | 9 | — |
| Hrútshollt — | 6 | 64 | Stackhamar — | 11 | 48 |
| Sydra Skógarnes — | 11 | 48 | | | |
| Lateris | 82 | — | Lateris | 179 | — |



*Nomina*

| *Nomina prædiorum.* | | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|---|
| Transport | | 179 | — |
| Borgarhollt | — | 9 | — |
| *Utrumqve* Lágafell | — | 15 | 32 |
| Ellide — | — | 9 | 80 |
| Gaul — | — | 5 | 80 |
| Saurar — | — | 6 | 48 |
| Kyrkiuhóll | — | 7 | 64 |
| Hraunsmúle | — | 6 | 80 |
| Lýsudalur | — | 7 | 32 |
| Lýsuhóll | — | 6 | 48 |
| Vatnshollt | — | 9 | — |
| Bárdarstader | — | 8 | 16 |
| Bláfelldur | — | 8 | 16 |
| Hólkot | — | 5 | 16 |
| Kálfárveller | — | 11 | 80 |
| Biarnarfoss | — | 8 | 16 |
| Hraunshöfn | — | 16 | 64 |
| Húsanes | — | 2 | 48 |
| Knarartúnga | — | 3 | 88 |
| Hamraendar | — | 5 | 64 |
| Stóre Kambur | — | 10 | 32 |
| Stóru Hnausar | — | 5 | 64 |
| Arnarstape | — | 21 | 32 |
| Breckubajr | — | 5 | — |
| Gíslabajr | — | 3 | 16 |
| Midveller | — | 9 | — |
| Hólahólar | — | 13 | 4 |
| Gardar | — | 10 | — |
| Saxahóll | — | 12 | 64 |
| Gufuskáler | — | 3 | 32 |
| Hraunskard | — | 16 | 32 |
| Kieblavík | — | 7 | 64 |
| Lateris | | 450 | 60 |
| Transport | | 450 | 60 |
| Þrándastader | — | 6 | 80 |
| Kialvegur | — | 6 | 32 |
| Ingialldshóll | — | 16 | 64 |
| Skard | — | 11 | — |
| Vacksstacksheide | — | 8 | 64 |
| Sveinsstader | — | 9 | 64 |
| Olafsvík | — | 13 | 32 |
| Bugur, *uterqve* | — | 7 | 64 |
| Arnarhóll | — | 5 | 32 |
| Höfde | — | 7 | 64 |
| Lá, *utraqve* | — | 14 | 32 |
| Hellnafell | — | 2 | 32 |
| Vatnabúder | — | 8 | 64 |
| Skallabúder | — | 5 | 64 |
| Berserks Eyre | — | 4 | 48 |
| Arnabotn | — | 3 | 24 |
| Fiardarhorn | — | 2 | 90 |
| Hraunsfiördur | — | 6 | — |
| Horn | — | 4 | 64 |
| Kothraun | — | 8 | 16 |
| Seliar, *utriqve* | — | 15 | 80 |
| Gudnýarstader | — | 8 | 32 |
| Biarnarhöfn | — | 9 | 32 |
| Berserkiahraun | — | 5 | 16 |
| Klya | — | 6 | 48 |
| Stadarbacke | — | 7 | 64 |
| Grísarhóll | — | 9 | — |
| Drápuhlíd | — | 4 | 40 |
| Ogur | — | 7 | 8 |
| Grunnasundsnes | — | 12 | 48 |
| Saurar | — | 11 | 48 |
| Lateris | | 701 | 78 |

*Nomina*

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 701 | 78 |
| Svelgsá | 9 | — |
| Hríſar | 12 | 80 |
| Hólar | 9 | — |
| Skoreyar | 5 | 32 |
| Bíldsey | 4 | — |
| Sellón | 5 | 32 |
| Melrackaey | 5 | 32 |
| Lateris | 752 | 62 |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 752 | 62 |
| Saurlátur | 3 | 80 |
| Þórmódsey | 4 | 48 |
| Kídey | 3 | 64 |
| Akureyar | 10 | 64 |
| Höſkulldsey | 5 | 48 |
| Hafneyar | 3 | 16 |
| Summa | 784 | 14 |

# CAP. VIII.

## *De Monaſterio Kyrkiubajenſi.*

Permulta in Islandia reperiuntur prædia, qvæ a *Kyrkia* (templum) denominantur; qvalia ſunt: *Kyrkiuból*, *Kyrkiuhóll*, *Kyrkiuvogur*, *Kirkiubacke*, *Kyrkiuferia*, *Kyrkiufell*; plurima tamen qvæ *Kirkiubajr* vocantur, qvorum celeberrima ſunt *Kyrkiubajr í Túngu*, nobile in toparchia Mulenſi ſacerdotale habitaculum. & *Kyrkiubair á Sídu*, vulgo *Kyrkiubæar Klauſtur*, ɔ: Kyrkebajr Sidenſis, vel monaſterium Kyrkiubajenſe. *Sida* ſignificat latus; ſed pro nomine proprio ſumtum, ſumitur vel late vel ſtricte, late ſumtum ſignificat univerſam toparchiam Skaptafellenſem cum illa Mulenſis parte qvæ ad occidentem vergit; Hinc celebris ille vir, Hallus Thorſteini filius, qvi Hof & deinde Thvottá, in nominato Mulenſis Toparchiæ tractu habitavit, vocatur *Hallur af Sídu* vel *Sidu-Hallur* ɔ: Sidenſis, ut ejusdem tractus præcipuus incola, cu us longitudo eſt 40 aut amplius milliarium. In ſtrictiore autem ſignificatu; notat vox *Sída*, tractum illum ad boreale latus fluvii Skaptá, tres continentem parœcias, in qvarum medio ſitum eſt hocce prædium Kyrkiubajr ſeu monaſterium Kyrkiubajenſe. Qvis id primus incoluerit, non liqvet, nam anteqvam Islandia a Norvegis inventa & occupata fuit, habitatum fuiſſe a Papis, docet *Landnámabók*; pag. 143 inqviens: *Papæ ibidem antea ſederunt; neqve potuerunt ibidem idololatræ habitare.* Papæ autem fuerunt natione Hyberni,

 qvi

qvi Islandiam freqventarunt, anteqvam a Nordmannis circa annum 874 inhabitari cæpit. Eorum autem primus sibi hoc prædium vendicavit Ketillus, natione Norvegus, sed in Hibernia educatus, a gentilibus in contemtum religionis christianæ *Stultus* cognominatus, & post eum ejus progenies in multas generationes, qvæ paternis insistens vestigiis, puriorem religionem constanter coluit. Post Ketilli mortem, gentilium qvidam, nomine Hilldir, sanctitatem loci contemnens Ketilli posteros inde ejicere, ipseqve prædium occupare constituit; sed sepibus villæ appropinqvans, ab eqvo repentina morte exstinctus decidit, qvod documenti loco adfert Auctor, gentilibus, hoc prædium inhabitare, illicitum fuisse. Circa medium seculi duodecimi, hocce prædium possedit & inhabitavit Sacerdos qvidam, nomine Biarnhardus dives, doctus, probus & autoritate pollens, in cujus contubernio Thorlacus Thorhalli filius, postea Abbas Thyckvabajensis, & deinde Episcopus Skalholtensis, sed post mortem Sanctus vocatus, e peregrinatione redux, sexennium vixit. Hujus instinctu, & propria actus inclinatione, Biarnhardus, accedente monito & instigatione Klangi Episcopi, monasterium ibidem condidit, qvod anno 1186 ea conditione Episcopus dedicavit, ut ibidem moniales degerent, qvæ Ordinem Sancti Benedicti observarent, qvarum Abbatissæ fuerunt seqventes:

1) *Halldora Ejulfi* filia, consecrata fuit 1189, qvæ anno 1198 Gudmundum Arii filium, tunc temporis Mystam Vallensem, sed postea Episcopum Holensem, invitavit, ut ad se veniret, & in institutione ac directione monasterii adminiculo esset, qvod cum eum facturum fore curialibus innotesceret, Brandum Episcopum induxerunt, ut abitum ei interdiceret, cui parere necessum habuit. Mortua est hæc Halldora 1210. An ullas ab hinc usqve ad annum 1293 Abbatissas hoc monasterium habuerit, nos omnino fugit, neqve certiores sumus, qvænam toto hoc intervallo subierit fata, nisi qvod ex *Sturlungasaga* lib. 7 cap. 46 discimus, hoc tempore Helgonem Crassum, & deinde ejus filium Ogmundum, usqve ad annum 1253 idem tenuisse & inhabitasse, nulla prorsus monasterii aut Monialium mentione facta.

2) Anno 1293 consecrata fuit *Agatha Thorlaci* filia, Arnæ Episcopi soror; qvæ, qvamdiu præfuerit, non liqvet.

3) *Agatha Helgonis*, forte prioris neptis; Qva sedente & monasterium regente narratur inusitatum qvid Kyrkiubaj accidisse, anno scilicet

1336

1336 in pavimento cubiculi ut & cænaculi, magnam æstatis partem, auditum fuisse gemitum qvendam, perinde ac si qvis ibidem graviter ægrotaret, sed licet inqvireretur qvid esset, nihil inveniebatur. Nobis autem majoris momenti videtur qvod anno 1343, cum Jonas Sigurdi Skalholtensis Præsul monasterium visitaret, Soror qvædam, nomine Catharina, gravissimorum scelerum insimulata & convicta dicitur, nempe qvod Corpus Domini impie & ignominiose profanarit, qvod scripto se Diabolo mancipaverit, & corpus variis prostituerit, qvapropter vivicomburio adjudicata fuit: Qvidam duas memorant moniales, alteramqve ob Papæ blasphemiam, seu qvod non digne de Papa locuta fuerit, simul exustam fuisse scribunt. (Eminet ex fluvio Skaptá, qvi monasterium Kyrkiubaj præterlabitur, ingens rupes, undiqve prærupta, qvæ non nisi unico loco ascendi potest; in ejus summitate est parva qvædam planities, & duo tumuli, qvos circumhabitantes rustici narrant esse harum Monialium monumenta, cum ibidem fuerint combustæ, horum alterum semper, alterum vero nunqvam viridem esse referentes; penes qvos sit ejus rei fides). Obiit hæcce Abbatissa hoc eodem anno, biduo ante Assumtionem Mariæ, id est 13 Augusti, & sicut videtur, paulo ante hanc exsecutionem. Dicto anno 1343, ut ex dicti Episcopi libro Datario, qvem tum consignavit, constat monasterium seqventia possedisse prædia:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|
| Eystre Dalur — | 4 | — |
| Vestre Dalur — | 4 | — |
| Mortúnga — | 6 | — |
| Gejrland — | 8 | — |
| Mörk — — | 8 | — |
| Ytre Bajr — | 8 | — |
| Hejde — — | 4 | — |
| Túnga — — | 8 | — |
| Erpstader — | 4 | 76$\frac{4}{5}$ |
| Vík — — | 5 | — |
| Lateris | 59 | 76$\frac{4}{5}$ |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|
| Transport | 59 | 76$\frac{4}{5}$ |
| Selbúder — | 4 | — |
| Steinsmýre — | 5 | — |
| Eystre Steinsmýre — | 7 | — |
| Fliót — — | 5 | — |
| Sel — — | 3 | 18$\frac{1}{5}$ |
| Slý — — | 6 | — |
| Breckur — | 12 | — |
| Hraun — — | — | — |
| Summa | 97 | 95 |

4) *Jorunna Hauki* filia fuit hoc eodem anno electa, sed inaugurata anno 1344, mutatoqve nomine, dicta *Agnes*, cujus matris (nomine Stei-

nuna)

nunna) obitum, Annales ad 1361 referunt, sed de ipsius Abbatissæ morte tacent; verisimile est eam plures annos matri superstitem vixisse, adeo, ut immediate ei successerit —

5) *Thorgerda*, cui anno 1387 Michaël Episcopus officium abrogavit; Qvi eodem anno consecravit —

6) *Halldoram Runolfi* filiam, & paucis post mensibus iterum dejecit.

7) Huic successisse videtur *Halldora* qvædam, nisi hic interponenda sit soror *Thurida*, cujus mors ad annum 1389 refertur. Halldora autem 1402, & cum ea 6 Sorores peste perierunt, sed septem superfuerunt.

8) *Gudruna Halldori* filia anno 1430 & consecrata fuit & obiit.

9) In Documentis Reinestadensis monasterii occurrit nomen *Gudrunæ* Abbatissæ Kyrkiubajensis; Dicit enim Margareta Thorbergi filia se qvinqvennium in hoc cœnobio fuisse, sub Gudruna Abbatissa, & monasterio 60 C. contribuisse; qvam Gudrunam a proxime memorata diversam fuisse certum est, cum hæc ne unum integrum annum cœnobio, illa vero 5 aut plures præfuerit. Datum est hoc Documentum Holis in Hialtadal. 1440.

10) Anno 1442 Abbatissa fuit *Halldora* qvædam; Ei enim & Sororibus Kyrkiubajensibus optionem dat Gotsvinnus Episcopus Skalholtensis & Holensis diœceseos Vicarius, utrum malit sororem ejusdem ordinis Margaretam, ad dies vitæ, cum 4 Imperialium annuo redhostimento sustentare, an vero ejus sustentationem a Sororibus Reinestadensibus qvatuor Imperialium valore emere. Hæc Margareta Thorbergi filia primo aliqvamdiu fuerat in aliqvo Norvegiæ cœnobio Ordinis Sancti Benedicti, sed inde, aut dimissa, aut ejecta, in Islandiam venerat; datisqve monasterio Kyrkiubajensi 60 C. id est 240 Imperialium valore, qvinqvennium ibidem transegerat; ultimo autem in monasterio Reinestadensi locum captans, eundem Episcopi auxilio adepta esse videtur, ea conditione, ut Reinestadensi cœnobio, qvamdiu illa viveret, Skalholtum 4 Imperiales, Holæ tantundem, & Kyrkiubajense monasterium 4 Imperiales, hostimenti loco contribueret. Circa hæc tempora Margareta Biarni filia testamentum condidisse videtur, qvo monasterio Sidensi, id est Kyrkiubajensi, 10 C. id est 40 Imper. legat.

11) Anno 1488 fuit *Oddnya* qvædam Abbatissa Kyrkiubajensis, & Sveno Sacerdos Jonæ filius Dispensator; Sed qvænam post eam huic monasterio præfuerint, non liqvet, nisi tandem —

12) Ultima & proxima Reformationi fuit *Halldora*, ejus nominis Tertia, Sigvaldi filia, Gissuri Episcopi amita, qvæ eundem patre orbum & egenum

egenum educavit, ſuſtentavit & magnopere amavit, usqve dum ei innoteſceret Lutheranæ religionis eum dogmata fovere.

Huic Abbatiſſæ ſcripſit Rex Glorioſiſſimus Chriſtianus III anno 1542, ut ſcholam inſtitueret, in qva juventus legere & ſcribere educaretur, & in fundamentis veræ religionis informaretur, qvorum nihil ad effectum pervenit.

Sub ipſam Reformationem, aut in ejusdem primordiis, ɔ: circa annum 1544, ibidem fuerunt Moniales: Ipſa Abbatiſſa Haldora; Soror Gudrida, Soror Oddnya, Soror Arnleifa, Soror Aſtrida, Soror Margareta, Soror Valgerda.

Licet hocce monaſterium eadem ac alia ſubierit fata, qvod qvædam antiqvitus poſſeſſa prædia abalienata ſint, nihilominus hodie mercedis loco pendet Conductor Ærario Regio 80 Imperiales.

Nomina autem prædiorum cum eorundem annua mercede, qvæ anno 1639 retinuit, fuerunt ſeqventia:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | folid. |
|---|---|---|
| Raudaberg — | 7 | 32 |
| Núpar — | 6 | — |
| Thverárdalur — | 2 | 64 |
| Thverá — | 9 | — |
| Breidabólſtadur — | 14 | 32 |
| Mordtúnga — | 9 | 64 |
| Mörk — | 5 | 80 |
| Heyde — | 8 | 32 |
| Hollt — | 13 | 32 |
| Nýebajr — | 6 | 48 |
| Hejdargardur — | 4 | 64 |
| *Utraqve* Túnga — | 10 | 32 |
| Aasgardur — | 6 | 32 |
| Kárſtader — | 7 | 16 |
| Hátún — | 13 | 32 |
| Efre Vík — | 7 | 80 |
| Lateris | 132 | 64 |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | folid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 132 | 64 |
| Sydre Vík — | 6 | 64 |
| Upſaler — | 6 | 64 |
| Thyckvebajr — | 7 | 64 |
| Seglbúder — | 7 | 32 |
| Hraun Eyſtra — | 13 | 64 |
| Steinsmýre Efre — | 6 | 64 |
| Steinsmýre Sydre — | 13 | 32 |
| Fliótar *utriqve* — | 15 | — |
| Strandarkot — | 4 | 64 |
| Slýar — | 12 | — |
| Hraun — | 6 | 32 |
| Foſs — | 6 | — |
| Skammárdalur — | 6 | — |
| Breckur — | 14 | 64 |
| Heyde — | 4 | — |
| Summa | 263 | 32 |

2) Seqventia prædia, qvæ jam vocantur *Auſtfiarda*, *Skaptafells Syſlu*, & *Kyrkiubæar Klauſturs Jarder*, monaſterium Kyrkiubajenſe olim poſſidebat:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. | *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|---|---|---|
| Hreggsgerde — | 6 | 64 | Tranſport | 42 | 64 |
| Uppſaler — | 4 | — | Gejraſtader — | 2 | 64 |
| Gvendarnes — | 6 | 64 | Skaptafell — | 8 | — |
| Sydre Flatey — | 1 | 32 | Hörgsdalur — | 14 | 32 |
| Smirlabiörg — | 6 | 64 | Geirland — | 11 | — |
| Borgarhöfn — | 17 | 32 | | | |
| Lateris | 42 | 64 | Summa | 78 | 64 |

# CAP. IX.

## *De Monaſterio Videyenſi.*

Videy in auſtralis Islandiæ toparchia, vulgo Kialarnes Thing, ſita, pratis, paſcuis & piſcatione florens, qvando habitari cœperit, nos latet, nihilqve qvod ad rem facit, aut eam illuſtrat, proferre poſſumus præter relationem *Sturlungaſagæ* lib. 3. cap. 66, qvæ cauſam inſtituti ibidem monaſterii in hunc modum tradit: Prædium Dal in toparchia Rangarvallenſi incoluit vir qvidam *Kolſkeggus*, pecoris ita dives, ut inde *hinn audge* ɔ: Dives cognominaretur, qvi etiam villicationem in prædio Leyrubacka habuit, cui ita conterminum fuit prædium Eyſtra Skard, qvod tum inhabitavit Loptus Pauli Epiſcopi filius, ut gravis de ſylvarum finibus inter eum & Kolſkeggum controverſia oriretur. Eodem tempore Brejdabolſtadum in tractu Fliotshlid Biörnus Thorvaldi Giſſuridæ filius inhabitavit, in matrimonio habens Hallvegam, unicam Kolſkeggi hæredem, unde inter Biörnum, Kolſkeggi partes & cauſam tuentem, ac Loptum, ſimultas primo, tandemqve tantum exarſit odium, ut anno 1221 ex condicto juſtum inirent prælium, in qvo Biörnus occubuit, Kolſkeggus autem vita donatus fuit. Sed poſt ejus mortem, qvæ in annum 1223 incidit, Thorvalldus Giſſuri, ſuorum nepotum, ſed Biörni & Hallveigæ filiorum Curator, Kolſkeggum in monaſterii cujusdam fundationem impenſas facturum,

voto

voto se obstrixisse evulgavit; Qvod ut perficeretur, tanqvam testamenti exsecutor suarum esse partium rebatur; Communicato itaqve consilio cum viro sui temporis sapientissimo Snorrone Sturlæsonio, qvi Hallveigam duxerat uxorem, eoqve suffragante, prædium Videyense, qvod tum prostabat, emit, ibidemqve cœnobium Sanctæ Mariæ Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini condidit, qvod anno 1226 a fratre suo Magno Episcopo inauguratum, ipse Thorvalldus accepto cucullo intravit, ibidemqve mortem oppetiit. Præsul autem ex proventibus Cathedræ Skalholtensis pensionem caseariam, qvam coloni inter Hafnarfiörd & Botnsaa habitantes pendere tenebantur, in surgentis monasterii emolumentum contribuit, scriptoqve admonuit, ut pro sua qvisqve facultate in hunc usum erogaret. Vid. *Histor. Eccles. Island.* Tom. 1. pag. 308. Erat autem pensio illa decem casei, aut butyri 6⅔ libræ. Monasterium brevi tanta cepit incrementa, ut nulli in Islandia postponendum videretur.

In antiqvis sub- & in-scriptionibus vocatur: 1) *Videy er liggur med Sundum í Mosfellsfveit.* ɔ: Videya fretis adjacens in parœcia Mosfellensi. 2) *Videy med Videyar Sundum.* ɔ: Videya ad fretum Videyense. 3) *I Klaustrenu ad Videy med Sundum*, ɔ: in cœnobio Videyensi ad fretum. 4) *I Videy med Sundum*, ɔ: in Videya ad fretum.

Hujus monasterii Abbatum nomina, fata & gesta, qvantum nos indagare potuimus, sunt seqventia:

1) *Arnorus, Helgonis* Crassi filius, sed frater Ogmundi Helgonis, qvi Steinunnam Brandi Episcopi sororem in matrimonio habuit. Non eqvidem primum hujus monasterii Abbatem fuisse putamus; Sed eorum primus fuit, qvorum memoriam Annales nobis conservarunt; fluxerant enim plusqvam 20 anni a monasterii dedicatione, usqve ad 1247, qvo is ejusdem Abbas constitutus fuit. Pauca gessisse videtur, nam anno 1249, cum biennium tantum cœnobio præfuisset, mortuus est. Sed cum persvasi simus Magnum Episcopum, virum bonum & officio invigilantem, haud passum fuisse, ut monasterium a fratre carissimo fundatum tamdiu sine Abbate aut capite vacillaret, aliqvem Arnoro priorem fuisse statuimus, ad qvam lacunam implendum, commode se offert *Arnis* Abbas, qvi hoc tempore vixit, memoratus in *Landnamabok* pag. 70. filius Biörni Anglicani, ipsum vero monasterii fundatorem tertio ac qvarto affinitatis gradu attingens, ut ex genealogia ibidem contexta apparet; Qvem itaqve, usqvedum certiora discimus, primum hujus monasterii Abbatem fuisse statuimus.

*Sturlungasaga* lib. 1. cap. 4. 6. *Ann. Reg. & Flat.*

 2) *Runolfus*

2) *Runolfus Olai* filius, Brandi, viri doctiſſimi, Abbatis & poſtea Epiſcopi, diſcipulus; in prælio Bæjenſi Thorleifo de Gardis militans graviter vulneratus fuit, ſed anno 125 Abbas Videyenſis conſtituitur. Cum Thorgrimo qvodam Halldori filio controverſiam habuit de oris qvibusdam maritimis & maris ejectamentis, qvam ſuo arbitrio ſopiverunt Arnas Epiſcopus & Asgrimus Thorſteini: Alteram etiam cum colonis inter Hafnarfiord & Botnſá, de penſione caſearia monaſterio debita, ſcripto eos monens ne poſthac eandem pendere tergiverſarentur. Eo Abbatiam gerente, Giſſurus Thorvaldi filius, Islandiæ Comes, cucullo accepto, in hoc monaſterio anno 1268 mortuus eſt: Ipſe autem Abbas 1299 deceſſit.

*Annal Flat. Vita Arnæ Epiſcopi.*

3) Cum poſt Runolfum Abbatia integrum qvinqvennium vacaſſet, cujus cauſa videtur fuiſſe Epiſcopi abſentia, qvi variis de cauſis plures annos in Norvegia conſecrationem exſpectans, anno 1305 tandem in Islandiam reverſus eſt, *Andreas*, cognominatus *Dreingur*, Monachus antea Thyckvabæjenſis, ad Videyenſem Abbatiam evectus eſt; qvod officium ei anno 1325 abrogatum fuit, ut habent Annales, ſed cauſam non adferunt.

*Annal. Reg. Skalh & Flat.*

4) Cui eodem anno ſucceſſit *Helgo Sigurdi* filius, itidem Monachus Thyckvabæjenſis, qvi 1344 obiit.

*Annal. Hol.*

5) Anno 1344 Regula Auguſtini, qvæ huc usqve in cœnobio Videyenſi obſervata fuerat, a Jona Sigurdi filio Epiſcopo Skalholtino abrogata fuit; Sed Sancti Benedicti ejus loco introducta; Monachusqve qvidam *Sigmundus Evari* Prioris titulo beatus, qvi poſt Jonæ Indrididæ diœceſeos Skalholtinæ obitum Officialis fuerat, monaſterio præficitur.

*Annal. Hol. & Antiqv. Rimbegla* autem eum omittit.

6) Anno 1352 Abbatis honorem *Biörnus Audini* filius feſto Apoſtolorum Simonis & Judæ adeptus eſt; Tunc etiam Girderus Epiſcopus, monachorum (ut habent Annales) id eſt, Benedicti Regulam, qvam Jonas Sigurdi introduxerat, eliminavit, ſed Canonicorum Sancti Auguſtini, qvæ antea ibidem obſervata fuerat, poſtliminio induxit. Anno 1364 mortuus eſt.

*Annal. Hol.*

7) Eodem anno Biörno ſucceſſit *Jonas* monachus Thyckvabæjenſis, a Jona Holenſi Epiſcopo conſecratus, cujus rei cauſam aut neceſſita-

tem

tem non video, cum Thorarinus Skalholtensis Episcopus in Islandia, & fere usqve ad anni exitum, in vivis fuerit. Obiit anno 1369.
*Fragm. Ann.* A. Magn. i.

8) Anno 1370 inauguratus fuit *Jonas Gudmundi* filius, qvi anno 1376 unacum duobus Sacerdotibus, Thorsteino Nomophylace, Vigfuso ivari & Benedicto Kolbeini, testatur se præsentem fuisse, cum Teitus Pauli dicam, a Magno Norvegiæ, Sveciæ & Scaniæ Rege scriptam, Sighvato Gudmundi, Erico Magni, Erico Petri & Gunnlogo Magni publice legeret; qvodqve eodem die & loco Jonas Holensis Episcopus literas salvi conductus ipsi ab Hacone Rege datas, una cum aliis Documentis publice etiam legerit; petieritqve ab Olao Petri, Præfecto Regio & Prætore borealis qvadrantis, ut se, ad repetenda sua templorumqve bona a sacerdotibus qvibusdam, qvi ea se invito tenerent, juvare velit. Anno 1377 hic Jonas Oddgeiri Episcopi in qvadrante occidentali Vicarius fuit. Mortuus 1379 15 Cal. Maji.
*Annal. Flatey.*

9) *Gislaus Magni* ordinatus & mortuus est 1379.
*Annal. Hol.*

10) Anno 1379 consecratur *Paulus*, dictus *Kiarne*, qvi talem anno 1380 cum Valgardo Lopti filio pactionem fecit, ut hujus filius Biörnus in monasterio per sexennium aleretur & erudiretur, ut sacro ordini suscipiendo par fieret. Valgardus autem redhostimenti loco monasterio addixit villam Vallá, adhibita conditione, si Biörnus intra determinatum tempus moreretur, Abbas residuum pretii solveret. Absumtus peste obiit 1402.

Eo sedente monasterium Videyense tot possidebat villas, tantiqve elocatas, ut seqvitur:

| Nomina prædiorum. | | Merces. Imper. | solid. | Nomina prædiorum. | | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hvammur in Olvese | | 6 | $38\frac{2}{5}$ | Transport | | 65 | $57\frac{3}{5}$ |
| Hvoll | — | 6 | $38\frac{2}{5}$ | Brunnastader | — | 12 | — |
| Húsatópter | — | 8 | — | Hvaleyre | — | 16 | — |
| Hafner | — | 8 | — | Gröf | — | 4 | $76\frac{4}{5}$ |
| Starnes | — | 16 | — | Unólfstader | — | 4 | $76\frac{4}{5}$ |
| Hafurbiarnarstader | — | 16 | — | Hage | — | 4 | $76\frac{4}{5}$ |
| Kolbeinstader | — | 4 | $76\frac{4}{5}$ | Hvammur | — | 4 | $38\frac{2}{5}$ |
| Lateris | | 65 | $57\frac{3}{5}$ | Lateris | | 112 | $28\frac{2}{5}$ |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. folid. | *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. folid. |
|---|---|---|---|---|---|
| Tranfport | 112 | $28\frac{2}{5}$ | Tranfport | 157 | 6 |
| Kelldur — | 2 | $38\frac{2}{5}$ | Fitiar — | 4 | — |
| Hollt — | 4 | $38\frac{2}{5}$ | Korpólfftader — | 8 | — |
| Kleppur — | 8 | — | Hradaftader — | 4 | $76\frac{4}{5}$ |
| Vatnsende — | 5 | $54\frac{2}{5}$ | Veller — | 4 | $74\frac{4}{5}$ |
| Vatn — | 10 | — | Mógilfá — | 9 | — |
| Os — — | 3 | $19\frac{1}{5}$ | Móar — | 5 | $19\frac{1}{5}$ |
| Bleikaftader — | 3 | $19\frac{1}{5}$ | *Utraqve* Vallá — | 12 | — |
| Eyde — | 8 | — | Digranes — | 4 | — |
| Lateris | 157 | 6 | Summa | 208 | $80\frac{4}{5}$ |

*Annal. Hol. Flat. Recent.*

11) *Biarnus Andreæ* filius facris monafticis 1405 a Vilchino Epifcopo initiatus, paulo anteqvam ultima vice Islandia excederet; Mortuus anno 1428. *Annal. Recent.*

12) *Steinmodus*, qvando Abbatiam adeptus fit, num Biarno immediate fucceſſerit, an vero aliqvem intermedium habuerint, nefcimus qvidem, fed qvod id officium gefferit anno 1444 probari poteft. Poft Gotfvinni Epifcopi mortem totius diœcefeos Officialis fuit, tumqve de qvinqve villis, *Steinar*, *Backa*, *Einifell*, *Lundur*, *Kadalftadir*, fententiam pronuntiavit, qva eas Stafholto addixit, & licet Marcellus Archiepifcopus Gotfkalkum Holenfem totius diœcefeos Skalholtinæ Vifitatorem conftituiffet, ille tamen, qvi Holis fedebat, Steinmodo, ut fuo utebatur Vicario, unde in codicillis fcriptis 1451 & 1457 vocat fe *Fratrem Steinmodum Abbatem Videjenfem ordinis canonicorum Regularium Sancti Auguftini, & Vicarium totius diœcefeos Skalholtinæ.* Anno 1447 pro fundis qvibusdam in diœcefi Holana fitis monafterio acqvifivit alios, in propinqvo jacentes, qvorum nomina funt: *Vogar*, *Hlödunes*, *Aslaksftader* utriqve, *Knararnes* utrumqve, *Breidagerde* & partem fundi *Ottarftadenfis.* Anno 1448, *Háls* in Grafninge, & 1478 *Heidarhús* in parœcia Utfkalenfi. Steinmodum vixiffe anno 1481 in fefto Apoftolorum Petri & Pauli, o: 29 Junii, fed mortuum effe eodem anno, ante 20 Julii teftantur feqventia ex qvibus etiam difci poteft, qvomodo prædium Heidarhus adeptus fuerit. Anno 1478 die Lunæ poft Affumtionem Sanctæ Mariæ, in cœnobio Videjenfi, dedit Skulus Lopti filius Fratri Steinmodo Dei gratia Abbati Videjenfi & nominato

nominato monafterio prædium Heidarhus in parœcia Utfkalenfi, ea adhibita conditione, fi in qvadrante auftrali obiret, ad templum Videjenfe fepeliretur, alias vero inferiæ pro anima ejus per unius anni circulum qvotidie canerentur, qvod Abbas confilio & confenfu totius Conventus approbavit. Cum vero Gudmundus Skulonis filius hoc teftamento aut donatione teneri noluerit, Abbas paulo anteqvam moreretur, ei, qvæ feqvitur, dicam fcripfit: *Frater Steinmodus, Dei tolerantia Abbas Videjenfis, Gudmundo Sacerdoti Skulonis filio, talem fcribit dicam, ut fe Skalholti die Jovis ante translationem Sancti Thorlaci Epifcopi, judicio Domini Magni Epifcopi Skalholtenfis fiftat, propterea, qvod patris fui Skulonis Lopti teftamentum circa prædium Heidarhus irritum facere conatur; In cujus rei teftimonium noftrum figillum his fuffigimus. Datum Videjæ, in fefto Apoftolorum Petri & Pauli, Anno Domini 1481. Hanc dicam, ego Thorvardus Jonæ Conventualis Videjenfis juffu Domini Steinmodi Abbatis, cujus animæ Deus fit propitius, prælegi Domino Gudmundo Skulonis, in foro generali, die Saturni poft Petri & Pauli; Datum Videjæ, die Lunæ ante translationem Sancti Thorlaci, 1481. Eodem anno fpiritualis Pater Magnus, Dei gratia Skalholtenfis Epifcopus, die Jovis ante Translationem Sancti Thorlaci, hancce caufam Steinmodi Abbatis, cujus animæ Deus fit propitius,* (inqvit etiam ille) *fecundum Abbatem & monafterium difcidit.*

13) *Jonam Arnæ* fuiffe Abbatem 1490, ex conftitutione, vulgo *Píníngs-Dómur* vocata, fatis conftat, nec diffimile vero eft eum immediate Steinmodo fucceffiffe, licet id indubitate afferere non audeamus. Plura de eo non vidimus, nifi ad eum pertineat, qvod *Jonas Egilli*, fcriptor non incelebris, in vita Magni Epifcopi refert de Abbate Videjenfi, qvi ibidem fuit fub Magno Epifcopo, fcilicet Anglos mercatores, qvi in portu Hafnarfiörd, numero 300, 100 nempe mercatores, 100 famulos, & 100 nautas, magna pifcium mole Abbatem fpoliaffe, qvod cum ille ferre non potuerit, 60 viris ftipatus eos adoriri decreviffe; Sed cum in harenam defcenfum effet, 30 affeclarum fugæ fe dediffe, illum autem nihilo minus cum refiduis 30 fortiter pugnantem, uno tantum fuorum amiffo, hoftes fudiffe fugaffeqve, ipfum qvidem in tantum vitæ veniffe periculum, ut perriiffet, nifi fuorum qvidam ei fubveniffet, cui non ignobilem villam dono dederit. Si hæc relatio aliqvid veri contineat, ad hunc Jonam referenda effe videtur, nam Steinmodus tempore Magni Epifcopi in fenium ita vergebat, ut talibus aufis & geftis imparem fuiffe cenfendum fit.

Abfumfit

Abſumſit huncce Jonam, ut veriſimile eſt, peſtis, qvæ totam Islandiam anno 1494 graviter afflixit.

14) Anno 1481 *Arnas Sveinbiörnonis* erat Diſpenſator Skalholtenſis cathedræ, & anno 1490, in ſupra allegata Conſtitutione Pinings-Dóm nominatur Arnas Officialis diœceſeos Skalholtinæ, qvi eandem unacum aliis Primoribus approbavit; Mortuo enim Magno Epiſcopo, Arnas Svenbiornonis diœceſeos Epiſcopalia curavit, qvod etiam fecit in Qvarta occidentali anno 1493, ut ex literis qvibusdam Stephani Epiſcopi probari poteſt. Sed 1496 Abbas Videjenſis appellatur, qvi monaſterium variis acqvirendi modis his ditavit prædiis: Strönd, Stóru Voga, Breidagerde, omnibus in parœcia Kálfatiörnenſi ſitis, Heſt in provincia Borgarfiordenſi, parte prædii Strönd in Landejum, Thormodsdal & Grafer in Mosfellenſi parœcia, ut & Kolbeinsſtade in Roſmhvalanes hrepp. Anno 1507 inter judices de teſtamento Solveigæ Biörni filiæ, & anno 1508 Skalholti fuit, cum Biörnus Godvini & Thorolfus Ornolfi jurejurando promiſerunt ſe templis Vatnsfiördenſi & Adalvikenſi reſtituturos omnia, qvæ iis ſurripuerant. Obiit, ut videtur, anno 1516.

15) *Ogmundus Pauli* filius patrem habens Paulum Gudmundi, matrem Margaretam Ogmundi filiam; avunculum vero Thorolfum cognomento Biſkup, qvi Biörno Godvini & Jonæ Sigismundi contra Stephanum Epiſcopum conſtanter adhæſit, non habito reſpectu juris jurandi qvo Stephano anno 1508 unacum Biörno obedientiam promiſerat. Sacerdotali officio initiatum 1499, vel etiam prius, & tum temporis ad Paſtoratum cathedræ Skalholtenſis evectum fuiſſe, teſtantur literæ commendatitiæ Thorlaco Gunnari eodem anno datæ. Breidabolſtadenſe ſacerdotium nactum eſſe anno 1504, teſtantur literæ Stephani eodem anno datæ, qvibus illi permittitur ab unoqvoqve diœceſcos Skalholtenſis Paſtore abſolutionem accipere, qvocunqve tempore ipſi placeret aut neceſſitas urgeret, ne impedimento ſit ejus officio; Simulqve cathedræ Skalholtenſis fuiſſe Navarchum, probabile reddunt literæ, hoc anno Dominica poſt feſtum Sancti Olai datæ, in qvibus cum Magno Magni filio contractum init, liberum ipſi in Norvegiam ſecum tranſitum, gratuitum, dum ibidem commoraretur, convictum, & reditum deniqve in Islandiam promittens, in cujus hoſpitalitatis redhoſtimentum Magnus ei prædium Ey in tribu Brejdabolſtadenſi ſitum emancipat. Circa hæc tempora, ut qvidam volunt, anno 1509, accidit, ut Præfectus Regius, aut ejus Procurator qvi Besſaſtadis

faftadis refidebat, prope Breidabolftaðum iter faciens in Ogmundi famulos incideret, inter qvos ex jurgio res ad manus venit, adeo ut Ogmundiani fufi fugatiqve domum tenderent, Regii vero victoria læti & exfultantes perfeqverentur; Sed Ogmundianis ad incitas redactis, neceffitas & herilis domicilii præfidium vires animumqve auxit, ut hoftes non tantum fugarent, fed multos fauciarent, duos vero penitus occiderent, qvorum cædes ipfaqve feditio Ogmundo a Regiis imputabatur, qvi ipfius famam, ut homicidæ & feditiofi, apud Regem denigrabant, cujus iram hoc modo incurrit, fed immerito, nam omnino infons erat, & tam ab occafione, qvam ipfo crimine vacuus, omnia enim ipfo infcio facta erant. Anno 1515 ad Abbatis honorem evectum effe conftat, nam in actis publicis ejusdem anni, menfe Julio concinnatis, Paftor Breidabolftadenfis nominatur, fed in tabulis permutationis villæ Vadnes datis eodem anno, fefto Simonis & Judæ, Abbas Videjenfis falutatur. Anno 1516 die Jovis ante feftum Petri & Pauli, in Synodo generali Skalholti habita, Jonam Theodori filium, qvod pratum monafterii Videjenfis (*hefteinge* dictum) in parœcia Andakylenfi jacens, per vim & injuriam fuæ adfcripfiffet poffeffioni, infimulavit, qvod Stephanus Epifcopus cœnobio adjudicavit. Dum Videjenfis Abbas fuit Ogmundus, monafterio prædia Vadnes, Vatnsleyfam, Byafkær, Backam, Hvítárvallas, aliaqve acqvifivit; fed qvam jufte & æqve officium adminiftraverit, indicio eft caufa Vatnsleyfenfis; Hujus prædii partem qvandam poffidebat Olaus Asbiörni filius, locaveratqve Jonæ cuidam Giflonis filio, eidem mandans, ut decimas ex parte prædii, qvæ qvovis anno erant 12 oboli, templo Kálfatiörnenfi folveret, oblitus forte aut nefciens eas fibi, facelli, qvod Vatnsleyfæ erat, Patrono folvi debere; qvod Abbati magnum crimen videbatur, ideoqve viro hanc fundi partem extorfit, ut ex feqventibus patet: *Frater Ogmundus, Dei gratia Abbas Videjenfis, Præpofitus facræ cathedræ Skalholtenfis & Generalis Judex inter Botnfá & Stapa, fententiam dixit de Jona Giflonis filio, cui dica fcripta fuerat, ut noftro fe fifteret judicio, propterea qvod decimas ex decem Hundredis fundi Vatnsleyfenfis templo Kalfatiörnenfi folviffet; ad qvam accufationem Jonas refpondit, fe nihil rectius noviffe, Olaumqve ita fibi præcepiffe. Sed cum decimæ, ubi facella fita funt, facello pendi debeant, Olaus vero confeffus fit, juffiffe fe ut decimæ Kálfatiörnenfi templo penderentur; Et cum in* Jure Ecclefiaftico *expreffe fcriptum reperiatur:* Epifcopus nofter templorum eorumqve poffeffionum, decimarum & additionum antiftes

 efto,

esto, *&c. Item:* Laici nullam talium rerum potestatem habento. *Ideo judico ego Ogmundus sæpe memoratas decimas domi solvendas fuisse, & sacelli Vatnsleysensis peculium fuisse, Olaumqve retentarum decimarum multæ reum, omni eo tempore, qvo eas pendere debebat, nisi intra 14 dies post auditum hocce judicium coram Abbate probaverit, has* 10 *Hundredas non esse partem fundi Vatnsleysensis. Hoc cum Abbate approbarunt judicium, Dominus Jonas Thorsteini, Cathedræ Skalholtensis Dispensator, Dominus Petrus Michaëlis, Frater Bardus Pauli Sacerdotes, & alii qvi adfuerunt. Acta fuit causa, Gufunesi die Lunæ post Purificat. Mariæ 1518; sed Videyæ scriptum hoc obsignatum & editum fuit postridie. Nos Frater Ogmundus Dei tolerantia, Abbas Videjensis, nec non Officialis Sanctæ Curiæ Skalholtensis, notum facimus, qvod die Saturni post conceptionem, anno Domini 1518, Nobis & Sancto Cœnobio Videjensi in perpetuam possessionem concesserit Olaus* (Bondi) *Asbiörni filius partem illam prædii Vatnsleysæ in parœcia Kálfatiörnensi siti, decem hundredis constantem, qvam ipse & ejus uxor Anna Sniolfi filia possederunt; qvare Nos dictum Olaum propter proborum hominum intercessionem, Nostro, Nostrorumqve successorum Sanctæ Ecclesiæ Antistitum nomine, ab omni illo crimine, qvod contra Sanctam Ecclesiam & Nos commisit, qvittum & liberum declaramus. Datum Videy. Dominica 3 Adventus 1518.*

Eodem anno, in festo Hallvardi Martyris, Videyæ, consentiente toto conventu Videyensi, transegit cum Rafno Gudmundi filio, ut is monasterio 40 C. ɔ: 160 Joachimicorum valorem in mobilibus & immobilibus penderet, monasterium autem ipsum ad dies vitæ sustentaret, ita, ut lectum in cubiculo, sedem vero in hypocausto, viginti ulnas panni Islandici qvotannis, interulam, calceos & pannum ad caligas cum aliis necessariis acciperet. Cum autem qvadriennium monasterio non sine laude & Episcopi approbatione præfuisset (laudabiliter autem hac tempestate officio præfuisse censebatur, qvi monasterium per fas & nefas ditavit, & qvemcunqve, vel minutissimæ exorbitationis convictum, magni delicti insimulare ac reum agere potuit), iisqve meritis ornatus esset Ogmundus, anno 1519, primo ab ipso Stephano, anteqvam e vita excesserat, & deinde post ejus fata, ab universo diœceseos Clero in Comitiis Generalibus anni 1520 congregato, Episcopus eligitur. Præcipua autem & proxima causa qvæ Stephanum ad Ogmundi electionem incitavit, fuit homicidium, qvod Thorvardus Erlendi, Episcopi famulus, in monasterio Videjensi commisit, Præsul enim, ut monasterio & Abbati qvam minimis impensis satis-

ſatisfaceret, monaſterium ſtatim luſtravit, ſed Ogmundo Cathedram Skalholtenſem promiſit. Anno 1521 ordinationem accepturus ad exteros abiit, & Epiſcopus Skalholtenſis conſtitutus anno 1522 in patriam rediit. Provecta autem ætate & oculorum uſu amiſſo, Cathedræ Skalholtenſis Præfecturam anno 1540 depoſuit. Cum vero Religionis Reformationi ſummo eſſet obſtaculo, nam omnes fere Clerici, inprimis ſeniores, eum, utpote antiqvorum rituum & doctrinæ tenaciſſimum, ſectabantur, in Daniam anno 1541 devectus eſt. Occubuit Soræ 1542. Plura de illo vide *Hiſtor. Eccl. Island.* Per. 4. cap. 10.

16) Anno 1522, *Helgo Jonæ*, poſſeſſor prædii & Paſtor Eccleſiæ Hvammenſis in Norduraardal, in ipſo feſto Sancti Lucæ Videjæ conſtitutus, præſente Ogmundo Epiſcopo, voto monaſtico ſeſe obſtringens; teſtamentum obſignavit; qvo prædium Hvammenſe, ut & villas Galtarhöfda & Sanddalstúngu, cum 20 vaccis & aliarum rerum 40 Joachimicorum valore, Cathedræ Skalholtinæ aſſignavit, Epiſcopali optioni permittens, utrum in Præbendam, an vero Cathedræ peculium converteretur, qvorum prius Præſul elegit. Sed præter 4 villas & 40 vaccas, qvæ filiis ſuis dedit, monaſterio, præter id qvod antea eidem dederat, prædium Nordurtungu cum 20 vaccarum valore legavit. Tandem cuiqve ex tribus ſororibus 20 imperiales, ſed pauperibus reſiduum addixit. Qvo facto Dominica proxima poſt feſtum Lucæ, ab Ogmundo Epiſcopo Abbatis honore mactatus eſt. Anno 1524, in Foro Generali inter Præſulem & Jonam Enari filium, unacum collegis Narfo Helgafellenſi & Kolgrimo Thyckvabajenſi, arbiter fuit. Anno 1526, prædium Skrauthoola, & eodem, aut proximo anno Háls & Brecku monaſterio acqviſivit. Annus mortis videtur fuiſſe 1527, aut 28.

17) *Gislavum* qvendam Helgoni ſucceſſiſſe certum eſt; nam ejus nomen occurrit in Ogmundi Epiſcopi de Præbenda Oddenſi judicio, anno 1528. Teſtatur etiam ejus ſucceſſor Alexius Pauli in codicillis qvibusdam, datis anno 1533, qvod reſiduum pretii prædii Brecku, ab Helgone promiſſum Jonæ Thorgauti Gislaus Abbas ſolverit, unde patet eum & fuiſſe Abbatem Videjenſem, & officium reſignaſſe 1533, nam in judicio Huſafellenſi 1534, inter Aſſeſſores nomen ejus occurrit.

18) *Alexius Pauli*, fuit primo Paſtor Thingvallenſis, in qva ſtatione eum vixiſſe anno 1514 certum eſt. Templum Thingvallenſe e cœmeterio, ubi antea fuit, ob aqvam ex terra ebullientem, eo, ubi nunc cernitur,

M 2 trans-

transvexit. Magno eum præditum fuiſſe robore tradunt, in cujus rei teſtimonium oſtenduntur ingentia ſaxa in parietibus templi, adhæc usqve tempora exiſtentia, qvæ ſolum illum divexiſſe volunt, ideoqve vulgo Abbatis Saxa (*Abóta Steinar*) nominantur. Qvod anno 1533, vivo adhuc Gislao, Abbas factus fuerit, teſtantur ſupra allegati Codicilli, in qvibus etiam vocatur Sanctæ Ædis Skalholtenſis Officialis inter Botnſá & Hvitſkeggshvamm, ɔ: totius Toparchiæ Kialneſenſis. Anno 1534 prædium Arnarhól monaſterio addidit. Anno 1535 judicium fecit de ſui ipſius & Jonæ Bergthori cauſa, qvem inſimulavit, qvod monaſterii reti utens, ſalmones in fluvio Ellidaá cepiſſet, cujus capturæ dimidium ad monaſterium pertineret, qva cauſa Jonas cecidit, ſed ab Aſſeſſoribus gratiæ Abbatis commendatus fuit. *Jonas Egilli* in ſuis *Annalibus* refert Regiam Majeſt. circa annum 1536 conceſſiſſe Mervitzio cœnobium, ea conditione, ut Abbatem & monachos ſuſtentaret, qvod & plures ſcribunt, qva fide, ſupra indicavimus Tom. 2 pag. 281. Anno autem 1539 Dietericus de Minden, Claudii de Mervitzen, Islandiæ tum temporis Præfecti, Qvæſtor, abſente domo Abbate, ipſo die Pentecoſtes monaſterium Videyenſe hoſtiliter invaſit, & fuſis fugatisqve Abbatis domeſticis, cepit; indeqve abſtulit 20 vaccas, 120 agnas, 70 piſcium laſtas, ɔ: 820 piſces, cum multis aliis, ſed occiſo Dieterico, qvod eadem æſtate Skalholti factum fuit, Abbas monaſterium recuperaſſe videtur (a), Nam non tantum in Actis fori Generalis anni 1540 vocatur Abbas Videjenſis, ſed etiam eodem anno, ut Abbas ejus monaſterii, Giſſurum Epiſcopum verum diœceſeos Skalholtinæ Moderatorem agnovit, eiqve ſuo ſuorumqve nomine obedientiam promiſit; & qvod omnem de ejus reſtitutione adimit dubitationem eſt, qvod 1541, die Veneris ante feſtum Michaëlis in foro Eſiubergenſi comparuit, & ad judicem cauſam monaſterii egit, unde & a judice ibidem

---

(a) Egillus Einari, pater Jonæ Egillidæ, Annalium ſcriptoris, qvem ſæpe laudavimus, ſeptendecim annos erat natus anno 1539, ſed anno 1593 relationem qvandam de Ögmundo ſcripſit, in qva inter alia refert Abbatem Alexium abſentem fuiſſe, cum Dietericus de Minden monaſterium Videyenſe occupaverit, ſed Holas (in Grimsneſo) ceſſiſſe. Hunc etiam Præfectum in jus in Comitiis Univerſalibus dicendum vocaſſe, ubi omnibus, qvorum intererat, dies dictus fuerit, ut Gardis poſt Comitia comparerent, qvo tamen loco Epiſcopus non comparuerit. Ibi monaſterium Alexio vi Edicti Regii abjudicatum fuiſſe aſſerit, ſed villas Grimsneſenſes Alexio ad ſuſtentationem in dies vitæ conceſſas. Ille etiam ſcribit Sacerdotem Jonam Bardi filium curam monaſterii Videyenſis diu exinde geſſiſſe.

ibidem præsidente vocatur Abbas Videjensis, qvorum neutrum alias factum fuisset. Similiter etiam eodem anno in Foro Generali, primus judicum nominatur Alexius Abbas Videjensis, qvi de re pecuniaria cathedræ Skalholtensis sententiam dixerunt. Tandemqve & ultimo, qvantum nobis innotuit, Abbas Videjensis vocatur in Actis Concilii Middalensis, die Mercurii, ante festum Petri & Pauli 1542, ubi omnium eorum, qvi Christiani III. Ordinationem Ecclesiasticam approbarunt, & obedientiam promiserunt, primus nominatur Alexius Abbas Videjensis. Sed ab eo tempore nomen ejus in Actis Publicis, qvæ exstant, non occurrit. Cum vero certum sit, qvod anno 1542 monasterio præfuerit, incertum tamen est, qvando inde cesserit, nam in literis Regiis, datis die Præsentationis Mariæ 1542, ad Abbatem Haldorum Helgafellensem & Conventum Videjensem, Alexii nomen omittitur, cujus rei causam verisimiliorem conjectare non possumus, qvam, eum, postqvam novam Ordinationem Ecclesiasticam approbando puriori Religioni nomen dederat, qvod (ut diximus) circa 29 Junii accidit, Abbatiæ statim renuntiasse, & deinceps sibi soli vixisse usqve ad annum 1550, qvo Jonas Arii filius Holanus Episcopus, victo & ejecto ex Videja Laurentio Mule, revocatisqve, qvi ibidem antea fuerant monachis, qvorum nomina sunt *Petrus*, *Hallvardus*, *Thorlevus* & *Jorundus* Ædituus, Alexium illis & monasterio præposuisse dicitur. Cumqve, ut videtur, invitus valde hanc provinciam suscepisset, verisimile est eum statim post Jonæ mortem eandem deseruisse, nam Alexium inter pertinaces antiqvæ religionis cultores haud qvaqvam numerandum esse, documento est, qvod nunqvam inter repurgatæ Religionis hostes numeratur, primusqve omnium Abbatum eandem accepit. Postqvam Alexius Videjam reliqvit, Klausturholis in toparchia Aarnesensi vixit, ubi finem vitæ fecit anno 1568. Fuit autem prædium Klausturholar & aliæ qvædam illi adjacentes villæ, qvæ hodie *Grimsnes Jarder* vocantur, Videjensis monasterii possessio, qvæ omnes Alexio senescenti ad vitæ sustentationem concessæ fuerant. Ostenduntur in pavimento templi Klausturholensis ingentes petræ, qvæ pariter ac saxa Thingvallensis templi vocantur *Abóta Hellur*, ɔ: Petræ Abbatis, eo, qvod solus eas ibidem collocaverit.

Licet cœnobium Videjense non integros trecentos duraverit annos, omnium tamen Islandiæ monasteriorum evasit ditissimum, cujus universa bona mobilia & immobilia, unacum pretiosissimis sacris vestibus, calicibus,

campanis aliisqve inſtrumentis, Præfecti Regii abſtulerunt, templumqve ſat ſuperbe ornatum deſtruxerunt, monaſterii autem loco qvidam eorum ſatelles, Petrus Enari, ut dominis ſuam probaret pietatem, & qvod apertus Catholicæ Religionis contemtor eſſet, hypocauſtum, culinam & latrinam, cujus ſordes per canalem in ſepulcretum derivarentur, ædificari curavit.

Nunc, pariter ac reliqvorum cœnobiorum proventus Ærario Regio infertur, præter qvam qvod in 12 pauperum ſuſtentationem impenditur. Hodie ad minimum tres efficit redemturas, ſcil. *monaſterium Videyenſe*, *Kióſar-Jarder* & *Grimsneſs-Jarder*, qvorum omnium prædiorum nomina & annuam mercedem hic enumerare non gravabimur:

1) *Monaſterium Videyenſe.*

| *Nomina prædiorum.* | | Merces. Imper. | ſolid. |
|---|---|---|---|
| Húſatópter | — | 10 | 32 |
| Litlahöfn | — | 2 | 8 |
| Stafnes | — | 43 | 16 |
| Hvalsnes | — | 17 | 64 |
| Buſthús | — | 3 | 16 |
| Lönd | — | 4 | 74 |
| Mausbúder | — | 10 | 18 |
| Melaberg | — | — | — |
| Fuglavík | — | 14 | 48 |
| Bya Skier | — | 15 | — |
| Thóruſtader | — | 5 | 48 |
| Kyrkiuból | — | 19 | 32 |
| Kolbeinſtader | — | 5 | 48 |
| Hafurbiörnſtader | — | 9 | 48 |
| Lambaſtader | — | 9 | 64 |
| Midhús | — | 5 | 64 |
| Gerdar | — | 8 | 80 |
| Skúlahús | — | 1 | 4 |
| Gaukſtader | — | 11 | 20 |
| Skeggiaſtader | — | 2 | 72 |
| Lateris | | 199 | 84 |

| *Nomina prædiorum.* | | Merces. Imper. | ſolid. |
|---|---|---|---|
| Tranſport | | 199 | 84 |
| Brecka | — | 2 | 22 |
| Varer | — | 6 | 88 |
| Kothús | — | 4 | 20 |
| Ivarshús | — | 3 | 56 |
| Meidaſtader | — | 4 | 80 |
| Gufuſkáler | — | 9 | 64 |
| Hrúdurnes | — | 5 | 84 |
| Stórehólmur | — | 14 | 56 |
| Kieblavík | — | 1 | 4 |
| Niarvík, *utraqve* | — | 22 | 56 |
| Narfakot | — | 5 | 48 |
| Vogar, *utriqve* | — | 16 | 76 |
| Brunnaſtader | — | 11 | 44 |
| Hlödunes | — | 6 | 16 |
| Asláksſtader, *utriqve* | | 11 | 30 |
| Breidagerde | — | 5 | 48 |
| Audner | — | 8 | 4 |
| Landakot | — | 4 | 44 |
| Thóruſtader | — | 7 | 64 |
| Lateris | | 352 | 26 |

*Nomina*

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 352 | 26 |
| Vatnsleyſa, *utraqve* | 13 | 72 |
| Hvaſſahraun — | 9 | 56 |
| Lónakot — | 3 | 40 |
| Straumur — | 5 | 12 |
| Knorarnes *utrumqve* | 10 | 60 |
| Orraſtader — | 7 | 20 |
| Lambhage — | 1 | 88 |
| Thorbiarnarſtader — | 4 | 44 |
| Aas — | 3 | 16 |
| Ofridarſtader — | 5 | 12 |
| Hvaleyre — | 7 | — |
| Aurridakot — | 1 | 48 |
| Hagakot — | 3 | 80 |
| Hofſtader — | 3 | 80 |
| Sandhús — | 3 | 80 |
| Hlíd — | 6 | 52 |
| Mölshús — | 2 | 72 |
| Skógtiörn — | 7 | — |
| Svalbard — | 5 | 48 |
| Brecka — | 6 | 16 |
| Haugshús — | 3 | 40 |
| Svidholt — | 11 | 64 |
| Deild — | 5 | 12 |
| Ejvindaſtader — | 7 | — |
| Backakot — | 1 | 88 |
| Landakot — | 2 | 32 |
| Bauritzejre & Akrakot | 6 | 52 |
| Lambhús, Breidabólſtadur — | 7 | 84 |
| Kaſthús — | 3 | 40 |
| Arnarnes — | 7 | 64 |
| Lateris | 521 | 54 |

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 521 | 54 |
| Kópavogur — | 2 | 88 |
| Skilldinganes — | 7 | — |
| Lambaſtader — | 6 | 32 |
| Hrólfsſkaale — | 2 | 52 |
| Mýrarhús — | 3 | 12 |
| Eyde — | 6 | 16 |
| Reikiavík — | 28 | 32 |
| Effersey — | 5 | 52 |
| Arnarhóll — | 4 | 44 |
| Nes, *cum ſubjacentibus villis* — | 34 | 64 |
| Raudará — | 6 | 16 |
| Kleppur — | 7 | — |
| Búſtader — | 3 | 80 |
| Digranes — | 5 | 8 |
| Hvammkot — | 5 | 72 |
| Vatnsende — | 7 | 64 |
| Vatn — | 7 | 64 |
| Hólmur — | 10 | 80 |
| Aartun — | 4 | 48 |
| Aarbajr — | 6 | — |
| Kelldur — | 6 | 40 |
| Gröf — | 8 | 32 |
| Helleskot — | 3 | 16 |
| Eyde — | 4 | 48 |
| Thormódsdalur — | 6 | 64 |
| Middalur — | 6 | 80 |
| Lambhage — | 6 | 40 |
| Kortólfſtader — | 7 | 64 |
| Blikaſtader — | 5 | 32 |
| Helgafell — | 7 | 32 |
| Lateris | 753 | 24 |

*Nomina*

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 753 | 24 |
| Lágafell — | 7 | — |
| Varmá — | 10 | 32 |
| Reinisvatn — | 3 | 80 |
| Kálfakot — | 3 | 64 |
| Leiruvogstúnga — | 9 | 64 |
| Helgadalur — | 3 | 80 |
| Hradaſtader — | 3 | 80 |
| Minna Mosfell — | 4 | 48 |
| Laxnes — | 5 | 80 |
| Lateris | 805 | 88 |

2) *Kióſar - Jarder.*

| | | |
|---|---|---|
| Hrísbrú — | 8 | 64 |
| Varmedalur — | 5 | 64 |
| Móar — | 6 | 64 |
| Saltvík — | 6 | 64 |
| Valldaſtader — | 10 | — |
| Ytrafell — | 3 | 32 |
| Moraſtader — | 5 | — |
| Gröf — | 7 | 32 |
| Veller — | 5 | 32 |
| Kollafiördur — | 6 | — |
| Summa | 64 | 64 |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 805 | 88 |
| Skeggiaſtader — | 1 | 88 |
| Gufunes — | 4 | 64 |
| Alfsnes — | 6 | 32 |
| Therney — | 11 | 88 |
| Fitiakot — | 4 | 48 |
| Eſiuberg — | 14 | — |
| Stardalur — | 1 | 88 |
| Thverárkot — | 3 | 16 |
| Rafnhólar — | 1 | 88 |
| Summa | 856 | 24 |

3) *Grimsnes - Jarder.*

| | | |
|---|---|---|
| Vadsnes — | 10 | — |
| Midenge — | 11 | 64 |
| Litle Háls — | 4 | 64 |
| Summa | 26 | 32 |

# CAP. X.

## *De Monaſterio Mödruvallenſi.*

In tractu borealis Islandiæ, qvi antiqvitus vocabatur *Vadlaþíng*, hodie autem *Eyafiardar Sýſla*, ad occidentale latus ſinus Eyafiörd (ɔ: Sinus Inſulæ aut Inſularum) in parœcia cui nomen eſt Hörgárdalur, qvod compoſitum eſt ex *Hörg*, idolum, *á*, amnis, & *Dalur*, vallis, ut vox notet: idoli

idoli amnem & idoli vallem. Denominationis autem causa ignoratur, sed verisimile est, primos, nam in *Landnámabók* lib. 3 cap. 13, utrumqve nomen, sc. Hörgá & Hörgárdalur, occurrit, territorii hujus habitatores, ad hunc amnem, si non delubra, certe idola aut tale qvid, constituisse, situm est nobile prædium *Mödruveller*; cumqve plura prædia in eodem tractu eodem gaudeant nomine, communiter dicitur *Mödruveller in Hörgárdal.* Nomen autem compositum est ex *Madra*, gallium, & *Völlur*, campus, idemqve sonat ac Campus Galii vel Gallii, nam ea hujus herbæ species, unde hocce prædium, ut & alia eidem cognomina, qvalia sunt: *Mödruveller í Eyafirde*, *Mödruveller í Hedins fyrde*, *Mödruveller í Kiós*, *Mödrufell*, *Mödrudalur*, &c. nomen trahunt, est flavum illud gallium, fragrantes habens flores, qvod omnia hæcce loca ubertim proferunt. Qvis nobile hocce prædium primus inhabitaverit, tacente *Landnámabók*, non liqvet, *Sturlungasaga* autem, lib. 4. cap. 3 ejus, ut majoris notæ habitaculi mentionem facit; Nam circa annum 1206 & postea, id tenuit magni nominis vir, Sigurdus Ormi, qvem Gudmundus Episcopus excommunicaverat, qvapropter sacra scrinia & Sanctorum Reliqvias, ne excommunicatorum conversatione contaminarentur, inde avexit. Idem prædium idem ille Sigurdus tenuit 1214, ut ex lib. cit. cap. 10. constat, & certo certius est, Mödruvallas Magnatum fuisse habitaculum usqve ad annum 1290; Valde verisimile est, majorem hujus prædii partem antiqvitus ad templum pertinuisse, nam residuum Jörundus Episcopus circa annum 1290 numerata pecunia a Sigurdo Hlidensi emit, qvi id jure hæreditario suum esse contendit, qva de re, & litibus inde pullulantibus, vitæ Episcoporum Holensium Jörundi & Laurentii legi merentur. Sed qvicqvid sit, saltem certum esse videtur, qvod hocce prædium paulo post annum 1290 cum universis, tam mobilibus, qvam immobilibus, bonis in Jörundi Episcopi potestate fuerit, nam anno 1292, ut habent Annales, templum ibidem ædificavit, & in eodem cani, id est, horas canonicas celebrari jussit. Sed anno 1296, aut ut alii volunt, 1295, monasterium Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini ibidem constituit, ea conditione, ut Holanus Episcopus ejusdem semper esset Abbas, qvi per œconomum, qvem ipse constituebat, omnia temporalia, id est œconomica Episcopi nomine administraret, prospiceretqve, ut nihil ad vitæ sustentationem necessarium monachis deesset. In Spiritualibus vero, qvod preces, cantus ac monachorum mores, & qvotidianam cum aliis & suismet conversationem

attinet, eorum præcipuus, *Prioris* titulo & honore contentus, reliqvis præesset, cui sine Episcopi nutu nihil magni momenti gerere licuit. Qvam constitutionem Jonas Haltori, Episcopus Skalholtinus, & Thorlacus Abbas Verensis, Archiepiscopi nomine anno 1327 antiqvarunt, Prioriqve & Fratribus plenum jus & omnium monasterii bonorum dispensationem adjudicarunt qvam sententiam ipse Archiepiscopus anno seqvente, Laurentii Episcopi instinctu, improbavit, sed Jörundi Episcopi constitutionem observari jussit, qvæ, qvamdiu viguerit, tam incertum est, qvam certum & irrefragabile, Sigurdum & Nicolaum, qvorum uterqve seculo 15 hujus monasterii Priores fuerunt, prout libuit prædia & emisse & vendidisse, qvare subit cogitatio, talem mutationem factam esse post annum 1400, cum gravissima pestis Islandiam valde inaniverat, & antiqva multa aut mutaverat, aut penitus abrogaverat.

Huic monasterio præfuerunt seqventes:

1) Prior *Teitus*, ordinatus 1297; qvi, qvid memoria dignum egerit, aut qvamdiu vixerit, non liqvet; Sed mortuus esse videtur anno 1316 cum templum & cœnobium Mödruvallense incuria Fratrum incendio perierunt; ebrii enim & bacchantes incaute lumen ferendo peristromata templi primo incenderant, unde ignis citissime totum templum consumsit, & inde in monasterium pervasit, qvod etiam penitus delevit: Nam si tum in vivis fuisset Prior Teitus, certe inter reliqvorum Fratrum nomina ejus etiam legeretur. Fuerunt autem: Frater Ingemundus Skuli filius, Frater Thorgeirus, Frater Thordus, Frater Thorbiörn & Frater Brandus. Ædium restauratio Episcopo, ut monasterii Abbati incumbebat, sed ille minus oportunum anni tempus caussatus, (accidit autem hocce infortunium biduo post exaltationem crucis, ɔ: 16 Septembr.) in proximum ver restaurationem distulit, monachis interim alio modo prospiciens; Duos enim Thorbiörnum & Brandum Holas vocavit, apud se sustentandos, qvi ibidem brevi vitam finiverunt; Thordum parœciæ Videvallensi præfecit, Thorgeiro autem, sustentationem, qvam templum Lögmanshlidense Sacerdoti debet, assignavit. Ingemundus vero Norvegiam petens, & Helgasetrensis monasterii albo inscribitur; qvibus ita dispositis, Præsul reditus omnes ad se recepit, monasterii vero restaurationem penitus omisit, qvod licet Ingemundus coram Archiepiscopo assidue qvereretur, surdo tamen, ob intimam cum Episcopo amicitiam, narrabat fabulam; Tandem autem, mortuo Audino, & Laurentio in Cathedram Holensem evecto,

apertas

apertas nactus Archipræsulis aures, mandatum ad Jonam Skalholtensem Episcopum & Thorlacum Abbatem Verensem reportavit, qvo causam, contractu, aut sententia ex legum præscripto dicta, terminare jubebantur. Qvi, dicto audientes, Mödruvallis comparuerunt, ubi Laurentius statim se templum & monasterium restauraturum promisit, qvod omnibus bene placuit, ut contenti discederent, & Laurentius, ne qvid in se desideraretur, eadem æstate monasterium restauravit, cui Thorgeirum Prioris loco præposuit.

2) Anno 1326 *Thorgeirus* monachorum Mödruvallensium a Laurentio Episcopo Prior constituitur, Thorkelo autem Grimi filio Temporalium (ut vocabant) dispensatio concredita fuit. Sed cum Fratribus initæ conditiones displicerent, Ingemundus Skalholtum petiit, idqve effecit, ut delegati judices Laurentio Præsuli denuo diem dicerent, qvi, antiqvata superioris anni pactione, Fratribus omnem monasterii opum dispensationem adjudicarunt, qvod, licet Laurentio summopere displiceret, tempori tamen cedendum ratus, judicio in præsens obtemperavit. Qvibus successibus elatus Thorgeirus, & majora forte animo volvens, statim post initium anni 1328 Skalholtum, ad diffamandum & accusandum Laurentium, ire instituit; Sed cum Reykis in Skagafiörd pernoctaret, literas & scripta, qvotqvot habuit & Episcopo exhibiturus erat, amisit, cujus facti, qvidam Biörnum Olai filium, Præpositum Toparchiæ Skagafiordensis, qvidam vero ipsum Præsulem insimulabant. Thorgeirus nihilo minus Skalholtum tetendit, sed amissis Documentis parum efficere potuit, præterqvam qvod ab Episcopo inauratum calicem & bina superhumeralia templo Mödruvallensi donata accepit. Hyeme autem ad finem vergente, commeatus Mödruvallis etiam deficere cæpit. Thorgeirus enim haud parce monasterii opes administrabat, sed commessationibus indulgens easdem dilapidavit, qvod audiens Præsul, haud paucis cinctus stipatoribus eo se contulit; id autem subolens Thorgeirus multo plures rusticos, qvibus Rolfus de Upsalis præfuit, congregaverat, qvod ut vidit Præsul, propositum in præsens dissimulans, noctem qvidem ibi qvievit, crastino autem mane iter ad cœnobium Munkatheraaënse instituit, unde cum post biduum reverteretur, Rolfus & rusticorum cohors Mödruvallis discesserant; Intrans itaqve Capitulum Episcopus, a Priore omnium monasterii opum rationes postulavit, qvas cum monachi ullas reddere pernegarent, Præsul claves omnes a nolentibus expressit, observatisqve omni-

bus observandis, pleraqve interitui & egestati proxima esse reperit. Priorem itaqve invitum secum abduxit, Steindoro autem Socki filio monasterii præfecturam concredidit. qvæ, licet pleriqve ut temerarie facta vituperarent, ille tamen confidenti fuit animo, prospicere se inqviens Archiepiscopum, ad qvem superiore anno universæ litis descriptionem transmiserat, facta sua approbaturum fore, qvod & evenit. Nam Archiepiscopus posteriorem judicum sententiam antiqvavit, prius autem pactum in omnibus confirmavit. Qvænam Thorgeirus posthac habuerit fata, nos latet.

3) Qvinam post Thorgeirum hujus monasterii Priores, fuerint, in obscuro est, nullius enim, qvantum nobis innotuit, mentionem faciunt Annales, aut Documenta, priusqvam 1374, qvo *Erlendus* Prior Mödruvallensis, unacum Gunnsteino Abbate Thingeyrensi, Thorleifo Bergthori, Martino Ejolfi & Thorsteino Biörni Sacerdotibus, rationes cathedræ Holanæ computarunt, de qvo plura non habemus, nisi qvod mors ejus ad annum 1378 refertur. Pariter etiam incertum est, qvis ei successerit, id saltem certum est, qvod 1393 fuit Svenus Magni sacerdos, hujus monasterii Oeconomus, tunc enim confitetur se ab Arna Enari filio accepisse 5 C. (ɔ: 20 imper.) carnium, tantundem (ɔ: 5 C. seu 20 imper. valorem) pannorum, qvod Petrus Episcopus anno 1394 Mödruvallis festo Barnabæ ɔ: 11 Junii approbavit. Utrumqve æqve probabile est, qvod monasterium suos sæpius habuerit Priores, qvorum memoria interiit, & qvod qvandoqve non habuerit, sed Episcopos reditibus cœnobii inhiantes Dispensatore contentos fuisse, qvemadmodum de Audino Episcopo supra notavimus, qvo spectare videntur, qvæ de Biörno Sacerdote Onundi filio refert *Vita Laurentii Episcopi*, cap. 47, qvod post fata Laurentii diu fuerit Dispensator cœnobii Mödruvallensis, ɔ: Episcopi Vicarius, in regimine hujus monasterii.

4) Anno 1430, Jonas Vilhelmi filius Episcopus Holensis, prædium Mödruvallense cum omnibus suis possessionibus, mercedibus & usu fructu, Jonæ Biarni filio in triennium ea conditione concessit, ut duos Fratres, Sacerdotem & Diaconum decenter sustentaret, templum aliasqve ædes sartas & tectas conservaret, balenarum dimidiam partem Holanæ Cathedræ reservaret, dimidium vero ipse possideret, tandemqve qvotannis 10 C. ɔ: 40 Imperialium mercedis aut usuræ loco penderet: Hinc patet, nostram conjecturam non omnino falsam esse, qvod Episcopi qvandoqve nullum

nullum monasterio Priorem præposuerint, sed proventus suis loculis inferri curarint: Hic enim sibi qvotannis solvi jubet 40 Joachimicos & dimidiam balenarum partem; Præterea Jonam Biarni, non ex præscripto fundationis, Priorem constituit, sed tantum in triennium ei fundum & bona monasterii certa mercede elocat.

5) *Sigurdus Jonæ* Prior Mödruvallensis primo occurrit in Actis anni 1440, tunc enim ut testis & intercessor adfuit Holis, festo Jonæ Episcopi, cum Sacerdotes Jonas Pauli & Thorkelus Gudbiarti concordiam inierunt, & mutuas injurias oblivioni se daturos promiserunt. Eodem anno Thorlacum Klangi filium de finibus prædii Mejre Hamar, jurejurando testari adegit. Anno 1442 partem sylvæ Oxnadalensis, qvam Biörnus Jonæ monasterio dedit, Sigurdus Prior accepit. Anno 1443, rogavit Gotsvinnus Episcopus Skalholtinus charissimos filios, Jonam Abbatem Thingeyrensem Ordinis Benedictini, & Sigurdum Priorem Mödruvallensem Ordinis Canonicorum Augustini, ut cum aliis ad id denominatis, rationes Holanæ Curiæ cum ejusdem Officiali & œconomo, Domino Jona Pauli supputarent. Anno 1444 Holis, die Martis post festum omnium Sanctorum, unacum reliqvo Holanæ Curiæ Clero, Gotskalkum pro suo Episcopo agnoscere, ipsiqve obedientiam præstare promisit. Anno 1445 die Jovis post festum Michaëlis, a Gotskalko Episcopo, inter judices nominatur, qvi de Oddo Thorhalli Sacerdote, sententiam dixerunt. Anno 1449 die Mercurii post Transfigurationem Domini, de prædio ytre Ey, sententiam dixit. Anno 1450 Sigurdus Prior S. ecclesiæ Holanæ Officialis, Holis subscripsit tanqvam testis permutationi prædiorum ab Episcopo Gotskalko & Thorsteino Jonæ factæ. Anno 1451 nominatur Sigurdus Prior Mödruvallensis; sed anno 1452 fit mentio Domini Svenonis Magni, Dispensatoris Mödruvallensis, qvod nescio qvomodo consistere potest, nisi Præsul ei potestatem in secularibus ad tempus abrogaverit, cum Sigurdus in vivis fuerit & rem adhuc strenue gesserit; nam 1468 interfuit pacificationi & pactioni qvam Olaus Episcopus in Rodugrund cum Paulo Brandi, Domino Jona Pauli & Finnbogo Jonæ contraxit. Anno 1474 permutationem qvandam cum Einaro Abbate Munkathveraaënsi, & anno 1475 cum Magno Benedicti prædiorum mutationem fecit, qvam Olaus Episcopus confirmavit, 1478. Anno 1479 postridie festum Trinitatis Eyrarlandi sententiam dixit de bonis templorum Nupufelli & Nupstadi, eodemqve anno testamento Episcopi Olai subscripsit (*Hist. Eccl. Islandiæ*

Tom. 2. pag. 615). Anno 1492 die Martis post festum omnium Sanctorum Holis in Hialltadalo edito diplomate fatetur se villam Engenes in Oxnadalo pro Skallatunga in Horgardalo Episcopo Olao emancipasse. Qvamdiu vixerit aut monasterio præfuerit, nos latet. Filium habuit, cui nomen fuit Are, sive Arius, pater Jonæ Episcopi.

6) A morte Sigurdi, usqve ad annum 1502, hæc statio vacasse videtur, cum in nullis Episcoporum Olai & Gotskalki Actis ulla Prioris Mödruvallensis mentio occurrat, priusqvam 1502, tunc enim *Nicolaus* Prior Mödruvallensis (qvem *Biörnus de Skardsaa* dicit fuisse Thormodi filium) (a) Sveinum Jonæ, qvi duas vaccas ad cathedram Holensem pertinentes retinentem, unacum aliis, Videvallis die Mercurii proximo ante Hallvardi Martyris, judicavit. Similiter etiam 1503, in Synodo Videvallensi, de prædio Skeggiastad in Ströndum. Anno 1504 testimonium edidit concernens donationem mortis causa, Jonæ sic dicto Prioris fratri, a Christina Jörundi filia erogatam. Anno 1506 testimonium edidit de villis Brúarland & Deildardal, qvas Olaum Grimi Olao Episcopo in redhostimentum sustentationis uxoris suæ Solbiorgæ Gunnari filiæ emancipasse dicit, datum Holis die Saturni post Epiphanias Domini. Anno 1507 cum Domino Gudmundo Jonæ qvandam prædiorum mutationem fecit, & inter judices in causa Höskulldi Runolfi filii sedit. Anno 1512 unus judicum erat de juramento ab Olao Philippi filio præstando, eodemqve anno unacum duobus Laicis Mödruvallis die Sanctæ Ciciliæ testimonium edidit de commutatione prædii Gardshorn Sydra in Svarfadardalo cum Bordatiörn in Höfdahverso ab Episcopo Gotskalko facta. Anno 1514 sententiam dixit de profanatione cæmiterii Videdalstungensis, cujus Jonas Sigmundinus ejusqve comites insimulabantur. Anno 1515 sententiam dixit de Kaldadarnes in Biarnarfiordo; Similiter 1517 de Sydsta Hvamm in Vatnsneso, ut & 1520 de sorte & hæreditate Gudrunæ Jonæ filiæ. Eodem anno testamento Gotskalki Episcopi

(a) Hujus crebra fit mentio in Documentis publicis inde ab anno 1471, qvi & anno 1484 Sacerdos Upsensis erat. Sed num idem sit ac Nicolaus, qvi anno 1480 Sacerdos Kinnensis fuerit, in medio relinqvimus. Novissimæ qvæ nobis occurrerunt tabulæ, in qvibus nudo sacerdotis nomine venit, sunt de anno 1501, ubi in Synodo Videvallensi die Jovis proximo ante Hallvardi Martyris, constitutioni subscripsit de decimis ex fundis & prædiis ecclesiasticis; Sed Prior Mödruvallensis appellatur in sententia Gotskalki Episcopi de Thverá in Vesturhopo. Lata fuit sententia in Vidvik, anno 1502 die Veneris proxima post Epiphanias.

ſcopi ſubſcripſit, & poſt ejus mortem Clericos omnes citra tesqva Oxnadalenſia habitantes, per literas certiores fecerunt Enarus Abbas Thveraaënſis & Nicolaus Prior Mödruvallenſis, qvod Jonam Arii filium Holanæ Curiæ Inſpectorem denominaverint; & anno 1521, in Synodo Eyrarlandenſi die Lunæ poſt inventionem crucis, unacum aliis Abbatibus & Sacerdotibus diœceſeos Holanæ, Jonam Arii conſtituit Inſpectorem ejusdem Curiæ, usqvedum Archiepiſcopus aliter conſtitueret. Tandemqve 1521 in feſto Auguſtini Anglorum unacum Einaro Abbate, aliisqve, literas qvasdam de Officialatu Jonæ Arii conſignavit; Sed in reliqvis literis & codicillis hac de re, hoc ipſo anno ſcriptis, nomen ejus non exſtat, unde veriſimile videtur, qvod hoc anno, inter feſtum Auguſtini Anglorum, 26 Maji, & feſtum Simonis 28 Octobris, occubuerit. Duos habuit hicce Prior filios Thorbiörnum & Thorſteinum, cujus abnepos fuit celeberrimus Skalholtenſis Epiſcopus, Oddus Einari.

7) *Jonas* ultimus Prior Mödruvallenſis, patrem habuit Finnbogum Nomophylacem, matrem vero Malfridam filiam Torfi Aræſonii, Eqvitis. Anno 1494 Præbendam Grenjadarſtadenſem adeptus eſt, eamqve diu retinuit, nomenqve ejus ſæpe numero in Actis Gotſkalki Epiſcopi occurrit, ut in ſententia dicta 1501 de decimis ſolvendis ex villis, qvæ ad templa & cœnobia pertinent. Similiter 1505, in judicio de prædio Skeggiaſtad; Denuoqve 1517 de conjugio & adulteriis Gilbricti Jonæ. Volunt qvidam, poſt mortem Gotſkalki eum fuiſſe Officialem Curiæ Holanæ trans tesqva Oxnadalenſia, nam in Epiſtola Cleri Holani ad Archiepiſcopum ſcripta 1522, expreſſe vocatur *Officialis in diœceſi Holana*, (ɔ: aliqva ejus parte). Eodem etiam titulo inſignitur in judicio Jonæ Arii filii in cauſa Teiti Nomophylacis, die Mercurii poſt Matthiæ feſtum, 1524, ubi inter Aſſeſſores numeratur, nam ipſe Jonas Arii & actor erat, & diœceſeos Officialis Præſidis locum tenuit. Sed noſtra ſententia eſt, potuiſſe fieri eum tantum modo fuiſſe Præpoſitum Toparchiæ Thingeyenſis, nam inſolitum non fuit, ut Præpoſiti etiam Officiales vocarentur, præſertim ſeniores & viri melioris notæ, qvalis hicce Jonas fuit. Qvicqvid vero ſit, id certum eſt, qvod Fimbogus Einari, Electus Thveraaënſis, Jonæ Arii in Officialis officio ſucceſſerit, ex cujus citatione, ſcripta die Jovis ante feſtum Joh. Holani, 1524, colligitur, Jonam Mödruvallenſis cœnobii Priorem factum eſſe, unde, ut ex literis datis 1528, qvibus Jonæ Epiſcopo prædium Lögmannshlíd emancipavit, in qvibus expreſſe vocatur Prior Mödruvallenſis cœnobii, ab-

[illegible] unde [illegible]

unde claret, non audiendum esse *Biörnum de Skardsaa*, qvi ejus promotionem refert ad annum 1530. Plura de eo nobis non innotuerunt, nisi qvod 1533 in nuptiis Islevi Sigurdi filii & Thorunnæ Jonæ Episcopi filiæ, unacum pluribus magnatibus præsens fuit. Obiisse videtur anno 1546 aut 47. Filium habuit Torfum Sacerdotem Saurbajensem, ex qvo numerosa nata est progenies.

8) Post Jonam cœnobium Mödruvallense nullum habuit Priorem, nam Jonas Episcopus, triennio anteqvam obiret, illi præposuit *Biörnum Gislai* filium & qvidem sine ulla mercede aut salario. Sed post Episcopi mortem Præfectus Regius id denuo in Biörnum contulit, qvi primo anno 12, secundo 20, tertio 30, sed deinde 60 Joachimicos mercedis loco solvit, usqvedum Halldorus Pastor Helgastadensis circa annum 1566, oblata 100 Imperialium mercede illud obtineret.

Hodie Regio Ærario qvotannis infert 148 Imper. 16 solid. Nomina autem, mercesqve anniversaria prædiorum monasterio Mödruvallensi addictorum, post multorum, qvæ primitus ad id pertinebant, abalienationem, fuerunt anno 1639, pro ut seqvitur:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. solid. |
|---|---|---|
| Sponsgerde — | 3 | 32 |
| Arnarnes — | 8 | — |
| Balldursheimur — | 7 | 32 |
| Bragholt — | 9 | 32 |
| Ytre Backe — | 6 | 64 |
| Biarger — | 6 | — |
| Litle Dunhage — | 7 | 32 |
| Hallgilsftader — | 7 | 32 |
| Kiarne — | 8 | — |
| Sidre Reiftará — | 8 | — |
| Ytre Reiftará — | 7 | 32 |
| Skriduland — | 8 | 64 |
| Aasgerdaftader — | 5 | 32 |
| Barká — | 6 | 64 |
| Bás — | 2 | 64 |
| Lateris | 102 | — |

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | Merces. solid. |
|---|---|---|
| Transport | 102 | — |
| Einhamar — | 3 | 32 |
| Flaga — | 10 | — |
| Flögusel — | 3 | 32 |
| Felixstader — | 6 | — |
| Yxnhóll — | 12 | 64 |
| Svellatúnga — | 6 | — |
| Stadartúnga — | 9 | 32 |
| Thúfnaveller — | 9 | 32 |
| Diúpárbacke — | 7 | 32 |
| Gáser — | 2 | 64 |
| Hamar — | 6 | 64 |
| Hladner — | 10 | — |
| Hraukbajr — | 6 | — |
| Raudelaikur — | 4 | — |
| Lateris | 198 | 64 |

*Nomina*

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | solid. | Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|---|---|---|
| Transport | 198 | 64 | Transport | 285 | 32 |
| Skógar — | 5 | 32 | Skeide — | 7 | 64 |
| Treſtader — | 4 | 64 | Tiarnargardshorn — | 8 | — |
| Gardshorn — | 4 | 64 | Thverá — | 6 | 64 |
| Bögguſtader — | 7 | 32 | Ytre Grenevík — | 3 | 32 |
| Grund — | 7 | 32 | Borger — | 3 | 32 |
| Hámundaſtader minne | 6 | 64 | Sveinagardar — | 1 | 32 |
| Hoſsá — | 7 | — | Sveinſtader — | 1 | 32 |
| Hialtaſtader — | 6 | — | Eydar — | 4 | — |
| Hniúkur — | 7 | 64 | Sandvík Efre — | 3 | 32 |
| Hríſar — | 7 | 32 | Brettingsſtader — | 2 | 32 |
| Vagler — | 6 | — | Uppebæjr — | 4 | — |
| Stóru Hámundaſtader | 10 | — | Skuggabiörg — | 6 | — |
| Kleif — | 2 | — | Kieblavík — | 2 | — |
| Kot — | 4 | 64 | Gunnarsſtader — | 8 | 64 |
| Lateris | 285 | 32 | Summa | 347 | 32 |

Præterea monaſterium Mödruvallenſe inventarium magni qvidem, ſed incerti pretii, poſſidet.

# CAP. XI.

## *De Monaſterio Reineneſenſi.*

In tractu Skagafiörd intra diœceſin Holanam ad occidentale latus fluvii, antiqvitus dicti Jökulſá, nunc vero Heradsvötn, jacet celebre prædium *Stadur í Reineneſe*. *Stadur*, qvando pro appellativo ſumitur nomine, ſignificat locum. Sed qvando ut nomen proprium alicujus loci uſurpatur, notat prædium inſigne. *Reinir* eſt arbor, Latine, ſorbus; Sed *nes* lingula vel peninſula, adeo ut Stadur in Reinineſo, vi vocis, ſit *inſigne prædium in lingula ſorbi* ſitum. In *Landnámabók* non occurrit, nam Reinines illud, qvod hic nominat pag. 107, ſitum eſt in tractu Ejafiordenſi; oportet itaqve hoc prædium *Stad* poſt aboriginum tempora inhabitari

 cæpiſſe;

cæpiſſe; Sed qvicqvid de eo ſit, a prima tamen habitatione ſemper fuit melioris notæ, tam ob ſitus commoditatem, qvam paſcuorum & fœniſecii ubertatem, ſemperqve a viris magni nominis poſſeſſum & inhabitatum, qvales fuerunt: Kolbeinus Kaldaliós, Brandus Kolbeini, Giſſurus Comes, Rafnus Oddi, aliiqve. Tandem autem, ante contractum Erici Regis & Arnæ Epiſcopi anno 1297, qvo longa illa de Præbendis controverſia penitus ſublata fuit, in Jörundi Epiſcopi Holani poteſtatem venit, qvi ibidem anno 1296 Monialium monaſterium (vulgo *Nunnu-Klauſtur*) inſtituit, qvarum Abbas fuit ipſe Epiſcopus, qvi Diſpenſatorem monaſterii proventuum & rei œconomicæ rectorem ſui loco ſolebat aliqvem melioris notæ Sacerdotem conſtituere. Sororibus vero Abbatiſſam præpoſuit, & Sancti Benedicti Regulam præſcripſit obſervandam. Templum dedicatum eſt Deo & Sancto Stephano. Ipſæ eqvidem conſtitutionis literæ dudum perierunt, ſed earum confirmatio ab Audino Epiſcopo Jörundi ſucceſſore ſcripta, anno 1315, adhuc exſtat; (Vid. *Hiſt. Eccleſ. Iſl.* Tom. 2 pag. 164.)

Abbatiſſarum qvæ ad nos pervenerunt nomina, ſunt ſeqventia:

1) *Catharina*, qvæ dudum ſanctitatis fecerat votum; Sed cum nullum in Qvarta Boreali exſtaret Nonnarum monaſterium, in cœnobium Munkathveraaënſe ſemet abdidit, ubi circa aut ante 1295 tantus eam cepit oculorum dolor, ut Pſalterium legere non poſſet; Sed Deo & Sancto Thorlaco confidens, in medio circiter Aprili iter Skalholtum verſus ingreditur, cujus tantos retulit fructus, ut Skalholti utriusqve oculi integrum reciperet uſum. Vide *Thorlaci Sancti vitam*, qvæ hæc vivo Abbate Lioto contigiſſe refert, ut manifeſte pertineant ad annum 1294 aut 1295, cum Liotus Abbatiam Munkathveraaënſem nactus fuerit 1291, ſed mortuus 1296. Sed qvicqvid ſit, Catharina ope Dei & Sancti Thorlaci viſum recepit, & non tantum ut martyrium qvoddam paſſa, ſed etiam ut fidelium præcipuum exemplar, monaſterii Reineſtadenſis prima exſtitit Abbatiſſa, ſolenniter conſecrata 1298, ſed mortua aut oculis denuo capta 1299, nam —

2) Eodem anno conſecrata fuit, eiqve ſucceſſit *Hallbera Thorſteini* filia, virago magni nominis & nobili loco nata, cujus genealogiam texit *Sturlungaſaga*, lib. 1 cap 4. Encomium ligata oratione ei ſcripſit Laurentius Kalfi, vir ſui ſeculi contribulium doctiſſimus, ex qvo Jörundus Norvegiæ Archiepiſcopus colligi poſſe dixit, eam eſſe mulierem magnæ

notæ

notæ. Mortuam esse 1329 aut 30 historiæ perhibent; sed qvid triginta, qvibus monasterio præfuit, annis, gesserit, non didicimus.

3) Hic dubii hæremus, utrum seqvenda sit *Laurentii Episcopi Vita*, liber bonæ fidei, & circa hæc tempora, forte ab ejus successore Egillo, aut Abbate Bergo Socki filio, hujus Episcopi intimis amicis (aut ad minimum, ut nobis videtur, eorum jussu & auctoritate) scriptus, qvi *Gudnyam* Hallberæ successisse refert, cumqve Laurentii mors, in eadem fere, qvibus electa fuit, temporis momenta, inciderit, confecrationem ad tempora Egilli Episcopi, id est, si conjicere licet, 1332, dilatam fuisse; mors autem Gudnyæ ad annum 1339 ab auctore *Ann. Flatej.* refertur. An vero Celeberrimi viri Domini *A. Magnæi* auctoritas, qvi in brevissimis, qvæ nuper videre contigit, *Excerptis ad Hist. Monast. Isl.* in qvibus nomina tantum & annos, nunc mortis, nunc consecrationis, sed raro utrumqve notavit, & Hallberæ mortem ad annum 1330 referens, scribit *Christinam* qvandam eidem anno 1332 successisse, & consecratam fuisse, testes allegans *Fragm. Annal.* penes se & literas Origin. Bessastadenses; vixisseqve eandem putat 1343, cum eodem anno confirmaverit Acta qvædam, qvibus Benedictus Kolbeini & Kolbeinus Benedicti monasterio oras qvasdam maritimas emanciparunt, qvo non obstante mortem Gudnyæ Abbatissæ anno 1367 accidisse adsentit: Qvæ qvo modo conciliari possint, non videmus, nisi statuatur duas fuisse Gudnyas, unam, qvæ ab Egillo Episcopo 1332 consecrata fuit, cui Christina eodem anno successit, & alteram, qvæ Christinæ, post 1343, surrogata fuit, mortemqve circa annum 1367 oppetiit. Sed qvamvis hæc adeo incerta sint, ut omnia in conjecturis resideant, in eo tamen omnes consentiunt, qvod —

4) Gudnyæ, qvæ 1367 aut 69 obiit, *Oddbiörga Jonæ* filia, antea Soror monasterii Kyrkiubajensis, in officio successerit, cujus pactionem cum qvodam Domino Jona anno 1380 initam, de honesta ejusdem, qvoad vixerit, in cœnobio Reinestadensi sustentatione, Dominus Thorleifus Bergthori filius, monasterii Dispensator, legitimam esse judicavit, & Jonas Episcopus anno eodem Holis in festo Martyrum Petri & Marcellini confirmavit. Anno 1383 hæc Oddbiörga cum Domino Jona Thordi cœnobii Dispensatore rationes putavit, eiqve perfectam dedit apocham. Ejus obitus ab aliis refertur ad annum 1388, sed ab aliis ad 89.

5) *Ingebiörga Aurnolfi*, aut ut alii scribunt, *Runolfi* filia, anno seculi 90, aut ut alii volunt 91, Abbatissæ honorem adepta est. Hanc, una-

 cum

cum plurimis aliis, videtur lues illa, qvæ Islandiam 1401 & 1402 vastavit, absumsisse.

6) De 12 annorum interstitio, sc. ab anno 1401 ad annum seculi 13, dictu dignum nihil habemus, nisi, α)] qvod Ottarus qvidam Biarni filius anno 1401 addixit Ormo Snorronis 20 centenarios, ɔ: 80 Joachimicorum pretium qvod monasterium Reinestadense Ottaro deberet, si ipsius (Ottari) filia Brigitta, monasterium, ut pudicitiam ibidem servaret, ingrederetur. β) Ormi Snorronis mox memoratorum 20 C. (ɔ: 80 Joachimicorum) ut & 10 C. (ɔ: 40 Imperialium) qvæ ipse addiderat; donatio, si Brigitta Ottari filia monasterium, pudicitiæ conservandæ gratia, ingredi vellet, data eodem anno. Unde non improbabiliter colligi potest, cum horrenda illa pestis, communiter dicta *Svarti daude*, qvæ Asiam & Africam circa annum 1350 devastavit, Islandos vero, & primo qvidem Skalholtenses, sub autumnum anni 1400 affligere inciperet, Holenses, audito proximi domum ardere, statim anno 1401 suis rebus pro more & religione seculi consulere cæpisse, Ottarumqve filiam charissimam cum facultatum parte monasterio Reinestadensi commendasse. Sed in omnem rei eventum testamenti exsecutorem Ormum Snorronis instituisse, qvi mortuo Ottaro & vivente adhuc Brigitta, sibi timens, non tantum amici testamentum confirmavit, sed etiam de suo trientem addiderit; qvæ qvidem conjecturæ sunt, interim tamen non omnino improbabiles. Ut & γ) in defectu Episcoporum Holensium qvorum nullus ab anno 1402 ad annum 1419 in Islandia visus fuit, Abbatissas pariter ac Abbates non exstitisse: Taceo utriusqve sexus in tali necessitatis statu penuriam. Videantur qvæ ad 5 Cap. §. 18. notavimus, & Diploma pag. seqv.

7) Tandem anno 1413 nomen Priorissæ *Thoræ Ormi* filiæ, Sororis monasterii Reinestadensis occurrit, qvæ cum Fratre Jona Sancti Templi Holensis Officiali approbat, & Sigillo Capituli confirmat, Acta Biörgulfi Illugasonii, qvi redhostimenti loco pro sempiterna sustentatione propriæ filiæ Steinunnæ, & cognatæ Sigridæ Sæmundinæ, legat monasterio Sancti Benedicti qvod Stad in Reineneso exsistit, 50 centenarios, (ɔ: 200 Joachimicorum valorem). Qvisnam ille Jonas Sancti Templi Holensis Officialis esse potuerit, alibi indicavimus. Præter qvod notandum est, hic primo titulum *Priorissæ* occurrere, id est, post annum 1400, aut decantatissimam pestem, qvæ Islandiæ plurimas mutationes, & in multis maxima damna adtulit. Talis autem, seu Priorissæ titulus ei ob ætatem inditus esse videtur,

tur, non ab Epifcopo, fed monafterii membris, nam anno 1437, cum Gotfvinnus Skalholtenfis Epifcopus & Holanæ diœcefeos Infpector hocce cœnobium vifitaret, nondum Abbatiffæ honori matura effe videbatur. Cumqve memorati Epifcopi hac de re literæ, Thingeyris editæ, huic rei magnam affundant lucem, eas hic inferere non gravabimur (a). Qvamdiu vixerit, non liqvet; pro certo faltim habemus eam ante annum 1443 mortuam fuiffe.

Acta ejus, qvæ exftant, funt: 1) Contractus cum Biörgulfo Illugonis, factus Holis, in fefto Boni Gudmundi, ɔ: 16 Martii 1413. 2) Conductio prædii Hof in Skagaftrönd, qvod monafterio & Sororibus conceffit Jonas Epifcopus, 1421. 3) Elocatio ejusdem prædii Hof, mercede 16 *vætter fifka* (ɔ: 13 Imper. cum triente) 1424. 4) Pactio cum Illugo Biörgulfi, de honefta in monafterio fuftentatione, qvi redhoftimenti loco dedit prædium Ipishól, aliaqve bona mobilia 1427, qvam Jonas Abbas Thyckvabajenfis & Officialis Sancti Templi Holenfis eodem anno confirmavit. 5) Anno 1432 Margareta Biarni filia monafterio fuftentationis redhoftimenti loco legavit 60 centenarios (ɔ: 240 imper.), qvod pactum Jonas Epifcopus Holis eodem anno confirmavit. 6) Eodem anno, 25 Februarii Holis, coram Epifcopo, Soror Thurida Halldori filia confeffa eft fe ex Thorlaco Sigurdi concepiffe, qvam Epifcopus, acta falutari & condigna

O 3 pœniten-

(a) Gotfvinnus Dei gratia Epifcopus Skalholtenfis & Sanctæ Curiæ Holanæ Procurator, fefe, fub anno gratiæ Mccccxxxvii Cœnobium in prædio Stad in Reinenefo fitum intra toparchiam Skagafiordenfem in Holana diœcefi, invififfe teftatus eft; ubi a Conventu & Monialibus hoc Cœnobium per complures annos, inde usqve a morte Caftiffimæ & Venerandæ Virginis Dominæ Ingebiörgæ Abbatiffæ, fine ullius Abbatiffæ regimine vacillaffe recognovit & inaudivit. Interea præfatus Conventus & Sorores Integerrimam & Caftiffimam Virginem, Sororem Thoram, qvæ antea in prædicto cœnobio ordinata fuerat & profeffa, in aliqvot annos Prioriffam elegerunt & conftituerunt. Jam vero, cum dictum cœnobium legitima Antiftite citra proprium damnum carere non poffe animadverteret, toti conventui, ut hanc rem deliberandam fufciperet, confuluit, qvo facto univerfæ Sorores, legitimam Monialem Thoram fibi in Antiftitem & Abbatiffam unanimi voce & fuffragio elegerunt, in votis infimul habentes, ut Præful hanc electionem confirmaret. Qvi per unius anni, & qvod excurrit, fpatium, qvod ex Juris Canonici præfcripto, ad legitimam ætatem implendam, laudatæ deeffet Sorori, curam fuam & difpenfationem cum illa cœnobio impertiturum pollicitus eft. Omnibus ac fingulis injungens, dictæ Abbatiffæ Thoræ debitam obedientiam præftare. Datum Thingeyris, Dominica proxima poft feftum Bartholomei Apoftoli, anno prædicto.

pœnitentia, abſolvit, & ut videtur, in monaſterium remittit (a). Ad ejusdem Abbatiſſæ tempora pertinere videtur confeſſio Sororis Margaretæ Thorbergi filiæ, edita Stadi in Reineneſo, 1440, coram Gotſvinno Epiſcopo, Jona Abbate Thingeyrenſi, aliisqve, qvod, poſtqvam in Norvegia monaſterio cuidam nomen dederat, per qvinqvennium ſe etiam ſub Gudruna Abbatiſſa membrum fuiſſe Cœnobii Kyrkiubajenſis, cui 60 centenarios, ɔ: 240 imper. redhoſtimentum conceſſerit (b).

8) In Documentis datis 1443 occurrit nomen *Barbaræ* Abbatiſſæ Reineſtadenſis, qvæ hoc anno prædium Skidaſtad 50 C. ɔ: 200 imperial. æſtimatum a Gudmundo Biörgolfi, ejusqve uxore Ragneida Thorvardi filia monaſterio acqviſivit, pretii loco reddens villam Skard in Reikiaſtrönd 30 C. pro 130 imper. Reſiduos autem 20 C. ſeu 80 imper. informatione & ſuſtentatione filii hujus Gudmundi remuneratura, usqvedum Sacerdotali officio ætate & doctrina maturus fieret; Qvod pactum Gotſvinnus Epiſcopus Skalholtenſis & diœceſeos Holanæ Vicarius confirmavit. Hoc etiam anno Ulfhilda Ketilli filia Barbaræ Abbatiſſæ Reineſtadenſi promiſit daturam ſe omnes ſuos libros monaſterio Reineſtadenſi, ſive id ut monialis intraret, ſive non. Anno 1459 die Lunæ poſt nativitatem Sanctæ Virginis, dimidium prædii Bruarland emancipavit, pretii loco accipiens Sydravatn in Túnguſveit, eodemqve anno conſentientibus Sororibus monaſterii & Sigurdo Sacerdote Thorlaci filio, ejusdem monaſterii Procuratore,

(a) Documentum ſub ſigillo ejus rotundo eſt hujus tenoris: Nos Jonas Dei gratia Epiſcopus Holenſis, notum facimus, qvod Soror Thurida Haldori filia coram nobis confeſſa ſit ſe prolem ex Thorlaco Sigurdi filio ſuſceptam peperiſſe, pro qvo ſuo delicto, Deo, Sanctæ Eccleſiæ & Nobis jam ſatisfecit; Nos autem ſalutarem pœnitentiam & competentem ipſi præſcripſimus, atqve eam Noſtro noſtrorumqve ſucceſſorum nomine, qvittam, liberam, & ab omni crimine immunem declaramus. Sub Sigillo Noſtro rotundo. Datum Holis in Hialtadal die Mercurii poſt feſtum Annunciationis Mariæ, Anno Mccccxxxii.

(b) Anno Mccccxl die Jovis poſt Dominicam Qvadrageſimæ, Stadi, in cœnobio Reineneſenſi, præſente Clementi Noſtro Domino Godſvinno Dei gratia Epiſcopo Skalholtenſi & Sanctæ Curiæ Holanæ Diſpenſatore, Fratre Jona Abbate Thingeyrenſi, aliisqve, declaravit Soror Margareta Thorbergi filia ſe Dominæ Gudrunæ Abbatiſſæ Cœnobii Kyrkiubajenſis, Ordinis Sancti Benedicti, intra diœceſin Skalholtinam, in præſentia duarum prædicti cœnobii monialium plenam obedientiam promiſiſſe, non ſecus ac virgines monaſticæ Abbatiſſis ſuis obſeqvium vovere ſolent, ſicut etiam monaſterium ſuum in Norvegia intrans ipſa fecerat: ſe in prædicto cœnobio qvinqvennium manſiſſe & monaſterio 60 Hundredas, ſive 240 Joachimicos, ad ſuam ſuſtentationem additos fuiſſe, teſtata eſt.

Procuratore, mulieri cuidam in monafterio in dies vitæ fuftentationem promifit, qvod pactum Capituli & Sigurdi figillis confirmatum fuit, deindeqve ipfius Epifcopi, anno 1461, Holis, die Mercurii poft nativit. Mariæ. Qvando obierit, non liqvet, fed accidiffe id inter 8 Sept. 1459 & 1 Maji 1461 irrefragabile videtur; tunc enim *Agnefa* qvædam Priorifsa monafterio præfuit, ut ex dicendis patebit: Qvid ergo ftatuendum fit de *Thora* Abbatiffa, qvam *Biörnus de Skardfaa* huic monafterio anno 1453 præfuiffe fcribit, non liqvet: Dicit enim; *fedente Thora Abbatiffa 1453, 18 fures in antro qvodam prope monafterium captos effe, & ex fententia judicum, eorum 17 ibidem fufpendio necatos, unum autem, qvod primo a reliqvis captus & deinde coactus inter eos manferit, vita donatum fuiffe.* Si Biörnus nec in Abbatiffæ nominis, nec in anni annotatione erraverit, ftatuendum omnino eft, aut duas exftitiffe Barbaras, qvarum prior mortua fuerit anteqvam Thora officium geffit 1453, pofterior vero Thoræ fucceſſerit, qvæ ante annum 1461 obierit; Aut fi una tantum fuit Barbara, eandem ante annum 1453, aliqva de caufa officio fe abdicaffe, fed poft mortem Thoræ denuo officium fufcepiffe; Qvæ conjecturæ, licet nec improbabiles fint, nec exemplis careant, noftra tamen eft fufpicio neutram veram effe, fed forte cefpitaffe hic bonum alias Annalium fcriptorem, & ex *Bbara* (ita enim antiqvi per abbreviationem fcripferunt) *Thoram* feciffe, nam fimilis hallucinatio apud eum reperitur ad annum 1512, (Vid *Hift. Eccl. Ifl.* Tom 2 pag. 248) qvod illæfo viri, de Patriæ Antiqvitatibus bene meriti, nomine, dictum effe cupimus; ejus enim labores literarios, ut revera merentur, magni plerumqve facimus.

9) Anno 1461, pridie Joh. Holenfis, ɔ: 3 Martii, conftituit Olaus Epifcopus *Agnefam*, non Abbatiffam, fed Priorifsam cœnobii Reineftadenfis, adhibitis conditionibus: 1) Ut Epifcopo debitam in omnibus fidem & obedientiam præftet. 2) Ne facultates monafterii ullo modo profundat aut imminuat. 3) Ne ullum ipfa conftituat Difpenfatorem. 4) Nullas faciat permutationes prædiorum fine venia & confenfu Epifcopi. Eodem anno, die Jovis ante feftum Philippi & Jacobi promifit Thorleifus Arnæ filius Agnefæ Priorifsæ Reineftadenfi, ut & omnibus ejusdem monafterii Sororibus, fe nunqvam capturum fore monafterium nec qvicqvam qvod ejus fit, pernegatqve fe tale qvid commififfe, aut fuo confilio vel autoritate factum effe. Teftes hujus fponfionis funt tres Sacerdotes, Brandus Jonæ Nomophylax, aliiqve laici. Anno 1483 vocavit

vit

vit Sigurdus Thorlaci filius, Officialis Sancti Templi Holensis, Jonam Thorvaldi postea Abbatem Thingeyrensem in jus, eo qvod injussu Officialis Dispensatorem monasterii Stadensis egerit, qvapropter excommunicationis & 15 marcarum reus judicatur, nisi idoneis testibus probet Officialem Abbatissæ permisisse, ut suo aut alius Sacerdotis ministerio uti liceret. Plura de hac Agnesa nobis non innotuerunt, licet multo plura gessisse verosimile sit, cum 40 annos monasterio præfuerit; nam mortem ejus *Biörnus Skardsaaënsis* ad annum 1507 refert.

10) *Solveiga Rafni* filia, Brandi, monasterii Skridensis Prioris, soror, ex nobilissimis oriunda familiis. Anno 1493 promisit Olao Episcopo Holano se in monasterio Reinestadensi Regulæ Sancti Benedicti nomen daturam, cui prædium Skard in Fnioskadal legavit; Sed anno 1508, ipso Domini Circumcisionis festo ɔ: 1 Januarii ejusdem Cœnobii Abbatissa inaugurata fuit. Hæc anno 1515 diem dixit Brando Olai filio qvod tributum piscarium, ɔ: 5 pisces pro qvavis persona qvæ inter Morsbúder & Fossá usqve ad mediam æstatem ibidem piscationi operam daret, & tantundem, si diutius eidem operi incumberet, templo Hofensi in Skagaströnd non solvisset. Circa annum 1534 prædiorum permutationem Petrus Pauli Abbas Munkathveraaënsis, nomine Ogmundi Episcopi Skalholtensis, cum ea fecit, qva Reykir in Reykiaströnd monasterio & Abbatissæ, sed Reykiavellir in Skagafiord Episcopo cesserunt, qvam permutationem Præsul, Skalholti, die Mercurii post festum Sanctorum in Selio, eodem anno confirmavit. Cum Regia Majestas, circa annum 1551, hujus cœnobii proventus in suos usus verteret, & Regulam monasticam aboleret, huic Abbatissæ, ut & aliis hujus monasterii Sororibus de necessariis ad vitæ sustentationem prospexit. Obiit annis obsita 1562 apud primum hujus monasterii Conductorem Gunnarum Gisli filium, qvo tempore qvasdam adhuc moniales ibidem in vivis fuisse traditur. Nostra ætate monasterium conducitur 95 Imperialibus.

Catalogus prædiorum hujus monasterii, prout fuit anno 1639:

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. | *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | solid. |
|---|---|---|---|---|---|
| Geitagerde — | 3 | 32 | Transport | 15 | 32 |
| Melur — | 8 | — | Holltsmúle — | 12 | — |
| Hrygger — | 4 | — | Stóra & litla Gröf — | 16 | — |
| Lateris | 15 | 32 | Lateris | 43 | 32 |

*Nomina*

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | folid. | Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | folid. |
|---|---|---|---|---|---|
| Tranſport | 43 | 32 | Tranſport | 190 | — |
| Pávaſtader — | 10 | 64 | Efranes — | 2 | — |
| Kiartansſtader — | 12 | — | Húnsnes — | — | 32 |
| Skardſá — | 7 | 32 | Hraun — | 2 | 32 |
| Dæle — | 4 | — | Saudá — | 12 | — |
| Varmaland — | 6 | — | Túnga — | 8 | — |
| Þröm — | 7 | 32 | Heide — | 8 | 64 |
| Dúkur — | 8 | — | Vedramót — | 10 | 64 |
| Geirmundaſtader — | 12 | — | Innſtaland — | 5 | 32 |
| Haffteinsſtader — | 12 | — | Steinn — | 6 | — |
| Ytra Skördugil — | 8 | — | Foſſateigur — | 3 | 32 |
| Reykiarhóll — | 10 | — | Hólakot — | 6 | 64 |
| Fiall — | 8 | — | Reyker — | 8 | 64 |
| Ipishóll — | 7 | 32 | Daufá — | 6 | 64 |
| Skídaſtader — | 12 | — | Hamar — | 7 | 32 |
| Hafragil — | 6 | — | Keta — | 6 | 64 |
| Skevilsſtader — | 6 | 64 | Kelldudalur — | 8 | — |
| Hvammkot — | 2 | 64 | Hróaldsdalur — | 6 | 64 |
| Selá — | 2 | 64 | Káraſtader — | 8 | — |
| Brókarlaikur — | 1 | 64 | Ugludalur — | 5 | 32 |
| Málland — | 2 | 32 | Fiall — | 2 | — |
| Lateris | 190 | — | Summa | 314 | 64 |

# CAP. XII.

## *De Monaſterio Skridenſi.*

Qvam incertum eſt, qvis prædium Skridenſe in Fliótsdal, intra Toparchiam Mulenſem ſitum, primus inhabitaverit, tam certum eſt id ſemper inter melioris notæ prædia numeratum fuiſſe; antiqvitus tamen nullum ibidem templum fuit, ſed ſub ipſam Religionis Reformationem ſacellum hac occaſione fundatum & exſtructum fuiſſe fertur: Cum Curio

parœciam aliqvando viſitaret, ex mera incuria (ut videtur) utenſilia officii, calicem, patinam, cum ampulla & theca, panem & vinum continentes amiſit, qvæ inſtituta diligentiſſima inqviſitione prope prædium Skridam inventa ſunt, ita, ut calix vino impletus, & ſuper hunc patina cum pane, decentiſſime, perinde ac in ara, in tubere aut verruca qvadam terræ collocata eſſent, qvod credula & ſuperſtitioſa ætas, ſine miraculo fieri potuiſſe pernegavit, qvapropter dominus fundi, ne tanta res oblivioni daretur, confeſtim, permittente Epiſcopo, ſacellum ibidem exſtruxit, cujus ſitum ita diſpoſuit, ut ipſa ara ſuper hancce verrucam conſtituta eſſet, qva de cauſa templum Skridenſe tam longe ab aliis ædibus diſtat, nec longe poſthac monaſterium ibidem fundatum fuit, qvorum utrumqve, tam templum, qvam monaſterium, in dicti miraculi memoriam *Sacro Sangvini* dicatum fuit. Literæ donationis fundi datæ ſunt in monaſterio Skridenſi, die Lunæ poſt Pentecoſten, anno 1500. In qvibus Hallſteinus (al. Haflidus) Thorſteini, ejusqve uxor Cecelia Thorſteini, fatentur ſe omnipotenti Deo, Virgini Mariæ & Sancto illi Sangvini, prædium Skridam, cum omnibus qvæ ad id pertinent, aut pertinere debent, ea conditione dediſſe, ut ibidem ſempiternum exiſteret monaſterium; Cui præterea addicunt dimidium oræ maritimæ, qvæ vocatur Kyrkio-Sandur, in longitudinem ſeptingentos (ɔ: 840, nam majus centum, ſeu 120 hic intelligendum eſt) paſſus, ut & partem ſylvæ, in fundo Ytre Vídevöllum, item æſtivandi jura in Seliadal. De annis, tam fundationis, qvam inaugurationis, magnus inter Chronologos diſſenſus eſt. Fundationem pleriqve, ſupra allegatos Hallſteini Codicillos ſeqventes, ad annum 1500 referunt; Sed *Biörnus de Skardſaa* ad annum 1494 ſcribit: *Hoc anno fundavit Stephanus Epiſcopus monaſterium Skridenſe.* Sed noſtra ſententia eſt: Primam Hallſteini donationem, aut firmam donandi promiſſionem & monaſterii ædificationem, ut & ejusdem inaugurationem, factam eſſe anno 1493. Nam, ut Non entis nullæ ſunt affectiones, ſic monaſterio Skridenſi, qvamdiu non exſtitit & fuit Nonens, tamdiu nec illi aliqvid ab aliis legari, nec legata accipere potuit. Cum vero ſtatim poſt annum 1493 ipſi dari & legari cæptum ſit, ipſumqve ab eo tempore legata accipere cæperit, manifeſtum eſt illud tum exſtitiſſe, & conſecratum fuiſſe; neminem enim tam amentem fuiſſe puto, ut vacuis & profanis ædibus pro animæ ſalute fundos & prædia legaverit, qvo etiam ſpectant *Skardſaaënſis*

*ſaaenſis* verba ſcribentis: *Monaſterium a Stephano Epiſcopo fundatum eſſe,* 1494 ɔ: Hallſteini legatum approbatum, & monaſterium ab Epiſcopo inauguratum fuiſſe, qvod rectius ad annum 1493 referri debet, eo enim Stephanus Qvartam Orientalem viſitavit, ut aliunde patet. Donationes autem eidem ſtatim poſt annum 1493, factæ ſunt ſeqventes: α) Arnæ Snorronis, qvi moriens teſtamento reliqvit monaſterio Skridenſi villam Breidavík minorem, in tractu Reidarfiörd ſitam, ut ipſe ipſiusqve propinqvi eo faciliorem peccatorum remiſſionem & ſalutem adipiſcerentur; qvod teſtatur Sacerdos Jonas Indridi filius, feſto Jonæ Epiſcopi anno 1494. β) Teſtimonium Kodrani Jonæ filii, datum Egilſtadis, Dominica poſt Nativit. Mariæ, 1494, qvod Thorvaldus Sigurdi filius confeſſus fuerit, dediſſe ſe monaſterio Skridenſi villam Skrida in Breiddal. γ) Anno 1484 legavit Curio Grenjadarſtadenſis Ericus Enaris monaſterio Skridenſi villam qvandam, ut manu doctiſſimi & fide digni viri Domini *Arnæ Magnæi* annotatum vidi. Ex qvibus, ut putamus, abunde patet, monaſterium Skridenſe fundatum eſſe ante annum 1494, licet codicilli ſuper hac re anno 1500 tandem ſint concinnati; tales enim dilationes veteribus fuerunt peruſitatæ, ut multis probari poteſt exemplis. Templi autem Skridenſis conſecrationem ad annum 1512 omnes unanimiter referunt, ſeqventibus freti literis:

*Nos Stephanus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis, omnibus ac ſingulis probis hominibus has Noſtras literas inſpecturis ſeu audituris Dei & Noſtram ſalutem amicam! Notum facimus, qvod Nos, in omnipotentis Dei, Sanctæ Virginis Mariæ Matris Domini, & Sanctiſſimi Sacramenti corporis & ſangvinis Domini noſtri Jeſu Chriſti honorem, templum cœnobii Skridenſis in Fliotsdal ea conditione initiaverimus, ut tam fundum cum omnibus juribus ac pertinentiis, nunc & antea habitis, qvam omnia bona mobilia & immobilia, qvæ Regiſteria continent, libere poſſideat. Præterea in nomine Dei & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli & Sanctæ Matris Eccleſiæ, competenter pœnitentibus & peccata ſua confitentibus, XL dierum indulgentias concedimus, omnibus illis qvi cum ſinceritate & pietate precum aut peregrinationum nomine, ad audiendas Miſſas aut alia ſacra opera dictum templum inviſunt, itemqve illis, qvi in memorati templi commodum aut bonum aliqvid ad ſuſtentationem aut ditationem, ſtructuram, aut ad ædificationem, veſtes miſſaticas & ſacras, & cæterea ornamenta, candelas, ceram, thura, ligna vel*

*alia neceſſaria, auxiliatrices manus admoverunt. Qvædam ſupradicta vel ſimilia præſtantibus ſingulis vicibus memoratas XL dierum indulgentias addicimus, & illis, qvi mane & veſperi ad ter iteratam campanarum pulſationem* Pater noſter *&* Ave Maria *recitant: Itemqve iis, qvi pectora pulſant, dum in miſſa intonat Sacerdos:* Nobis qvoqve peccatoribus, *ut & ſeqventibus corpus Domini in translatione ad ægrotos, ſive in proceſſione, item ad concionem aſtantibus, & incedentibus per cœmiterium, qvi pro animabus Chriſtianis* Pater Noſter *aut* Ave Maria *lectitant. Item lumen aut aqvam ad miſſam perferentibus aut ſacris divinis operantibus. Diem initiationis templi qvotannis Dominica proxima ante feſtum Sancti Bartholomæi celebrari jubemus. In cujus rei verum teſtimonium Sigillum Noſtrum præſentibus appendimus. Datum Heiddalis Breiddalenſium, die Veneris, in profeſto Translationis Cuthberti.*

Nos licet contra hæc ne hiſcere qvidem audeamus, celare tamen non poſſumus noſtram eſſe ſententiam, templum vel ſacellum aliqvod Skridæ fuiſſe ante annum 1512. Nam, ſi nullum fuit, ubi, qvæſo, Monachi cecinerunt horas ſuas canonicas? ubi inferiæ tot legatis ſtipulatæ celebratæ fuerunt? Certe non in ædibus privatis, præſertim a monachis, & tam longo tempore, nec in templo non conſecrato, id enim minime licuit. Seqvitur itaqve, aut ſtatim cum monaſterio, vel etiam ante id ædificatum fuiſſe templum aut ſacellum, in qvo ſacris operandum fuit, qvod, cum cœnobium diteſcere cœpit, nimis vile aut anguſtum videbatur, aut etiam ruinam minans, dirutum fuit, aliud multo auguſtius ejus loco exſtructum fuiſſe, qvod Epiſcopus 1512, multis novis ſplendidisqve beatum privilegiis, inauguravit; aut etiam conſecrationem dudum qvidem, & ſimul cum monaſterii inauguratione factam fuiſſe, ſed codicillos ea de re anno 1512 tandem conſignatos fuiſſe; tales enim procraſtinationes veteribus non fuiſſe inuſitatas, alibi innuimus, nec hic qvandam adfert contradictionem, fatetur enim Epiſcopus ſe templum Skridenſe conſecraſſe, & Eydalis conſtitutum 1512 in Profeſto Cuthberti hoſce codicillos ſcripſiſſe; Sed de anno initiationis templi ne verbum qvidem facit; Veriſimile tamen eſt eam factam fuiſſe Dominica ante feſtum Bartholomæi, ſed qvo anno, non liqvet. Qvænam hujus monaſterii civibus Regula præſcripta fuerit, nobis non innotuit, veroſimile eſt fuiſſe Sanctæ Mariæ Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, perinde ac Helgafelli & Videjæ fuit. Tandem

etiam

etiam non omittendum putamus, qvod huic monasterio, non Abbas, sed Prior tantum præfectus fuit, tanta, tam in spiritualibus qvam secularibus pollens autoritate, ut vendendi, emendi, familiam dirigendi, & bona monasterii administrandi, prout commodum videbatur, plenam haberet potestatem, solo duntaxat honore & nomine Abbatibus minor. Cum vero hocce monasterium 50 tantum annis ante Papismi abrogationem fundatum fuerit, haud mirum est, qvod reliqva divitiis & splendore adæqvare non potuerit. Sed ejus Priores interim non fuisse otiosos rerum spectatores, seqventia docent:

1) Cœnobium Skridense anno 1497 & deinceps proprium habuisse Priorem, cui nomen *Narfus*, seqventia sat superqve probant Documenta, in qvibus plerisqve nomen ejus occurrit: *a*) Emtio dimidiæ villæ Sturluflötr, 1497. *b*) Emancipatio villarum Lækiardal & Flautafell, 1498. *c*) Emtio villarum Brimnes, Austdal, Kross & Nes; ut & venditio prædiorum Aarskogur, Pálmholt & Skálldalæk, facta 1498. *d*) Emtio villæ Rafnkelsstader, eodem anno. *e*) Testimonium duorum Sacerdotum, qvod Biörnus Godvini legaverit monasterio Skridensi villam Sellátur in Reidarfiordo, datum Skalholti 1500. *f*) Eodem anno Thorvardus Biarni filius Sanctæ Mariæ, & Sancto Sangvini, qvi Skridæ est, prædium Hriot & dimidium Hamargard pro sua & uxoris suæ æterna salute legavit. *g*) Eodem anno dedit Kodranus Jonæ Skridensi monasterio partem prædii Anastader, dicens fratrem suum Svenum Sacerdotem tantundem ejus prædii eidem monasterio antea dedisse. *h*) Eodem anno publice & in habilium testium præsentia confessus est Thorvardus Biarni, se & uxorem suam, anteqvam illa obiit, dedisse duo prædia (qvorum nomina non vidi) monasterio Skridensi. *i*) Anno 1504 dedit Arnas Snorronis monasterio Skridensi villam, cui nomen Skrida, in parœcia Reidarfiörd sitam. *k*) Exstant duo Documenta, qvæ Narfo Priori duo prædia addicunt, si filios venditorum, literas, id est, ut ibidem exponitur, legere, scribere, cantum & calendarium, ita doceat, ut officio Sacerdotali maturi fiant. *l*) Anno 1505, die Saturni, ante festum Martini, Hlidarendi in Fliotshlid, villarum qvandam mutationem fecit cum Vigfuso Erlendi filio, & prope festum Apostolorum Petri & Pauli, anno 1507, Hialmstadis in Laugardalo unacum aliis sententiam tulit de testamento Solveigæ Biörnis filiæ, qvod postremum est ejus actorum, qvæ nobis videre contigit; Posthac enim non diu vixit.

 Hicce

Hicce Prior videtur ad rem fuiffe valde attentus, qvod tot fundos brevi tempore coëmere & corradere valuit; Sed hoc eo facilius fieri potuit, qvo pauciores fuftentavit monachos, qvi anno 1498 unus tantum fuit, nomine Jonas, qvi fine dubio eft Jonas ille, vocatus Priors-Bróder, ex diœcefi Holana, ob inceftum, adulteria, aliaqve enormia facta, inter qvæ etiam bigamia nominatur, fugitivus, de qvo, & qvod a Stephano Epifcopo Skalholtenfi receptus fuerit, cui Præbendam Skeggiaftad dederit, graviter conqveritur Gotfkalkus Epifcopus Holanus coram conciliabulo, qvod Holis congregatum fuit 1505. Qvi, an idem fit ac ille Frater Jonas Jonæ, Monachus Skridenfis, qvi fub Stephano Epifcopo in fecundo affinitatis gradu denuo fornicatus eft, qviqve rufticis ut fepulcretum Skridenfe exftruere abnuerent, fylvas monafterii cæderent, & glebas cefpitesqve in fundo monafterii fine venia eruerent, perfvafit; Cujus etiam difcipuli Jonas & Gudruna furtum fecerunt, non liqvet, licet id valde fit verofimile: Sed qvicqvid fit, egregie fane animæ fuæ profpexerunt, qvi talium merita & precatiunculas ingenti pretio emerunt, ut propter eas melius haberent. Egregie etiam Epifcopi officio invigilarunt, qvi pecunia & prædiis deliniti, tales monafteriis præfecerunt, iisqve animarum curam & juventutis educationem ac informationem commiferunt. Ogmundi Epifcopi apocham, Jonæ huic & ejus difcipulis datam, in qva eorum delicta plus jufto elevare niti videtur, temperare mihi non poffum, qvin hic inferam, id tantum monens, qvod pro anno 1584, legendum effe puto 1524; nam prius manifefte erroneum eft, Ogmundus enim anno 1584 dudum mortuus fuit.

*Nos Frater Ogmundus, Dei gratia Epifcopus Skalholtenfis, fingulis probis hominibus notum facimus, qvod, qvia recognovimus, Fratrem Jonam Jonæ in cœnobio Skridenfi tam ftatui ecclefiaftico qvam extra eundem qvadam tenus utilem effe, qva in re laude noftra non indignus cenfetur, & ipfe, fui delicti culpam olim condonatam fuiffe, coram Nobis teftatus eft, prædictum Fratrem Jonam, per Nos, Noftrosqve fucceffores, Epifcopos Skalholtenfes, ab ea prima prolificatione in qva cum Oddnya Hallvardi filia in fecundo gradu affinitatis deprehenfus eft, qvittum & liberum declaramus. Pari modo ejus difcipulos Jonam & Gudrunam, a puerili illa, qvam rebus facris & profanis manus injiciendo admiferunt, exorbitantia, qvittos volumus. Præterea omnes viri probi, qvi cœmeterii, templi & cœnobii ufui operam fuam denegarunt,* *ejusqve*

*ejusqve consilio in fundo cœnobii cespites glebasve eruerunt, & sylvas ejusdem ceciderunt, ab isto crimine qvitti & liberi maneant. Contra, Frater Jonas promisit se Sanctam Ecclesiam & cœnobium, in administranda ibidem schola, fore adjuturum, qvapropter sæpe memoratum Fratrem Jonam templi & cœnobii Skridensis Sacristanum constituimus, qvi absente a templo domove Priore, omnibus sacris festivis præcinat & præsideat. In cujus rei verum testimonium, sigillum nostrum huic qvittantiæ duximus apponendum. Datum Skalholti, Sabbato post festum Michaëlis Archangeli, anno Domini millesimo qvingentesimo octuagesimo qvarto.*

2) *Thorvardus*, factus est Prior Skridensis anno 1506, ut ex permutatione prædiorum cum Thorvardo Biarni filio liqvet, (inqvit celeberr. *A. Magnæus*). Anno 1513 prædium Brecka in Fliotsdal monasterio acqvisivit. Anno 1520 partem prædii Borgarhöfn monasterio subjecit; Et 1522 reliqvum ejusdem prædii nactus est. Ad hunc Priorem ex Norvegia literas dedit Ogmundus Episcopus anno 1521. Anno 1525 Dominica post festum Michaëlis villam Seliamýre nactus est. Annus mortis incertus est; Non improbabile qvod usqve ad annum 1529 vitam produxerit.

3) Circa annum 1530 videtur *Jonas Marci* factus esse Prior cœnobii Skridensis; eodem enim anno, Dominica Lætare, contulit Ogmundus Episcopus præbendam Vallanes in Sigmundum Ejolfi filium, qvam jam vacare dicit per resignationem Domini Johannis Marci, ultimi sui rectoris. Sed anno 1533, in Foro Generali, post Abbates Halldorum Helgafellensem, Alexium Videyensem & Sigvardum Thyckvabajensem, judex sedebat Jonas Marci, Prior Skridensis, ad dirimendam causam Sigurdi Olai filii. Obiisse videtur anno 1534.

4) Ultimus Prior cœnobii Skridensis fuit *Brandus Rafni*, vir nobili genere natus, qvi prius fuerat Curio Hofensis in tractu Voknafiord, annis 46. Qvando Regulæ monasticæ nomen dederit & Prioris honore mactatus fuerit, non liqvet. Exstat apographum epistolæ Ogmundi Episcopi, sub anno 1524 Sigvardo Abbati Thyckvabajensi scriptæ, qva ei injungit, ut Brandum sacris monasticis initiet, Prioremqve proclamet, qvod haudqvaqvam consistere potest, tunc enim, non tantum Thorvardus in vivis fuit, cui Jonas Marci successit, sed tum temporis etiam Kolgrimus, non vero Sigurdus monasterio Thyckvabajensi præfuit; Legendum est itaqve

fine

ſine dubio, 1534, qvod optime convenit cum obitu Jonæ Marci, & relatione *Biörni de Skardſaa*, ſcribentis, Brandum Priorem factum eſſe anno 1535. Huic Brando Rex Glorioſiſſimus Chriſtianus III anno 1542 mandavit, ut ſcholam Skridæ aperiret, in qva juventuti legere, ſcribere & fundamenta veræ religionis inculcarentur, qvod ullum habuiſſe effectum valde dubito. Qvid in hoc officio memorabile geſſerit Brandus, noſtram effugit notitiam; Ad decrepitam perveniſſe ætatem videtur; nam poſito, qvod vicenarius tantum ſacerdotio initiatus fuerit, in qvo annos exegit 46, qvibus accedunt 17 anni ab anno 1535, ad 1552, qvibus Prioris officium geſſit, oportet eum 1552 ad minimum egiſſe annum 83. Filios habuit 1) Raſnum Nomophylacem Jonæ Epiſcopi Areſonii generum, qvi in duello cum famulo ſuo lethale vulnus accepit. 2) Arnam, & 3) Sniolfum. Tempore Giſſuri Epiſcopi, ſeu circa annum 1544, fuerunt in monaſterio Skridenſi: Frater Brandus Prior, Frater Olaus, Frater Magnus, Frater Thorſteinn.

Hæc autem prædia poſſediſſe monaſterium Skridenſe, ſcribit vir Celeberrimus Mag. *Brynjolfus Svenonius*, in prima ſua Qvartæ orientalis Viſitatione, facta 1641: *Beſſaſtader*, *Haudurberg*, *Beſſaſtadagerde*, *Brecka*, *Breckugerde*, *Hrafnkelſtader*, *Videveller fremre*, *Videvallagerde*, *Sturluflötur*, *Fagredalur*, *Torfaſtader*, *Hvanmá*, *Skeggiaſtader*, *Eyrekſtader*, *Nes* in Lodmundafirde, *Seliamýre*, *Stackahlid*, *Alſſtader*, *Arnaſtader*, *Kollaleyra*, *Eyre*, *Berunes*, dimidium *Vattarnes*, *Brejdavík* minne, *Sellátur*, *Kiapt-Eyre*, *Auſtdalur*, *Vad*, *Litla Sandfell*, *Haugur*. Summa 31.

Hodie dividitur in *Skridu-Klauſtur* & *Auſtfiardar-Jarder*. Numerat qvotannis hujus monaſterii conductor ærario Regio, mercedis loco 59 Imperiales 32 ſolidos. Cujus prædia, tantiqve elocata fuerunt anno 1639.

1) *Skridu-Klauſtur.*

| *Nomina prædiorum.* | Merces. Imper. | ſolid. |
|---|---|---|
| Brecka — | 14 | — |
| Beſſaſtader — | 13 | 32 |
| Sturluflötur — | 3 | 32 |
| Lateris | 30 | 64 |
| Tranſport | 30 | 64 |
| Vídeveller fremre — | 8 | 64 |
| Vídeveller — | 10 | 64 |
| Lateris | 50 | — |

*Nomina*

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 50 | — |
| Hrafnkelſtader — | 5 | 64 |
| Torfaſtader — | 8 | — |
| Klauſturſel — | 2 | — |
| Litla Sandfell — | 4 | — |
| Haugar — | 2 | — |
| Vad — | 5 | — |
| Anaſtader — | 3 | 32 |
| Hriótur — | 3 | 32 |
| Nes — | 7 | 32 |
| Stackahlíd — | 5 | 32 |
| Lateris | 96 | — |

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 96 | — |
| Ulfſtader — | 5 | 32 |
| Arnaſtader — | 3 | 32 |
| Litla Breidavík — | 3 | 32 |
| Sellátrar — | 6 | — |
| Kollaleyra — | 5 | 32 |
| Eyre — | 3 | 32 |
| Kiapteyre — | 4 | 64 |
| Vattarnes — | 5 | 32 |
| Berunes — | 4 | 64 |
| Glettinganes — | 1 | 32 |
| Summa | 138 | 64 |

Præterea poſſidebat monaſterium multa bona mobilia, qvæ anno 1687 250 Joachimicorum æſtimata fuere.

2) *Auſtfiarda-Jarder*, alio nomine *Stiftis-Jarder*.

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Hvammá — | 5 | 32 |
| Eyrekſtader — | 4 | 64 |
| Skeggiaſtader — | 5 | 64 |
| Kolmúle *in* Fáſkrúdsfirde — | 4 | 64 |
| Kroſs *in* Mióafirde — | 6 | 64 |
| Seliamýre *in* Lodmundarfirde — | 4 | — |
| Lateris | 31 | — |

| Nomina prædiorum. | Merces. Imper. | Merces. ſolid. |
|---|---|---|
| Tranſport | 31 | — |
| Fagredalur *in* Jökulsdal | 3 | 32 |
| Auſtdalur — | 6 | 64 |
| Brimnes — | 6 | 64 |
| Kallſkáler — | 6 | — |
| Kroſſanes *in* Reidarfirde — | 3 | 32 |
| Anaſtader *in* Breiddal | 3 | 64 |
| Summa | 60 | 64 |

# COROLLARIA.

1) Qvod de monasterio Sancti Thomæ in Engravilandia a Monachis Prædicatorum Ordinis ex Islandia illuc transvectis inhabitato, *Pontanus* in *Descript. Dan.* pag. 7;8 ex duorum Fratrum *Zenonum* nobilium Venetorum scriptis refert, qvam transportationem Perillustr. *Pontoppidanus* refert ad annum 1225, nos pro puro puto figmento accipimus: Nam monachi Prædicatorum Ordinis, seu Dominicani, nunqvam in Islandia exstiterunt; Et licet non negemus unum aut alterum in Grönlandia fuisse monasterium, eaqve pro regionis paupertate & frigore vilia & arctæ conditionis, nec, qvod nunc unus, nunc alter, (sed perraro) ex Islandia illuc transierit monachus, tamen, qvod tale ibi exstiterit monasterium, cujus situm, structuram & omnigenas amænitates, ut campos Elysios *Zenonum* relatio describit, & qvod idem ab Islandis monachis freqventatum fuerit, nunqvam firmioribus argumentis probari posse credimus, qvam qvod idem Autor refert de septem Islandorum insulis, qvarum nomina: Talas, Broas, Iscant, Trans, Mimant, Bramberca & Bressa, in qva *Antonius Zeno* dicit se hyemasse & propugnaculum exstruxisse; tales enim insulæ nunqvam exstiterunt; Merito itaqve hæc omnia, ut & plurima alia qvæ fabulosum scriptum continet, pro mera chimæra habenda sunt, (qvod pace summorum virorum, qvi id pro vero habuerunt, dictum esse volo). Conf. *Torfæi Hist. Norveg.* pag. 3. ut & *Arngrimi Jonæ Crymog.* lib. 3. *Pontoppidani &c.* Arngrimi autem, viri doctissimi & subacti judicii credulitatem non satis mirari possum, qvi hanc *Engravilandiam* Islandiam esse putat, cum nullum sit dubium, scriptores medii ævi vocasse Grönlandiam *Engravilandiam* vel *Grevilandiam*, eamqve tantum a Norvegia distare putabat Joh. XXI, Pontifex Romanus, ut infra qvinqvennium illuc ire & redire nullus possit. Conf. ejus ad Archiepiscopum Nidarosiensem literas, datas Viterbiæ 2 Non. Decembr. 1276.

2) Præter nominatos & certis cœnobiis designatos Abbates, scimus alios exstitisse, sed cuinam præfuerint monasterio, dicere non possumus, cum nuda tantum nomina, addita ordinationis aut mortis mentione, ab Annalium conditoribus, sine certi cujusdam loci assignatione, subinde notentur, iisdem autem lacunas, qvæ in dato Catalogo aut manifestæ sunt

aut

aut latere possunt, implendas esse, probabilitas postulare videtur; qvare, ne eorum memoria penitus intercidat, hic recensere non gravabimur:

*a*) *Erlendum* Abbatem dicit Innocentius Pontifex sibi malos Islandorum mores detulisse; ut patet ex ejusdem ad Episcopos Islandiæ literis, datis anno 1198. Vid. *Pontoppidani Annal. Ecclesiast.* Tom. 1. Islandum huncce Erlendum fuisse, verosimile est, sed ubinam sedem habuerit, omnino incertum.

*b*) *Havardo*, qvem *Annales Flateyenses* perhibent consecratum fuisse anno 1217. nusqvam vacuum reperimus locum, nisi forte hic sit mendum, & legi debeat: *inauguratus fuit Havardus Episcopus Bergensis*, qvod hoc anno factum esse constat.

*c*) *Askelus*, qvi 1244 mortuus esse dicitur, potest esse, (si primarum nominis literarum mutatio admittatur) Hallkelus, qvi Helgafelli 1244 mortuus est. Conf. supra pag. 32.

*d*) *Thorsteinum*, *Lamkarum*, & *Runolfum*, nulli certo cœnobio præfuisse diserte testatur *Recensus Abbatum Islandiæ* supra laudatus. Conf. supra pag. 27. Et tales plures, titulotenus Abbates, recenseri possunt.

3) Memorantur etiam Priores qvidam, sine certa sede vagantes, qvorum celeberrimi fuerunt:

*a*) *Brandus* Prior, cujus mentionem facit *Landnámabók* part. 2. cap. 15. dicens eum plurimas Breidfiördensium Genealogias conscripsisse, unde eum *Torfæus* inter doctissimos Islandorum refert. De hujus ætate nihil certi adferre possumus, conjicere tamen licet, vixisse eum seculo 12. Ubi locorum Prior fuerit, non liqvet, nusqvam enim vacationem invenit, nisi forte in monasterio Thyckvabajensi, post Thorlacum Thorhalli filium, aut in Saurbajensi ante Thorkelum Skumi filium.

*b*) *Arnori* Prioris, filii *Ejolfi*, mortem ad annum 1203 referunt *Annales Flateyenses* & *Regii*, qvi ubinam officium gesserit, & qvonam referendus sit, plane ignoramus, nisi statuamus tales nomen tantum, æqve ac Abbates mox nominatos, habuisse, sed nulli certo monasterio præfuisse. Qvod etiam qvi de *Styrmere* Polyhistore, (qvi etiam Prioris titulo insignitur, & de qvo plura *Hist. Eccl. Island.* Tom. 1. pag. 213. adtulimus) asseruerit, a vero non longe aberrabit.

4) Monachorum Islandiæ, qvi ingenii monumenta reliqverunt, notissimi sunt:

a) *Nicolaus* Abbas Munkathveraaënsis, vid. supra pag. 41.

b) *Thorlacus*, Abbas primum Thyckvabajensis, & deinde Episcopus Skalholtensis, cujus exstat *liber pœnitentialis*, qvem tamen nos, non ab ipso, sed a qvodam ejus discipulo consignatum fuisse autumamus.

c) *Carolus* Abbas Thingeyrensis, *Vitæ Sverris Regis* auctor, & sine dubio plurium historiarum.

d) *Brandus*, primo Abbas Thyckvabajensis, sed postmodum Episcopus Holensis, multorum doctorum informator; sed autor libri *Stiórn* & *Vitæ Alexandri Magni*, & forte plurium librorum.

e) *Bergus Socki* filius, monachus primo Thingeyrensis & postea Abbas Munkathveraaënsis, multorum librorum, & inter hos *Nicolai Archiepiscopi Vitæ*, autor.

f) & g) *Oddus* & *Gunnlaugus*, dignissima Thingeyrensis monasterii membra, multa consignarunt.

h) Præter qvos permulti monasteriorum alumni exstiterunt, probe literati & literarum amantes, qvales fuerunt: *Ogmundus* & *Hallus* Abbates Helgafellenses; *Asgrimus* & *Gudmundus* Thingeyrenses; *Thorerus* & *Arnas* (Poëta ingeniosus, in *Edda* Codicis Wormiani laudatus, & Boni Gudmundi encomiastes) Munkathveraaënses; *Runolfus* Videyensis; *Runolfus* & *Thorlacus* Thyckvabajenses, (qvorum prior *Vitam S. Augustini* scripsit) qvos, aut eorum inspectioni subjectos monachos, aliqvos reliqvisse ingenii fœtus, valde est probabile, licet nos eorundem rationem reddere non possimus.



ADDENDA



ADDENDA ET EMENDANDA IN

# HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIAE.

## Tom. I.

Pag. 1. §. 1. lege: ſub gradu latitudinis 64 — 6.

Pag. 6. §. 2. Islandicæ *nationis genius* & proprius mentis character optime qvidem ex ipſa Hiſtoria & rerum eventu cognoſci poteſt, ſed cum hæc noſtra Hiſtoria, præcipuos tantum rerum eventus referat, ſed minutiores caſus & cauſas ſæpe non tangat, qvæ haud raro maximum ad ipſum faciunt eventum, qvi qvandoqve non ex communi nationis voluntate, ſed paucorum potentiorum commodo & cogitandi ratione reſultat, non abs re eſſe putamus, ut verum & genuinum nationis noſtræ characterem & cogitandi modum, prout ſe hoc ſeculo exſeruit, Lectori ſiſtamus. Islandi itaqve, ut fuerunt pleriqve (loquimur hic de præcipuis familiarum capitibus) ex Regibus (a), Comitibus (b), Baronibus (c), Magnatibus (d), piratis, & tali hominum genere prognati, qvod avitæ



(a) Regum Daniæ; *Landnama bók*, Edit. Island. pag. 89. 102. 105. 149.
Regum Norvegiæ; ibidem pag. 80. 140.
Regulorum Norvegiæ; ibid. 58. 94. 136.
Regum Hiberniæ; loc. cit. pag. 44. 51. 102. 106. 154. 161. 173.

(b) Comitum (*Jarlsætt*); ibidem pag. 89. 104. 151. 163. 56. 69. 71. 129. 146. 152. 153.

(c) Barones (*Herſar*) eorumque progenies toties in Islandorum genealogiis nominatur, ut tædeat enumerare.

(d) Magnates & piratæ plerumque idem fuerunt, cum omnes Magnates piraticam exercerent, & hoc modo opes & honores acqvirerent, horum faſtus ex eo cognoſci poteſt, qvod

libertati & qvicqvid audendi licentiæ, nil vero invite pati adſvetum, monarchicum & abſolutum, qvod inſtituit Haraldus Pulchricomus, dominium ferre, ſummum ducens dedecus, in Islandiam tranſiit, ubi, ſi non parem, certe qvodam modo analogam vitæ rationem poſſe inſtitui putavit, qvam opinionem ita ad poſteros propagarunt, ut illi eum cum lacte materno ad decimam usque generationem imbiberent; Fuerunt itaque ſuperbi, arrogantes, periculorum contemtores, laborum tolerantiſſimi, avari, dominationis & ultionis cupidi, ſed omnis injuriæ & contradictionis impatientes, ita ut qvi minimam injuriam inultam transmiſit, degener & homo nihili haberetur, has virtutes, ut vocabant, ut ſuſtentarent, crebro corporis exercitio, omnifario ſcilicet armiludio, ſaltatui, natatui, curſui, aliisqve laboribus ſe aſſvefecerunt. Ex eodem ambitionis fonte fluxit magnificentiæ & artium, ſcientiarumque ſtudium qvalecunqve, id enim, tantummodo ut aliis præſtarent, exercuerunt; Sapientiores autem & ſedatioris ingenii homines, has virtutes modeſtius exercebant, licet omnes ad eas inclinarent. Contra autem omne humile, abjectum & ſervile illis magnopere ſordebat. Aperti enim plerumqve, ſine fraude & fuco (niſi cum hoſtibus res eſſet, aut ſumma urgeret neceſſitas) nihilo minus cum res poſcerent profundi conſilii & providentiæ, largi, hoſpitales egenis & indigentibus, auxilio promti, amicis fidi, promiſſorum impletores & acceptorum beneficiorum non modo memores, ſed largi refuſores, religioſi & ſuorum amantes, ut natura erant laborioſi, ita & ingenioſi, ac qvarumcumque artium & ſcientiarum capaces. Talis, ut puto, majorum noſtrorum nativus character, ex faſtu & libertatis amore promanans, plerasqve eorum actiones moderabatur, usqvedum Chriſtiana imbuerentur religione, qvæ pedetentim qvorundam animis & genio aliqvam intulit mutationem.

Pag. 13. not. c. lege: non magis vere qvam honeſte effutiit.

Pag. 26. not. lege: remotiores fuerunt auſtrinis, ideoqve rudiores;

Pag. 27. not. a pro *Heidarvígaſaga*, lege: *Viga-Styrsſaga*.

Pag. 39. §. 10. Num. 4. (a).

Pag.

qvod qvidam Regi Haraldo, Norvegiam ſubjuganti, tributum ſolvere deteſtabant, ſed dona & cimelia, majoris pretii qvam tributum quod poſcebatur, non detrectabant. Vid. *Landnamabók* pag. 185. *Egils Saga* & alia; Illi tantum omnem ſubjectionis ſpeciem faſtidiebant, quam ſervitutem appellabant.

(a) De Kolſkeggo refert *Niálsſaga* Conſtantinopoli factum eſſe Præfectum Barangorum, qvod qvibusdam fidem ſuperare videtur, virum ſcilicet Iſlandum, indoctum & impolitum, etſi

Pag. 40. not. a. Hæc de religione Gislai Surffonii fide Editionis Holenfis de anno 1756 & exemplaris MS. qvod nobis eft, fcripfimus. Sed exemplar MS. Bibliothecæ Regiæ, cujus apographum collectio Arnæ-Magnæana

---

etfi robuftus effet, & pugil exercitatus, ad tantam dignitatem in aula Cæfarea perveniffe, fiqvidem Barangi idem fuerint ac Barones, ut qvidam volunt. Secundum *Cantacufenum* Libro I. cap. I. *De officiis Græc.* funt Officiales, qvi claves portarum civitatis, ubi Imperator morabatur, cuftodiebant. *Curopalates* dicit vocabulum hoc Anglicum effe, & cuftodes hofce Anglos fuiffe & fecurim portaffe. *Anna Comnena* eos ex Thule accerfitos fuiffe fcribit; Præfectum eorum Acolythum vocatum fuiffe apud *Dominicum Macrum* legitur, qvæ, ut puto, facile conciliari poffunt, nam unus qvisqve horum Barangos defcribit, prout eorum ætate fuerunt; *Vita Sancti Olai* Cap. 219. *Væringia*, feu Barangos, expreffe diftingvit a Græcis, Francis & Flandris, dicit enim in expeditione qvadam contra gentiles ab Imperatore Conftantinopolitano inftituta, illum primo gentilibus (ɔ: Muhamedanis) oppofuiffe Græcorum aciem, illaqve turpiter fugiente, aliam inftituiffe ex Francis & Flandris, qvi pari modo cæfi & fugati, Imperatori illos ob ignaviam incufanti, refponderunt: " Bádu þann taka til Væringia vínbelgia " finna, Keifaren fvarar ad hann villde ei fpilla fo gerfemum fínum ad leida fá menn, " þó hraufter feu, móte fo miklum her. þá fvarar mále hanns Þórer Helfíngur, er þá " var fyrer Væringium: þó þar være fyrer elldr brennande, þá mundum vier í hlaupa, " ef ver viffum þier hefdud þá frid epter. þá fvarar Keifarenn: heited þier á Olaf kóng " ydvarn til fulltínges. &c. " *Id eft: Emitteret Væringos uteros fuos vini (quos in deliciis haberet): Refpondit autem ille, nolle fe cimelia fua ita projicere, ut manipulum hominum (licet fortes effent) tantæ multitudini objiceret, cui refpondit Thorerus Helfingus tum temporis Væringorum Præfectus: Etfi ignis ardens ante nos effet, incurreremus, fi eo modo pacem Vobis procurare poffemus. Cui Imperator: Invocate Olaum Regem veftrum.* Hæc facta effe videntur vergente Seculo II. Habemus autem hic Francos & Flandros, id eft Gallos, Batavos, forte & Germanos & Anglos a Væringis diftinctos, illos autem, feu Væringos, unum tantummodo manipulum, vino & potui deditos, eorumqve Tribunum Thorerem Helfingum, natione Svecum, virum audacem, Imperatori Græco militantes, & Olaum Regem fingulariter colentes: Unde patet hoc tempore & prioribus feculis non omnes Europæos Conftantinopoli manentes & Cæfari militantes dictos fuiffe Væringos, fed Norvegos tantum, Svecos & Iflandos, & plures forte aqvilonares, qvorum Tribunus facile effe potuit qvi fortiffimus & ad pericula obeunda paratiffimus fuit. Itaqve, ut haut negavero vocem Barangos & Francos qvandoqve idem effe, & omnes Europæos fignificare, ita voculam *Væringiar* (cum Doctiff. *Torfæo*) ab Iflandica voce *Vær* ɔ: Nos, derivatam effe, non dubito, & tantum notare Norvegos, Iflandos, Svecos & Danos, qvi unius lingvæ fuerunt, eandemque Conftantinopoli colloqventes ufurpabant ac femet ipfos vocarunt Væringia, ɔ: *Nos*, *Noftrates*, unius lingvæ confortes, talisqve manipuli aut cohortis Tribunum facile agere potuit Kolfkeggus, aliiqve Iflandi, qvi confilio, animi fortitudine, artuum robore, manuumqve promptitudine aliis præftabant, fed qvod univerfæ Barangorum phalangi non fuerint præfecti, libenter concedimus.

Magnæana ſervat, expreſſe dicit Gislaum in Dania catechumenum factum fuiſſe: "I þenna tíma var kriſtne komin í Danmörk, oc letu þeir Gíſle " felagar primſignaſt, þvíat þat var í þann tíma mikell ſidvane þeirra manna " er í kaupferdum vóru, oc voru þeir þá í öllu ſamneyte med kriſtnum " mönnum." Conf. eadem hiſtoria Edit. Holenſ. pag. 139.

Pag. 47. lin. ult. qvodqve id primum anno 999. factum ſit, qvorum.

Pag. 49. Ad finem capitis inſeratur hæc §.

Thorvardum imitatus eſt, eadem hac (ut videtur) fame graſſante, Arnorus Kellingarnef (a), qvi cum ex conventu, qvi a curialibus de publica hac neceſſitate deliberandi gratia inſtitutus fuit, concluſumqve eſſet, ut omnes ægroti, veteli utriusqve ſexus, egeni & ad operandum inutiles, occiderentur, ne eorum ſuſtentatione, vigentes valentesqve, in mortis periculum adducerentur, domum rediiſſet, a matre ſevere reprehenſus eſt, qvod in tantum ſcelus conſenſiſſet, cui totis viribus ſe opponere debuiſſet; Cujus increpatione convictus, alium mox indixit conventum, in qvo fixam nuper legem plane refixit, crudelem comminans mortem qvibusvis eandem exſeqvi audentibus, miſerrimorum autem, qvi omni propinqvorum ope deſtituti eſſent, usqvedum res in melius mutaretur, curam in ſe ſuſcepturum, qvos ut in domum ſuam mox conferre curarent, mandavit, addito ardentiſſimo voto, ſi ſolis creator, qvem omnium optimum & potentiſſimum eſſe duxit, efficeret, ut gravis hæc & urens annona brevi levaretur, ſe in eum poſthac, ſuosqve, crediturum, ejusqve cultui ad dies vitæ adhæſurum; qvo facto eveniſſe fertur, ut ſubſeqvente nocte tempeſtatum violentia deſervere, aër miteſcere, & annona de die in diem uberior fieri cæperit. Arnorum vero inter primos & promtiſſimos, cum ſuis curialibus, qvi anno 1000. Chriſto nomen dederunt, autor noſter numerat; Huic conventui interfuiſſe dicitur Thorvardus Bödvari, factumqve ac votum magnopere laudans, cujus forte ſvaſor aut promotor exſtiterat.

Pag.

(a) Hanc hiſtoriam refert Autor *Vitæ Tryggvini*, ſed inverſo ordine, qvi (ut videtur) talis fuit: Indixerat Arnor, ut princeps & Curio Skagfiordenſis, conventum, in qvo cædes vetulorum concluſa fuit, qvam ſententiam Svadus ſtatim exſeqvi voluit; qvod immane facinus, qvamvis non minus crudelis & malignus qvam temerarius eſſet, haudqvaqvam committere auſus fuiſſet, niſi legis aut conſtitutionis cujusdam publicæ auctoritate præmunitus eſſe ſibi ipſe viſus fuiſſet. Thorvardus autem egenos illos liberavit, cujus exemplo Arnorus, & matris adhortationibus evigilans, priorem legem refixit, & poſteriorem promulgavit, in qvo Thorvardo, ſine dubio, ſvaſore uſus eſt.

Pag. 51. lin. penult: infra qvintum gradum actionem instituere.

Pag. 51. not. a. Non minorem difficultatem *Vita Tryggvini* parit, Part. 2. pag. 62. dicens: Stefnerum Thorgilsi in portum Gusuaënsem appulisse anno 996. "nokkru fyrer alþíng" ɔ: *aliqvantulo ante comitia tempore*, sed *Laxdælasaga* dicit Kiartanum Olai & ejus socios ex eodem portu solvisse inter aut post comitia, inscios mutationis priore anno in Norvegia factæ, qvam demum sciverint Agdanesum in Norvegia appellentes; qvod nullo modo consistere potest. Hicqve sine dubio mendum in *Tryggvini Vitam* irrepsit, legendum enim "epter alþíng" (*post comitia*) qvod ipse contextus, & acta Stefneri svadent: Nam si ante comitia appulisset, certe ad ea se contulisset, ibiqve ut fidus Legatus cum proceribus congregatis, de commissis sibi negotiis egisset, & in tanta hominum freqventia novam doctrinam prædicasset; Sed post Comitia accedens, & ab ea opportunitate exclusus, in austrum & occasum proficisci, & novum dogma inter vulgus disseminare cœpit, qvapropter in proxime seqventibus Comitiis exilio mulctatus fuit.

Pag. 52. §. 4. discederet, lege: discesserat. Qvam, similesqve temporum permutationes, qvæ scribarum licentia aut incuria irrepserunt, cordatus Lector ne autori imputet, amice rogatur.

Pag. 59. not. b. Hos omnes dicit *Vita Trygg.* Part. 2. pag. 90. inscios mutationis, tam regiminis qvam religionis, qvæ facta erat in Norvegia 995, illuc venisse; Sed pag. 121. dicit Ogmundum Ditt Nidarosiam venisse, cum Tryggonius nuper thronum ascenderat, qvod factum est anno 995 ineunte hyeme, cum fluvius Gaul frigore constaret, Ogmundumqve statim Hallvardum Hals occidisse, & extemplo se in Islandiam contulisse. Qvod si verum est, mutatio regiminis in Norvegia nota fuit, anteqvam reliqvi illinc solverent anno 996. Ad qvod respondemus: Ogmundum Thrundiam intrasse, seu Nidarosiam venisse, tanto post Olai Regis evectionem tempore, ut Hallvardus sat spatium habuerit se in intimam Regis gratiam insinuandi; scil. 5. aut 6 septimanas, occisus itaqve est Hallvardus, & Ogmundus ex Nidarosia aufugit, circa initium Decembris, sed Ogmundus tunc non directe in Islandiam tetendit, altissima bruma tum temporis nemo se ob ruditatem rei nauticæ, & defectum cognitionis magneticæ virtutis tanto se oceano concredere ausus est. Discessit autem statim ex Nidarosia Ogmundus, iram Regis & promeritam cædis pœnam metuens, in aliqvas longe dissitas insulas aut provincias Norvegiæ; forte in Vorsensem, in qva

nobiles habuit affines & cognatos, apud qvos in proximam æſtatem delituit, qva adulta, ſeu circa aut poſt Comitia, in Ejaſiordum appulit, eodem fere tempore ac reliqvi ex aliis Islandiæ portubus ſolverunt, unde illis nihil de iis conſtare potuit, qvæ retulit Ogmundus.

Pag. 63. not a. *ODDUS* Monachus, in *Vita Tryggvini* Upſal. 1691 edita, dimidiam marcam argenti Thorgeiro datam fuiſſe aſſerit, ubi marcam pro centenario per mendum librarii irrepſiſſe veriſimile facit annuum ſalarium Nomophylaci competens, qvod dimidium argenti centenarium adæqvavit. Hallus igitur officium Nomophylacis ſibi a Chriſtianis demandatum, unacum ejusdem anni ſalario, in Thorgeirem transtuliſſe cenſeri poteſt.

Pag. 64. not. pro 40. ortug, lege: 60 ortug & 20 oras.

Pag. 69. not. "Eitthvört ſinn reid Aſmundr" lege: "Eitthvört ſinn reid Asbiörn" — "Asbiarnar bródur ſíns" lege: "Asbiarnar bónda ſíns" — *Asmundus comitia*. lege: *Asbiörnus Comitia* — *fratris Asmundi* lege: *mariti Asbiörni*. Hæc & plura menda in hoc Tomo obvia, in ejusdem Editione ſecunda elevata ſunt.

Pag. 73. not. b. Cum calculo hic inſtituto conveniunt *Annales Regii* (apud *LANGEBEKIUM Script. Rer. Dan.* Tom. 3. pag. 36 ſqq) *Flateyenſes* & *Holenſes* utriqve. Reliqvorum pleriqve adventum Olai in Norvegiam anno 1015 adſcribunt. Annales Flateyenſes dicunt Sanctum Olaum occubuiſſe 4 Cal. Auguſti, die Mercurii, qvod cum anno 1030 apprime convenit.

Pag. 82. not. b. Statim anno 1010; lege: Statim anno 1000.

Pag. 84. not. a. infenſiſſimos evaleſceret. Lege: infenſiſſimos coaleſceret.

Pag. 94. not. a. *indomitis Islandiæ moribus fluctuaret*; Lege: *indomitis Iſlandia moribus fluctuaret* — liberatum iri. Lege: liberatum iri confidimus.

Pag. 95. not c. qvi nepos fuit Ulfi. Lege: qvi pronepos fuit Ulfi.

Pag. 102. addatur hæc nota ad §. 1. (a).

Pag.

(a) Officium Nomophylacis hic aliqvatenus deſcripſimus, uberius id facit Doctiſſ. *ARNGRIMUS Crymog.* Lib. 2. Sed uberrime *ARNESENS Islandſke Rettergang* cap. 13. pag. 486. ſeq. Cujus celeberrimus Autor ita eam exhauſit materiam, ut qvid addi poſſit, non videam. Nos ad hujus officii vim, qvam habuit ſub ſtatu liberæ Reipubl. reſpectum

Pag. 109. not. clericorum, qvos. Lege: clericorum huc non pertinent, qvos.

Pag. 113. not. a. "ad herbergi frá ſaudahúſum í Hvítadal." Lege: "at herbergi í ſaudahúſum frá Hvítadal." — *Biarkii filius* Lege: *Börki filius*.

Pag. 116. §. 9. Poſt monaſterium Munkathveraënſe adde: *Saurbajenſe* in tractu Eyafiord, qvod circa annum 1200 exſtitiſſe certum eſt, ſed a qvo & qvando fundatum fuerit, incertum. conf. ſupra pag. 28. Anno 1256 id prædium Thorvardum qvendam tenuiſſe notum eſt.

Pag. 122. not. lege: ſi Tabulæ III. novem primas lineas demſeris, & earum loco appoſueris, qvas ad ſchema ſub Tabulæ IV. inſcriptione exhibitum repræſentamus.

Pag. 132. §. 11. ad not. c. adde: (a).

R 2 Pag.

ſpectum habentes, perſonam hoc officium gerentem cum Doctiſſ. *ARNGRIMO* vocamus Nomophylacem, legum cuſtodem, cum vero Legiferum forte aliqvando diximus, id non intelligendum eſt acſi leges ferendi poteſtatem habuerit, cum per ſe & ex ſola officii auctoritate, leges ferendi & figendi, ſine conſenſu reliqvorum Magnatum, Prætorum ſcilicet & plebis Capitum, ut & Epiſcoporum & Cleri, poſtqvam religio Chriſtiana in Iſlandiam introducta fuit, non haberet poteſtatem, licet in ſvadendo & diſſvadendo ejus ſententia & auctoritas multum valeret, ſed legum cuſtodia ei præcipue commiſſa fuit, ut ex. l. c. abunde patet.

(a) De rebus, qvibus decimæ pendi debuerunt, præcipue notanda ſunt: 1) Legislatorum prudentia & æqvitas, ne cuiqvam res inutiles eo nomine obtrudi poſſent, ſed eas tantum merces, qvæ utriqve, tam expendenti tam comparatu faciles, qvam accipienti utiles eſſent. 2) Licet inter has merces nominetur aurum & argentum, non tamen a qvoqvam exigi potuerunt. Sed ditioribus permiſſum, ut illis decimas ſolverent, ſi ita liberet, unde patet, licet hæc metalla tum temporis rara eſſent & cara, nam una auri uncia 60. mercium uncias æqvabat, & una argenti defæcati uncia 6 mercium uncias valuit, non tamen Iſlandiam earum plane vacuam aut expertem fuiſſe, qvosdam etiam tam opulentos, ut decumana fructuum portio, auro ſolvi poſſet. Conf. Per. 3. Sect. 2. cap. 2. §. 10. ubi Jonas Nomotheta dicitur tantum in bonis habuiſſe, ut 120. mercium uncias eo nomine expendere deberet, qvas ſi auro erogare voluiſſet, duas uncias pendere debuiſſet, ſin autem argento, 20 unciæ numerandæ fuiſſent. 3) *Lambagærur*, ɔ: pelles agnorum villoſæ, & lanam affixam habentes, qvæ diſtingvi debent a *klipping*, ſeu corio agnino depilato, vide *Leg. Isl.* vulgo *Jónsbók*, Tit. *Kaupab.* cap. 5. ubi edictum Erici Regis hæc clare diſcernit, qvæ voces, ut & aliæ, qvæ hic occurrunt, cum adhuc in communi ſint uſu, & ab omnibus intelligantur, explicatione non indigent. Sed 4) *Vurarfelldur*, noſtri temporis criticos non parum fatigat; ſunt enim, qvi hic agnorum villoſas pelles, aut ovium coria intelligi volunt, qvod non conſiſtere poteſt, cum hic *Lambagærur* ſeparatim nominentur, & ab illis diſtingvantur,

Pag. 133. lin. ult. 40 annos, lege: 60 annos.
Pag. 139. 2) *Rumor erat*, lege; *edictum fuit.*

Pag.

---

vantur, vervecum autem coria, non *felldur*, multo minus *Vararfelldur*, sed *Klippingar* & *Gelldingaklippingar* nominantur, ut ex mox allegato *kaupab.* 5 cap. constat. Nec indumenta pellicea, vulgo *Skinnfelldur*, & si ex phocarum pellibus confecti essent, *Selskinnskufl*, olim in usu fuerunt, nisi vilioris conditionis homunculis, & si qvando lautioris fortunæ viri illis utebantur, id ob certam aliqvam causam fiebat, unde talis eorum usus ut singulare qvid adferri solet, vid. *Sturlungasaga* Libr. 1. cap. 17. Libr. 5. cap. 8. Nautarum autem vestimenta coriacea communiter vocantur *Skinnstackr* & *Skinnbrók.* Pleriqve ideo in id consentiunt, qvod *Vararfelldur* fuerit pannus ex lana confectus, licet de vocis etymo dissentiant, nam qvidam a verbo *eg vara*, caveo, vel *varna* arceo, (& hinc *vara*, usitatius *veria*, penula vilis & impexa) & *felldr* pannus, compositum esse contendunt, qvasi significatus sit, pannus vel vestimenti genus a frigore cavens, vel frigus arcens; Sed cum aliis hæc etymologia nimis lata videatur, cum qvævis indumenta frigus arceant, malunt vocem compositam esse a *vara*, merx, & *felldr*, pannus, stragulum, ut notet pannum promercalem vel stragulum vendibile, Islandorum enim olim magna pars commerciorum cum Norvegis & aliis, in talibus pannis, ut & alio, ab hoc texturæ modo, distincto, vulgo *vadmál*, consistebat, unde hæc duo, ut communissimæ & maxime vendibiles merces, vulgo conjunguntur, *vadmál* & *vararfelldur*, hinc & tales panni olim magno numero conficiebantur, ab indigenis usurpabantur, & exoticis vendebantur, ut ex *Vita Haralldi Grafelldi*, *Eyrbyggia*, *Liósvetningasaga*, aliisqve constat historiis: Sed distingvendum est inter *felldr* & *vararfelldr*: *Felldr* enim, qvandoqve si non semper, fuit tenuioris fili, & nobilioris coloris; qvalis fuit ille qvam Ogmundr Dittr donavit Gunnaro Helming *Ol. Trygg. Vita:* "Ögmundr tók yfer sig felld tvískiptann, hlandom búinn um handvegina, var "þat ágiætr gripr." ɔ: *Augmundus induit pannum bicolorem, circa axillas (auro) fimbriatum, qvi pretiosum fuit cimelium*, talis & de qvo *Vigaglúmssaga* cap. 6. & 25. qvi inter cimelia gentilitia nobilis familiæ numeratur, ut & ille qvem Thorgils Oddi dedit Haflido Mauri; *Sturlungasaga* Libr. 1. cap. ult. Tali vestimento magnates Islandorum sæpius usi sunt; ex. gr. Thorgeirus Liosvetninga Gode, supremum totius Islandiæ magistratum gerens, & qvidem in freqventissimis comitiis universalibus anni 1000. *felld* usus esse dicitur; Similiter etiam Gudmundus Riki, unus totius Islandiæ facile locupletissimus, hoc vestimenti genere in populosissimo foro usus est. De qvo *Liósvetningasaga* cap. 17. "Gudmundr var hliódr, oc hafdi höfut í felldi sínum." ɔ. *Gudmundus subtristis fuit, & pannum capiti obduxit.* *Vararfelldr* autem fuit pannus ejusdem texturæ, crassioris fili & vulgari colore, qvalis forte fuit, qvo usus est Valus qvidam, occisus ab athleta Besso, vulgo Holmgangu-Bessa, de qvo *Kormaki Vita:* "Þeir settu "upp skiölld at fótom hönum, enn spiót at höfdi, oc breiddu á hann vararfelld hans" ɔ: *ad pedes ejus scutum illius erexerunt, sed hastam ad caput, & panno ejus promercali texerunt eum.* Horum qvidam, tam *felldr*, qvam *vararfelldr*, qvandoqve fuerunt villosi vel laciniati, vel circum circa fimbriati, qvandoqve secus, hoc dicebantur *röggvadir*

Pag. 142. not. a. Ideo ab omni; Lege: Adeo ab omni.

Pag. 144. not. a. De libris pœnitentialibus Islandicis plura addemus ad finem supplementorum ad hunc eundem Tom. 1.



---

*vadir* vel *röggvafelldir*, ut in *Liósvetningasaga* cap. 17. "Sástu ei ad skulfu röggvarn-"ar, er hann hló;" ɔ: *nonne vidisti fimbrias moveri cum rideret.* Et ibidem cap. 15. "Þar voru mællter fyrer vararfelldir, oc skilid á hvörsu röggvadir vera skylldu" ɔ: *determinatum fuit*, *ut* (mercedes hæ) *pannis vendibilibus rependerentur*, *& constitutum qvam densæ essent laciniæ.* Et in *Gretteri Vita* cap. 37. "Hann hafdi yfer sier rögg-"vafelld, oc inaradi under fætur sier annat felldarskautit, enn annat undir hausut, oc "sá út um hausut smáttina." ɔ: *Gretterus se texit panno fimbriato* (vel villoso) *ita ut alteræ laciniæ pedes, alteræ caput involveret, sed per aperturam, qva caput exseritur, prospexit.* Talem putamus fuisse illum *felld*, qvem Haralldus Norvegiæ Rex ab Islando qvodam dono accepit, & statim induit, ex qvo illi cognomen *Gráfelldr*, inditum fuit, nam pannus cinerei aut grisei coloris fuit, minime autem pelliceus, qvod, si fuisset, autor id non magis tacuisset, qvam *Sturlungasaga* qvod Thorgilsus Oddi aliqvando *Selskinnskust*, & Sighvatus Sturlæ *Skinnfelld* induti erant, tumqve Rex non *Gráfelldr*, sed *Skinnfelldr* cognominatus fuisset. Ex tali vel simili panno confectas etiam fuisse braccas famigeratissimi Regis Ragnaris, verisimile est, qvi ideo *Lodbrók* cognominatus fuit, nam qvod de bracchis picatis, Regem a morsu aut veneno tantæ vastitatis draconis hic in extremo septentrione nati, ut universam domum Regis filiæ cingeret, nugantur, insipidam sapit fabulam, ex talibus etiam pannis; sunt nomina & cognomina *Bláfelldr, Raudfelldr, Stuttfelldr.* Ex qvibus patet: 1) Vestimentum *vararfelldr*, laneum, non vero pelliceum fuisse. 2) Qvod pauperibus commodissimum fuerit, eo enim, ut & iter facientes, interdiu togæ, noctu autem straguli loco, uti potuerunt. 3) Qvod valde fuerunt vendibiles, cum illis Norvegi pariter ac Islandi, divites non minus qvam pauperes, usi sint. 4) Qvod qvædam eorum fuerint villosa & fimbriata, qvædam secus. 5) Formam ostendunt Gretteriana & Ögmundi Ditti vestes: scil. qvod longa fuerit, ita ut totum corpus, excepto capite, & imis pedibus, contexerit, circa medium habens aperturam, capiti exserendo aptatam, sed sine manicis & ad utraqve latera aperta, ita ut casulæ formam qvodammodo repræsentaverit, brevior enim *felldr* derisui fuit, ut ex vita Sigurdi Hierosolymipetæ constat, unde & Thorarino poëtæ cognomen *Stuttfelldr* adhæsit. In *Kormaki & Glumi Vitis* memoratur *dálkur feldarens*, qvod idem esse videtur ac *þorn* seu *Prióm*, spina vel acus, qva binæ fibulæ in utraqve extremitate oblongæ fissuræ a parte pectoris conjungebantur, qvæ ligula qvadam vesti connexa fuit. Hæc omnia, fibulæ scilicet & acus, (*dálkr* seu *þorn* vel *Prióm*) pretiosa fuisse videntur, Magnatum forte aurea, reliqvorum vero argentea aut ænea, unde Epithetha viris *þornatýr*, & mulieribus *þorna-ná.* Id tandem non omittendum, qvod tam confectio, qvam usus talis panni circa annum 1300, aut etiam prius, rarescere cæpisse videatur, cum inter merces in codice legum anno 1280 edito non nominetur, hodie autem non cernitur, & modus conficiendi notitiam hominum pæne effugit.

Pag. 155. not. 4 Idus Novembris, ſeu die 12 Novembr. Lege: 4 Idus, ſeu die 12 Octobris.

Pag. 156. Adde: Et hic fuit communiſſimus feſtorum terminus initialis, ſc. ab hora 3 vel 4 dimidiata, qvandoqve autem licuit ad horam ſextam iter facere, de qvo caſu *Jus Eccleſ.* cap. 13. "Ef madr ber klyfiar "þvottdag oc vill hann heimþreyta, þá á hann ad bera unz ſól er ſkapthá, "ef hann má ei heimþreyta, ſkal hann hafa teked ſer giſting oc hafa ofan-"lagt klifiar, þá er ſól er í veſtre." Id eſt: *Si qvis die Saturni, onera vehens, domum eodem veſpere venire non poteſt, ei iter facere licet usqve dum ſol haſtilis altitudinem adæqvat; ſed ſi propriam domum eadem veſpera obtinere non poteſt, hoſpitium petat & onera deponat, cum ſol eſt in occidente.* Hic duos habemus Sabbathi terminos, ſolem ſc. in occidente conſtitutum, id eſt horam ſextam pomeridianam iter facientibus in caſu neceſſitatis conceſſam, & ſolem *ſkapthá*, haſtilis altitudinem æqvantem, qvem terminum ipſe Autor paucis interjectis ita explicat: "Þá er ſól ſkapthá er madr "ſtendr í fiöru, þar ed mæteſt ſiór oc land ad hálfföllnum ſió oc mætte "hann ſiá í haf, oc þá ſól geingr ad vatne, enda ſýneſt haunum ſvo ad ef "ſpiót (*al.* hnot) være ſett under hana, þad er være ſo háſkept ad madr "mætte taka hende til fals, enn ſpiótſkeptis (hnotſkeftis) enda á vatned ef "í heide mætte ſiá." Id eſt: *Tunc ſol haſtilis altitudinem æqvat, ſi qvis in littore conſtitutus maris fluxu dimidiato, ſolem ad æqvor properantem conſpicere poteſt, & ipſi videatur haſtæ mucro ad ſolis diſcum pertingere, ſi haſtile tantæ altitudinis eſt, ut homo juſtæ ſtaturæ manum ad ferrum usqve commode extendere poſſet, manubrii extremitate in terra conſtituta.* Qvod jus *Eccl. recentius* cap. 26. per *Náttmál* explicare videtur, id eſt horam octavam dimidiatam, tot autem & tantæ hic occurrunt diſtinctiones, exceptiones & criticæ qvæſtiones, ut integram reqvirant diſſertationem, ſi omnes debito modo explicandæ eſſent, qvod noſtri operis ratio non permittit, id autem duntaxat non omittendum, qvod ſol in puncto horæ octavæ dimidiatæ niſi uno anni triente ſupra horizontem in Islandia non conſpiciatur, reliqvis duobus, vel ex naturali ſagacitate, vel aliorum ſyderum motu, de hoc temporis momento concludendum fuerit, & conceſſum fuiſſe conjecturis in his rebus locum, patet ex eodem hoc cap. 13. *Juris Thorlaco-Ketilliani.*

Pag. 158. not. lin. penult. deorum, lege: dierum.

Pag.

Pag. 163. not. Expungenda ſunt hæc verba, qvæ incuria typothetarum irrepſerunt: (a)

Pag. 166. §. 40. noctes dies Saturni; Lege: noctes diei Saturni.

Pag. 167. not. a. "Annan dag viko" Legendum eſt: "annanhvern "dag viko" i. e. *alternum ſeptimanæ diem*, nam ſecundo, qvarto & ſexto a carnibus abſtinendum fuit, ſed feria tertia, qvinta, & ſeptima, ut & ipſa Dominica, carne veſci, impune fuit.

Pag. 168. §. 43. qvatuor Joachimicorum cum dimidio; Lege: qvatuor Joachimicorum. Nam tres marcæ faciunt 24 uncias mercium, ſed 4 uncias argenti puri "hvítt í ſkör" albi in fracturis. Sex autem argenti vulgaris, ſeu "lögſilfurs bleiks í ſkör" in fracturis gilvi, conf. pag. 64. hodie autem faciunt tres marcæ; $4\frac{4}{7}$ Joachimicos.

Pag. 173. Ad finem Not. a. adde: (b)

Pag.

(a) *Sed nobis qvidem videtur*, & legendum, *ſunt eqvidem qvibus videtur;* nam non autoris, ſed aliena ſententia refertur, usqve ad hæc verba: *Incipit autem Otta ſecundum noſtrum &c.* Cumqve univerſa hæc adnotatio perplexe exhibeatur, operæ pretium ducimus ejus verum ordinem indicare, ut Lectori de autoris ſenſu conſtet, qvi talis eſt: Nox proprie ſic dicta, & diei oppoſita, antiqvitus incepit ab hora $8\frac{1}{2}$ poſt meridiana, & duravit usqve ad horam $4\frac{1}{2}$ antemeridianam, cujus ultimus triens ab $1\frac{1}{2}$ ad $4\frac{1}{2}$ antiqviſſimis temporibus vocabatur "efri hlutur nætr" ɔ: *ſuperior* vel *ſuprema noctis pars*, & "þridiúngr lifdi nætur" ɔ: *triens noctis ſuperſtes;* Sed poſt introductas Monachorum horas Canonicas hic ultimus noctis triens vocari cæpit *ótta*, & tandem, ſeu circa initium ſeculi 1300 ipſum *ottæ* tempus in illud, qvod eſt inter horam 3 & 6, removebatur, eo qvod Monachi ſuam *Matutinam ſecundam* hora tertia celebrarent, neglecta ut plurimum *Matutina prima.* Vocem *ottam* qvidam derivant ab *átta*, qvidam vero, ut Illuſtriſſimi & eruditiſſimi viri *HARBOE* & *GRAM* ab *uth* vel *uthentid* Angloſaxonum. Noſtra autem conjectura eſt utramqve vocem *uth* & *otta* corruptam eſſe, aut deſcendere & originem habere a Monachorum *Matut* vel *Matutina.*

(b) Tabula pacis tam firmiter in ſuperficiem altaris impacta invenitur, ut ſine inſtrumento divelli non qveat, unde non ſit veriſimile eam in cætibus ſacris ad oſculandum circumlatam fuiſſe, id enim Sanctorum reliqviis, textibus, imagunculis, imo plenario & libro Evangelia continenti, proprium fuit; Cavitas autem altaris, in qva ſedet tabula pacis, in medio eſt profundiſſima, ubi plerumqve apparet pulviſculus coloris fulvi vel cinerei, qvi ſine dubio eſt ſancti cujusdam reliqviæ. Aliqvando eum tam ſolidum inveni, ut oſſis reliqvias eſſe certum eſſet, tales enim heic, ut in loculo omnium ſanctiſſimo, ſepulcrum Chriſti repræſentante, condi debuerunt. Utrum vero *Paxſpiald* & *Altaris-Steinn* ɔ: Tabula pacis & lapis altaris, unum idemqve fuerit, (ſaltim in Iſlandia) dubitari poteſt; Illa enim tam firmiter inſerta eſt, ut difficulter erui qveat, ejus etiam materia

Pag. 184. not. *viros ad eum cuſtodiendos conſtituit;* Lege: *viros ad eum cuſtodiendum conſtituit.*

Pag. 190. not. *educationem illi ſuppedito;* Lege: *educationem illi ſuppeditato.*

Pag. 191. not. a. Adde: (a)

Pag. 198. § 9. pro 1263 lege 1235.

Pag. 199. not. a. *Annales Regii* apud *LANGEBEKIUM* in *Scriptor. Rer. Dan. med. ævi* Tom. 3. pag. 46. expreſſe dicunt Sæmundum in patriam rediiſſe anno 1076.

Pag. 200. not. primum cum ſecundo confundit; Lege: primum cum ſecundo confundunt

Pag. 206. not. Adde: (b)

Pag.

materia diverſa, ſcil. nunc abietina, nunc ex ligno foſſili, vulgo *Surtarbrand*, nunc ex alio gagatis Iſlandici genere, nunc etiam expolito lapide, figura qvadrata, magnitudine 6 aut 7 digitos raro excedens; Hic autem ſemper eſt lapis qvadratus qvidem, ſed qvandoqve in alteram partem protenſior, & tabula pacis major. Qvi in templo Skalholtino adhuc ſupereſt, marmoreus eſt, optime expolitus, colore albicans, limitibus abietinis, rubro colore ſuperinductis & ſuperne deauratis, ad qvatuor latera munitus; Longitudo eſt circiter ¾, ſed latitudo ½ ulnæ, craſſities vero 3 fere digitorum, gravitas 26 pondo; Utriqve horum id fuit commune, ut ſemper in medio altaris conſiſterent, & ſuper illa corpus Domini, & collocari, & (ut loqvi amabant) confici deberet, cumqve hæc templorum ornamenta tam ſacro uſui deſtinata eſſent, non mirum qvod tam ſolenniter & operoſe initiata fuerint.

(a) Vox *Klerkr*, ſeu *Clericus*, varios habet ſignificatus in SSta, ut 1 Petr. 5. v. 3. *Clerus* notat univerſum populum, cui Apoſtolus vetat Presbyteros imperioſe dominari. Poſtea autem Presbyteris nomen *Cleri* vel *Clericorum*, populo autem *Laicorum* datum fuit, deinde hoc nomen ad qvoddam tempus, ad ſolos Monachos pertinuit, qvaſi illi præ aliis ſors Domini eſſent; Hinc tranſiit ad ſuperiores miniſtros Eccleſiæ, qvi impoſitionem manuum adepti fuerant, & iterum ſingulariter ad eorum infimos ordines, qvi hoc modo a ſuperioribus diſtingvebantur. Nunc omnibus eruditis, cujuscunqve ſtatus & ordinis eſſent, nunc autem junioribus tantum & ſtudioſis doctrinæ tribuebatur; Pleræqve vocis ſignificationes in noſtris monumentis occurrunt, unde eſt qvod diverſas notiones in hoc opere habeat. Sed qvam qvovis loco ſuſtineat, res ipſa & contextus abunde docent.

(b) Circa hoc documentum notanda ſunt: 1) A qvatuor diverſis manibus exaratum eſſe, unde non improbabiliter concludi poteſt, fuiſſe illud typum, ſeu primam formulam, ad qvam mox ipſiſſimum archetypum exprimi, deſtinatum fuit; Cumqve prima manus nitidiſſima ſit, non ab omni veriſimilitudine abludit, hanc Snorronis eſſe, ipſum nempe

ſcriptionem

Pag. 208. §. 19. 1236; Lege: 1237.

Pag. 212. Præter ſcripta Gunnlaugo Monacho a nobis adſcripta, accedit *Vita Jonæ Epiſcopi Holenſis*, qvam Latine ſcripſit, cujus verſio Islandica, qvæ adhuc exſtat, ſcripta eſt anteqvam templum Holanum corruit.

---

ſcriptionem exorſum fuiſſe, ſed tædio captum, aut aliis negotiis avocatum, alii cuidam calamum tradidiſſe; Architypum antem, ſi unqvam ab hoc diverſus exſtitit, proprii Epiſcopi librarii manuſcriptum fuiſſe. 2) Nihilo minus ſimul tamen & ſemel, id eſt eodem die, confectum eſſe videtur, ex ejus fine ſeu poſtſcripto, qvod averſa habet pagina, ubi qvidam eorum nominantur, qvorum nomina in ipſo documenta recenſentur, qvod ita ſe habet: "Snori St. vj. Kalfſcin Þorarin p band ſ. v. Kalfſ. (Vermundr "Diácn vj Kalfaſ.) Yngibiorg Snorad. xij. K." ſcilicet dederunt templo tot coria vitulina, nam ex illis membranæ efficiebantur, & ex his libri Liturgici aliiqve ſacris uſibus neceſſarii. 3) Speciale id & proprium habet hoc documentum, qvod vocula ***fiórdúngur***, nunc ſcribatur ***fiorgóngr***, nunc ***fiorþóngr***, & id ſtatim a principio, qvod aut ad incuriam ſcribæ referendum eſt, perinde ac in poſtſcripto band pro ***Brand***, aut ſtatuendum concurſum literarum *r,d*. diverſo modo, tum temporis, ſcriptum & pronunciatum fuiſſe, ſcil. nunc ***fiórgóngr***, nunc ***fiórþóngr***, perinde ac ***fiþr***, ***finr***, ***jól***, ***öl***, ut & hodie ***abl***, ***afl***, ***gabl***, ***gafl***, ***tabl***, ***tafl***, aliaqve; imo ipſe autor noſter, ſcribit nunc ***umbfram***, nunc umfram, omiſſo *b*, nunc ***fiórdung*** nunc ***fiorþóng***. 4) Licet integro ſeculo hæc ſcriptio recentior ſit *Schedis Arii*, eadem tamen, aut ſimili, utitur orthographia, niſi qvod Arius paulo incurioſior in ea re fuiſſe videatur, ſi ad rigorem noſtri temporis criticorum examinandus eſſet. Ex. gr. α) Diphtongi ***au*** & ***oi***, tam hic, qvam illic confunduntur, & plerumqve per ö exprimuntur, ut apud *ARIUM* in vocibus ***lögom***, ***tölo***, ***för***, ***lögſögo***, ***ödrom***, ***ſögdo***, & apud *SNORRONEM* ***öllom***, ***ſelför***, ***kiör***, ***meſſoſötom***, ſed non ut volunt moderni novatores ***aullom***, ***ſelfaur***, ***ſaut***, ***maunnom***, ***laugom***, ***taulo***, ***laugſaugo***, ***audrom***, *&c.* β) Diphtongi ***au***, ***ey*** & ***ei***, eodem modo pronuntiatæ fuiſſe videntur, nam in una eadem voce diverſimode adhibentur; Ex. gr. ***Raukiaholt*** & ***Reykiaholt*** in Membr. *SNORRONIS*, ſed in *Schedis ARII* ***Reikiavik***. γ) Dipthongo ***y*** ſæpius utuntur, qvam in vocibus, qvarum primitiva habent vocales ***a***, ***o***, ***u***, aut Dipthongos ex illis compoſitos, ut in ***Byſkup***, ***kyns***, ***freyſta***, ***Tryggvi***, ***Eyafiörd***, ***ſyſla***, ***Þorgeyr***, ***Eyolfur***, ***Eyſteynn***, ***ſkyrdur***, ***hylur***, ***mey***, ***fylgia***. δ) Parimodo utuntur ***u***, ***y*** & ***i***, ex. gr. ***filgia***, ***fulgia***, ***fylgia***, ſimiliter ***æ*** & ***e*** ut ***hælga***, ***helga***. ε) Non ſemper utuntur ***y*** in vocibus, qvarum primitiva habent vocales ***a***, ***o***, ***u***, aut Dipthongos ex illis compoſitas, ex. gr. ***mirdr***, ***firdi***, non ***myrdr***, ***fyrdi***. Conſtanter etiam habet membrana Snorronis, ***kirkia*** non ***kyrkia***, licet primitivum Κυριακη habeat ***y***. Sic indifferenter ſcriptum ***enum*** & ***hinum***, & ſane foret longum enumerare omnia in hiſce præſtantiſſimis & ſummæ antiqvitatis monumentis notatu digna occurrentia, hæc autem notavimus, ut aliis in eadem ulterius inqvirendi anſam præberemus, cum ex hiſce ſeqvi videatur: Aut, orthographiam, qvam ut antiqviſſimam poſtliminio introducere volunt noſtri temporis critici, non tantæ eſſe antiqvitatis,

ruit. Gunnlaugus etiam novam *Sancti Ambrosii Historiam* composuit, diversam a compositione beati Gregorii Papæ, qvare & Gunnlaugus offensam Gudmundi Episcopi incurrebat, & ab opere desistere necesse habuit, ut *Gudmundarsaga Góda* testatur.

Pag. 213. §. 24. Decessit anno 1265. Nec omnino silendus *Oddus Erici;* Lege: Decessit anno 1245. Nec omnino silendus *Ericus Oddi.*

Pag 216 §. 27 *Ingemundus Einari* Pastor Hiardarholtensis; Lege: *Ingemundus Einari* Pastor Reykholensis, *Gudmundus Brandi* Hiardarholtensis.

Pag. 217. not e. Africam, aut *Bavariam* Germaniæ, qvam *Bari* vel *Barium*; Lege: Africam, qvam *Bavariam* Germaniæ, aut *Bari* vel *Barium*.

Pag. 218. not (a)

Pag. 218. not. a. Biarnius Sacerdos Bergthoris filius, qvi anno 1173 obiit, inter celeberrimos Mathematicos in proœmio *Rimbeglæ* laudatur.

Pag. 221. §. 4. res primo dilata est; Lege: primo dilatum est.

Ibid. §. 5. Rudolpho Sabaudo; Lege: Rudolpho Svevo.

Pag. 224. §. 2. moderamen acceperit; Lege: moderamen accepit.

Pag. 225. §. 2. feria secunda natalitiorum Domini; Lege: die 26 Januarii.

Ibidem ad finem §. addatur hæc nota: (b)

Pag.

---

tis, ac contendunt; Aut Ario & Snorroni incuriæ vel inscitiæ labem objici posse, qvod rectam scribendi rationem aut nescíverint, aut neglexerint. Aut etiam hæc documenta *Schedas Arii* & Membranam Reikholtensem, non tantæ esse antiqvitatis ac præ se ferunt; Nostra autem conjectura est; Scrupulosam istam orthographiam ætate Arii ignotam fuisse, ideoqve Arium eandem non observasse; Snorronem autem, si non ejusdem autorem, certe insignem emendatorem fuisse, sed rem ad umbilicum non perduxisse, ideoqve ipsius patrueles Olaum, & forte Sturlam, Thordi filios, perpolivisse, & rem ad certas regulas ac artem reduxisse; Antiqvi enim magis de rebus, qvas scriberent, qvam de talibus minutiis solliciti fuerunt. Sed hæc, qvibus forte nimis diu inhæsimus, ad Grammaticorum tribunal ablegamus.

(a) Nec *TORFÆUS* satis attente hoc schediasma legisse videtur, qvod non obscure statuit, Serklandiam, Hedini patriam, in Africa sitam fuisse, expresse enim dicit, Hedinum per Græciam & Hispaniam victricia circumtulisse arma, anteqvam in Daniam venit, & inde revertentem, ad Norvegiæ insulam Haa, substitisse, ac cum Högnio conflixisse, qvod non fieri potuit, si ejus Serklandia in Moscovia aut Tartaria sita fuisset, ut vult vir doctiss. tum enim per mare Balticum revertendum fuisset.

(b) Hic & sæpius in vitis Episcoporum, qvi in sanctorum numerum relati fuerunt, occurrit vocula

Pag. 233. §. 2. Schettingæ; Lege: Skenningæ.

Pag. 235. Ordo notarum perturbatus eſt, ita ut illa, qvæ hic ſub charactere *b*) occurrit, ad finem § & paginæ remittenda ſit.

Pag. 226. not. c. qvæ & ex parte; Lege: & ex parte. — *SNORRONUS;* Lege: *SNORRONIS.*

Pag. 274. §. 4. profecerint; Lege: profecerunt.

Pag 275. lin. 1. qvi neutri patri nomina dederant; Lege: qvi neutri parti nomen dederant.

Pag. 282. not. "Þá var Inge Háconarſon Kóngr" Lege: "Þá var Inge "Haralldsſon kóngr" — "Galmanstiörn" Lege: "Galmanſtrönd."

Pag. 284. not. Lege: *Ingio kege filio Haraldi. — in lacum Galmarſtrönd.*

Pag. 285. not. Lege: *cænabant.*

Pag. 296. lin. ult. 1210; Lege: 1201.

Pag. 303. §. 4. mille hominum; Lege: mille hominibus.

Pag. 314. not. a. *Annales Skalholtenſes antiqvi* expreſſe dicunt: "1240 "Druknan Magnúſs p. G. ſonar biſkups efnis" i e. *Anno* 1240 *ſubmerſus periit ſacerdos Magnus G. filius, epiſcopus electus.*

Pag. 323. §. 3. addatur hæc nota: (a)



vocula *ſcrinium*, qvaſi ſingulare qvid, & nomen proprium cujusdam rei. Cujus vicem revera hic, & in talibus rebus, ſuſtinet; Nam ut mortuorum receptacula communiter vocabantur loculi, ſandapilæ &c. ita exhumatorum corporum, qvæ publice adorabantur, conditoria, proprio nomine *ſcrinia* vocabantur; Unde *Olafs Skrín, Thorláks Skrín,* &c. non notant vulgarem qvandam ciſtam, nec ſandapilam, ſed tale ſcrinium, qvod eorum reliqvias ſervabat; unde adagium: *ad bera út ſkrínid*, i. e. ſumma devotione aliqvid inchoare. Fuit autem *ſcrinium*, vel argenteum, ut Olai Regis in templo Nidaroſienſi, qvod duo lignea circumdabant, tantæ magnitudinis, ut a 60 viris in publicis proceſſionibus portarentur; Vel ligneum, magnæ capacitatis, in formam domus faſtigiatum, deaurato corio, vel ſplendido qvodam tapeto, ſuperinductum, gemmis præterea, auro ac argento ornatum. Thorlaciani ſcrinii reliqviæ adhuc in templo Skalholtino ſervantur, unde, qvalis eorum forma fuerit, conſpici poteſt.

(a) *ARNGRIMUM* ſeqventes ſcripſimus Iſlandos vitam Giſlavi redemiſſe 180 unciis auri; ſed monente *TORFÆO Hiſtor. Norveg.* Tom. 4. Lib. 7. cap. 6. qvi *Arngrimum* notat qvidem, ſed qvomodo mendum corrigendum ſit, non indicat. Noſtri officii eſſe agnoſcimus, qvod peccavimus, emendare, idqve hoc modo: Cædes Giafaldi expiari debuit 16 marcis auri, cujus dimidia pars ob cædem patris Giſlavi, a Giafaldo olim perpetratam, remittebantur. Ab octo viris itaqve, pro Giſlavo intercedentibus, ſolvendæ erant

octo

Pag 330. cap. 3. poſtridie idus Septembris; Lege: 13 Calend. Novembris.

Pag 345. not. b. (a)

Pag. 363. not. *Aronsſaga Hiörleifsſonar* noſtrum a Cardinale Vilhelmo ordinatum fuiſſe aſſerit.

Pag. 369. §. 3. ad Epiſcopo; Lege: ab Epiſcopo.

Pag. 377. §. 5. varias expertus eſt; Lege: varias expertus eſt.

Pag. 381. §. 10. Paulum, Lynſeimam; Lege: Paulum Lynſeimam.

Pag. 382 ad finem Cap. 1. inſeratur hæc. §.

Conſtat itaqve Islandos nec vi aut minis, ſed partim perſvaſionibus, precibus & molliſſimis promiſſionibus, partim internis Reipublicæ infirmitatibus & qvaſi occulto converſionis rerum fato, ad deditionem adactos eſſe; Etenim ſub ipſum mutationis Reipublicæ tempus, antiqva Ariſtocratia in Oligarchiam, imo tantam Anarchiam mutari cœpit, ut alia non viſa ſit incolis expeditior ratio, qvam ſi univerſi unius Regis imperio coërcerentur; & ſane eos ſpes non fefellit, nam hactenus per qvingentos, & qvod excedit, annos imperium Monarchicum noſtris rebus haud pœnitendum ſenſimus, vere itaqve cum Poëta dicere poſſumus:

*Cum Domino pax iſta venit.* —

Hunc etiam finem pleræqve Reipublicæ habuerunt. Ex. gr. Spartana, Athenienſis, Romana & ceteræ. Cum itaqve optime conſtitutæ, omni liberali doctrina politiſſimæ & potentiſſimæ, non perennes, ſed tandem imperio monarchico ſubjectæ fuerint, qvis Rempubl. Islandicam ad has incitas tandem redactam fuiſſe mirabitur? Sane qvod per qvadringentos fere annos tot inteſtinis ſeditionibus & externis inſidiis vexata, ſtare & libertatem tueri potuerit, multo magis mirandum eſt.

Pag 401. not. c. non indicant; Lege: aut tacent, aut non recte indicant; nam *UNDALINUS* perperam habet 3 Idus Junii.

Pag.

---

octo marcæ (ſemilibræ) auri, qvarum qvævis continebat 8 uncias auri, in totum 64 uncias auri; Sed cum qvævis uncia auri valeret 10 uncias argenti, pendendæ fuiſſent 640 unciæ argenti, ſi hæc moneta imperata fuiſſet.

(a) Certe qvidam recentiores aſſerunt ſexcentos Sacerdotes in prælio Fotvicenſi occubuiſſe, nec negari poteſt pro genio ſeculi, totidem prælio interfuiſſe, haud eſſe abſurdum; ſed omnes Hiſtorici Danici antiqviores ſexaginta tantum vel ſexaginta qvinqve ibidem cæſos agnoſcunt. Conf. *SUHMS* og *SCHIÖNINGS* Forſøg til Forbedringer i den Danſke og Norſke Hiſtorie. S. 212. f.

Pag. 402. §. 4. Addatur hæc nota: (a)

Pag. 415. lin. penult. Sigurdi Haraldi; Lege: Sigurdum Haralldi.

Pag. 417. §. 3. 1317. Lege: 1327.

Ibid. Litr. A. addatur nota: (b)

Pag. 424. §. 2. 1345; Lege: 1346.

Pag. 425. §. 2. 1355; Lege: 1356.

Pag. 433. not. e. decem marcarum valorem perficiunt; Lege: decem marcarum valorem vel plus efficiunt — modo decem marcis; Lege: modo qvatuor marcis — compenſato; Lege: compenſatione.

Pag. 438. §. 1. Lege: 12 mille marcis.

Pag. 441. §. 3. conſentiente filio Vigfuſo; Lege: conſentiente filio Ivaro.

Pag. 443. §. 1. Lege: die Viridium induerat pallium, qvod Jonas die 5 Januarii Roma adtulerat.

Pag. 473. Addatur nota: (c)

Ibid. lin. ult. confero; Lege: conferto.



---

(a) *Vita Arnæ Epiſcopi* innuere videtur Thorvardum circa annum 1276 qvartis auſtrali & orientali præfectum fuiſſe, & ſimul Prætorem fuiſſe Toparchiæ Kialneſenſis, qvod (ſcil. Præfecturam generalem) *TORFÆUS* ad 1273 reducit, expreſſe enim dicit Regem tum Rafnum & Thorvardum in mutuam gratiam reduxiſſe, & in præſentia Archiepiſcopi aliorumqve magnatum ad ſocietatis & fidei ſacramentum ſibi invicem præſtandæ adegiſſe, fuerant enim antea, ut notum eſt, infenſiſſimi inimici, nam Rafnus Oddum Thorvardi fratrem, ſed Thorvardus Ejolfum Thorſteinidem, Rafni amicum, ſocium & affinem, occiderant, idemqve *Torfæus* de Præfectura inter eos diviſa ad annum 1297 repetit, licet antea ad annum 1270 dixiſſet Rafnum ſolum, a morte Ormi, præfecturam cum Eqvitis aurati titulo obtinuiſſe; Sed licet Rafnus cum Thorvardo diviſum haberet imperium, in omnibus tamen primas tulit, Thorvardiqve, dum Rafnus ſuperfuit, non multa mentio, ut ex *Arnæ Epiſcopi* ipſorum coætanei *vita* patet, ſed demum poſt Rafni fata clareſcere cœpit.

(b) Qvi hic nominatur "Herra Sveinn Þórisſon" Annales illum conſtanter vocant Dominum Svenonem Thorſteini, qvod nos etiam ſcripſimus pag. 544. qvi cognomento fuit *Langur;* Videtur fuiſſe Prætor Toparchiæ Skagfiordenſis, aut tale qvid. Domini autem titulum tum temporis, omnes Regii Aulici, & qvi aliqvid officii a Rege habuerunt, uſurpabant, ſervitium enim & paupertatem, ad qvam Rex eos redegerat, illecebris honorum & titulorum compenſavit.

(c) Hic & alibi forte nominantur *Lágaſaungvar*, *ſacrarium*, *corporale*, *plenarium*, aliaqve inſtrumenta ſacra, ſed non explicantur, qvod hic ideo in rudiorum gratiam facere non abs re erit. *Lágaſaungvar* fuerunt verba inſtitutionis Sacræ Cænæ, illa enim ſubmiſſa

Pag. 531. Olavi Archiepiſcopi, prædeceſſoris noſtri; Lege: Elavi Archiepiſcopi, prædeceſſoris noſtri.

Pag. 542. ad finem not. a Adde: (a)

Pag. 545 ad finem not b. Adde: (b)

Pag. 546. not. b. Litr. E. pag. 435. Lege: Litr. B. pag. 419.

Pag.

---

miſſa voce recitabantur, ne catechumeni, idiotæ, aut excommunicati, extra templum conſtituti, ea audirent, notum enim eſt his non licuiſſe templum intrare, illos autem ac iſtos ante conſecrationem corporis Domini ex templo, ab oſtiario extruſos fuiſſe, ne ipſam miſſam ſeu hæc myſteria, aut audirent, aut viderent, qvæ proprie Miſſa vocabantur, unde natum eſt tritum illud: *Exite! miſſa eſt*, a qvo etiam totum officium miſſaticum nomen *Miſſæ* accepit. *Sacrarium* apud noſtrates qvandoqve notat locum ſacrum prope aut pone altare, cancellis circumdatum, qvod nemini ſine venia præter ſacrorum miniſtros ingredi licuit; Qvandoqve notat ſacra inſtrumenta, qvæ ſacrum corpus Domini conſervabant, aut tangebant, qvalia fuerunt patina & theca, in qva venerabile aut ad moribundos deferebatur, aut in proceſſionibus publicis portabatur. Qvandoqve etiam malluvium ſeu pelvis, in qvam aqva, qva qvid ſacrum ablotum fuerat, fundebatur, vocatur *Sacrarium. Corporale* vocabatur palla illa linea, qva ſacrificium in altari tegebatur; apud nos duo diſtincta fuerunt, & adhuc in qvibusdam templis ſuperſunt; *Corporale* ſeu *Corporall*, qvod eſt qvadrata perula vel ſacculus, ex lino vel pretioſo aliqvo filo factus, acu artificioſe pictus, qvandoqve etiam auro vel argento intexto, tanta magnitudine, ut totum ſacrificium operiat, ad unum latus apertus, in qvo mappa ſeu pannus linteus vel byſſinus, communiter vocatus *Corporalsklútr*, conſervatur, qvi patinam proxime tegebat & tangebat, eidemqve tandem *Corporalis* ſuperaddebatur, ſed neſcio an in omnibus templis utrumqve horum exſtiterit, ditiora certe ea habuerunt, ſed ubi unum horum defecit, alterum ejus vices implevit. *Plenarius* vero, ſeu *plenarium*, fuit liber liturgicus, in qvo Epiſtolæ & Evangelia *pleniter* (ut loqvebantur) continebantur, vocabatur etiam *Miſſale*, qvod Gregorius M. in formam redegit, qvo ſucceſſores diu uſi ſunt, qvi etiam *Sacramentarius* vocabatur, agebat enim de omnibus ſacramentis & toto officio miſſatico; Sed ſeqviore ſeculo *Plenarii* nomen aliis etiam libris inditum fuit.

(a) Conf. *TORFÆUM* in *Hiſt. Norveg.* Tom. 4. pag. 451. ubi ſimilem ac Epiſcopus fovet ſententiam, aut parum ab ejus diſcrepantem, ſed qvantum a veritate deficiant, Lector ipſe judicare poteſt. *TORFÆI* autem parcitatem in enarranda tam gravi controverſia, qvæ qvatuor Norvegiæ Monarchas integros 80 annos tantopere exercuit, non ſatis mirari poſſumus.

(b) Nam nihil obſtat, licet hoc edictum primo Norvegis propoſitum fuerit, qvin paulo poſt ipſe Rex Hakon id Iſlandis etiam miſerit, cum unam aut ſimilem cauſam haberent, ut ſæpius factum novimus; Sed denuo ab ipſius nepote Magno Smeck, cum videret illud ut antiqvum vileſcere aut contemni, renovatum fuiſſe, ut ibidem innuimus.

Pag. 546. not. c. lin. ult. deſunt ſeqventia: (a)

Pag. 558. Poſt §. 17. inferatur hæc §.

Abſolutio Sacerdotalis omnibus qvidem valde neceſſaria habebatur, notoriis vero peccatoribus & excommunicatis conditio & medium ſine qvo nulla ſalus ſperanda, hinc, ſi contingeret talem moribundum, abſente ſacerdote, coram laicis confiteri, & ſacerdotis adventum deſiderare, Sacrificulus mortuum abſolvere debuit (b), qvibusdam etiam viaticum, ſeu ſacra hoſtia in loculo una cum corpore ſepelienda, addebatur, ſi ori demortui non intrudi poſſet; Exſtant etiam exempla, qvosdam ad abſolutionem accipiendam exhumatos fuiſſe, & unum duplici innodatum anathemati poſt 24 annos ex terra erutum a ſingulis Epiſcopis a ſingulo anathemate uno die abſolutum fuiſſe, cum una abſolutio duobus anathematibus tollendis ſufficere non videretur (c).

Pag. 560. §. 21. coryphæi; Lege: corycæi.

Pag. 564. ad not. a. adde: (d)

Pag. 588. §. 10. viginti qvatuor; Lege: viginti.

Pag. 589. §. 11. addatur hæc nota: (e)

Pag. 594. cujus majores ſummopere dediti; Lege: cui majores ſummopere dediti.

Pag. 595. Necrologium, qvod hic edidimus, poſtmodum recuſum habetur in Celeberr. *LANGEBEK Script. Rer. Danic. medii ævi*, Tom 2. pag.

(a) "At hvar ſem verdr afgiöf af hval, edr annari helgra daga veidi meir enn hundrat, þá "ſkal henni ſkipta í fióra ſtadi" i. e. *Qvando contributio ex balænis aut aliis capturis, qvæ feſtis diebus fiunt, hundredam ſuperat, tunc in qvatuor partes dividi debet;* Hæc enim ſunt verba qvæ pag. 547. ex *Codicis Arnæani* cap. 26. deſumta eſſe dicuntur.

(b) Conf. Conſt. Eilifi Archiepiſcopi.

(c) Vide *Vitam Arnæ Epiſcopi* de abſolutione reliqviarum Oddi Thorarinidæ, ab ipſo & Jörundo Holano Epiſcopo abſolutis, ut & ejusdem Jörundi & Runolfi Abbatis Biörnum Drumb, exhumantium & abſolventium, procedendi modum.

(d) Qvod Epiſcopi Iſlandiæ argenteam unciam pro communi uncia mercium exegerint, incertum eſt, licet non omni careat veriſimilitudine, cum qvædam, & qvidem antiqviſſima, *Codicis Arnæani* exempla cap. 1. expreſſe nominent, unciam argenteam Epiſcopo ſolvendam; qvod etiam habet Magnæana verſio Latina Edit. 1741; qvæ uncia ſecundum *leges Islandicas,* (Kaupab. cap 5.) vulgari ſextuplo, ſed in Norvegia duplo tantummodo major fuit, ut vult *TORFÆUS Hiſt. Norv.* Tom. 3. Libr. 10. cap. 4.

(e) Paternum Hauki genus etiam Iſlandicum fuiſſe docet *Landnámabók* pag. 160. qvod tamen non obſtat qvominus ex qvadam parte fuerit Norvegicum, & Erlendum ideo ſæpe in Norvegia commoratum fuiſſe.

pag. 502 ſqq. ejusdem viri doctiſſimi, & filii mei *Joh. Finnæi* notis illuſtratum, qvibus qvæ adjiciam, hæc pauca ſunt:

Februarius:

5. *Gudmundr Hialltaſon*, qvis fuerit, neſcio, ſi non ille, qvem *Sturlunga-ſaga* libr. 4. cap 51. dicit occiſum fuiſſe 1250, ut videtur a Thorvardo Thorarini filio, nam ex loc. cit. cap. 54. conſtat, qvod pro ejus nece ſatisfecerit.

11. *Ketell pr. Þorláksſon*, fuit, ni fallor, Pauli Epiſcopi Skalholtenſis ſocer, aut qvidam ex celebri Hytardalenſium familia oriundus, id enim nomina gentilitia indicare videntur. — *Jórunn Einarsdótter* poteſt eſſe Einari Ejulfidæ de Thverá, viri ſuæ ætatis ſapientiſſimi, filia, uxor Thorkilli Geitisſonii, virago celebris. Conf. *Liósvetningaſaga* cap. 12.

Martius.

12. *Haſlide Abóte.* Hujus nominis Abbates duo occurrunt, prior Hytardalenſis, mortuus anno 1201; poſterior Thveraënſis Abbas erat ab anno 1350 ad 1370.

Aprilis.

8. *Sumar.* primus æſtatis terminus, qvam antiqvi, non ut nos die Jovis, ſed die Saturni inchoabant, qvi ab 8 ad 15 Aprilis incidebat.

28. *Ormr f. Biarnar.* forte Ormus, Biörnis filius, Snorronis Sturlæi privignus; Cujus filius probabiliter Biörn nominari potuit, & Ormus hic itaqve appellari pater Biörnis.

Majus.

9. *Aslacus*, qvis fuerit, divinari non poſſum, niſi fuerit *Aslacus* Archiepiſcopus Nidaroſenſis, mortuus 1429; *Aslacus* tertius, Epiſcopus Oſloënſis, qvi ſeculo 11. vixit; vel *Aslacus* Epiſcopus Bergenſis, qvi circa annum 1390 floruiſſe videtur. Veriſimillimum eſt Epiſcopum Oſloënſem hic indicari, cum ei adjungatur *Nicolaus*, ut ſenſus ſit: Aslacum & Nicolaum Epiſcopos Tönsbergenſes obiiſſe 9 Maji.

Julius.

7. *Arne Biſkup.* Tres habuit diœceſis Skalholtina hujus nominis Epiſcopos. Primus fuit *Arnas Thorlaci*, mortuus anno 1298 die 21 Aprilis. Alter *Arnas Helgonis*, obiit anno 1320 die 15 Januarii. Tertius *Arnas Olai*, dictus *hinn Milldi*, ſive *munificus*, cujus annum emortualem ignoramus, ſed conjicimus eum mortuum eſſe anno 1428 aut 1429.

Si

Si igitur hic hoc loco indigitatur, ut valde eſt probabile, ſeqvitur huic necrologio manum ſeculo 15 adhuc admotam fuiſſe.

22. *Ketell Abóte;* Abbas Helgafellenſis ab anno 1221 ad 1230, qvo deceſſit.

24. *Gróa Hermundard.* qvænam fuerit, non liqvet, ſi non fuit ſoror Hermundi Hermundidæ, de qvo *Sturlungaſaga* libr. 6. cap. 17. aut uxor Hauki de Alſtanes, de qva ibid. libr. 8. cap. 10.

September.

1. *Thorvaldus Giſſuris* filius, more ſeculi Prætor ſimul ac Sacerdos, vir magnæ auctoritatis, bonæ indolis ac famæ, fundator cœnobii Videyenſis, in qvo tandem vitam religioſam profeſſus, anno 1236 obiit.

December.

30. *Þórarin Þ. S.* poteſt eſſe Oddi illius frater, cujus obitus ad diem 1 Martii annotatur, qvorum pater erat Thorvardus Thorarini.

---

DE

## LIBRIS POENITENTIALIBUS ISLANDICIS.

§. 1.

De his ex condicto (ſupra pag. 133.) acturo, præprimis obſervanda eſt eorum antiqvitas, qvorum primus eſſe videtur *Liber Pœnitentialis* (Skriftabod) *Sancti Thorlaci*, Epiſcopi Skalholtenſis, qvi ab anno 1133 ad annum 1193 in vivis fuit, & maximam hujus temporis partem in legendo, ſcribendo, docendo & orando trivit, magnus præterea pietatis præco & zelotes fuit, gravesqve peccantibus præſcripſiſſe dicitur pœnitentias, cujus præſens liber clara dat documenta, multa liber habet antiqvitatis criteria, ut ejus initium non omnino improbabiliter ab ipſo Thorlaco ſcriptum videri poſſit, cui ſententiæ nos etiam ſubſcriberemus, niſi alia, eaqve non ſpernenda, argumenta impedirent, qvalia ſunt:

§. 2.

Ipſius libri verba initialia ſic ſe habentia: "Þeſſa ſkrift var hinn helge "Þorlákr vanr ad bióda," id eſt: *Tales pœnitentias Sanctus Thorlacus præ-*

*cipere solvit.* & sæpius "baud hann" ɔ: *præcepit ille.* Unde patet autorem libri diversum esse ab ipso Thorlaco. Vocat qvoqve Thorlacum *Sanctum*, sed sanctitas ejus 1198, integro qvinqvennio post ejus obitum, publice sancita fuit, unde patet librum post hunc annum concinnatum fuisse.

§. 3.

Alterum argumentum sumi potest a silentio Biographorum Sancti Thorlaci, qvi plures exstiterunt. *a*) Autor compendii, qvod exstat in fine libri *Hungurvaka*, qvi liber sine dubio ante annum 1200 scriptus est (vid. supra Tom. 3. pag. 201). *b*) Exstat in bibliotheca Magnæana fragmentum *Vitæ Thorlaci*, magnæ antiqvitatis, eodem scribendi & abbreviandi modo exaratum qvo antiqvissimum *Schedarum Arianarum* exemplar, & Latinum Fragmentum ejus vitæ ad modum *Hungurvakæ* compositum, sed diversum a compendio illo, qvod ea de Thorlaco exhibet, magnæ etiam antiqvitatis. *c*) Vulgaris illa *Thorlaci Vita*, Islandice, longo, post ejus fata, tempore concinnata, qvæ adhuc multorum manibus teritur, omnibus reliqvis multo uberior, & omnia vera & ficta continens, qvæ Sancto huic laudi esse Autor putavit. *d*) Plurimæ historiales lectiones de S. Thorlaco in *LANGEBEKII Script. Rer. Dan.* Tom. 4. Sed in omnibus his altissimum de hoc libro silentium indicare videtur illum eorum tempore nondum exstitisse, aut pro ejus genuino fœtu agnitum non fuisse.

§. 4.

Ipsum hujus libri argumentum innuere videtur esse eum potius excerpta qvædam & memoriale, diversas res ab aliis relatas & auditu exceptas, qvam librum pœnitentialem ab ipso Episcopo aut viro qvodam docto, data opera, & in sempiternam rerum memoriam exaratum, ut verisimillimum sit scriptum, esse hoc opusculum a Pœnitentiario qvodam aut sacerdote, qvi adhibito dudum mortui Thorlaci nomine, qvasi hæc ab ipso profecta essent, auctoritatem iisdem conciliare voluit.

§. 5.

Qvartum de novitate hujus libelli argumentum peti potest ex voce *gagnfasta*, qva autor sæpe utitur, eamqve gravissimis peccatis, ut sunt commixtio cum bestiis, aliæqve ejusmodi turpissimæ libidines, ut pœnam compe-

competentem præſcribit, qvæ alias, tam ante, qvam poſt Thorlaci ætatem carinis puniebantur. *Gagnfaſta* enim nec in *Codice Thorlako-Ketilliano*, nec in *Sturlungaſaga*, nec tandem in *Codice Arnæano* conſcripto anno 1274, unqvam nominatur, nec in Conſtitutione Pauli Archiepiſcopi, qvi Cathedram anno 1333 aſcendit, qvi eam certe nominaſſet, ſi tum in communi uſu fuiſſet, qvi graviſſimas pœnas eccleſiaſticas hoc modo enumerat: "Ero "þat þeſſe faull, ſem einge madur má afleyſa ne ſkifte ágiöra minne madr "enn biſkop, fyrſt í þeirre openberre ſkrift ſem ſett er fyrer openbera "ſtórglæpe, ſo ſem ero úteſtaudur, vatnfauſtur oc Carínur." (vid. ſupra Tom 1. pag. 521). Ubi notandum anno 1333 graviſſimas pœnas conſtitiſſe in interdicto templi, jejunio aqvæ, & carinis, nulla prorſus *gagnfaſta* mentione facta, qvod innuere videtur, id pœnæ nomen tum temporis ignotum & inuſitatum fuiſſe, qvod ſi ita eſt, ſeqvitur librum pœnitentialem Thorlaci recentiorem eſſe, & poſt annum 1333 conſcriptum.

§. 6.

Scriptus itaqve videtur hic libellus ſeculo demum 14, qvod non ita intelligendum, qvod res & materia, qvas tractat, tam novæ ſint, nec qvod Thorlacus & intermedii Epiſcopi, aut alii viri docti, tale qvid non reliqverint, res enim qvas tradit, certe ſunt ſummæ antiqvitatis, nec dubitandum Sanctum Thorlacum aliqvid tale Islandorum primum docuiſſe, reliqvos vero Epiſcopos ipſius veſtigia legiſſe, & forte aliqvid ejus præceptis addidiſſe, ipſi autem ob inſignem ſanctitatis famam, ad conciliandum operi & doctrinæ auctoritatem, omnia tribui. Ex eorum itaqve ſcitis compilatus videtur liber iſte, ita ut res qvas illi docuerunt, & pœnas qvas præſcripſerunt, contineat, mutatis ſubinde nominibus rerum & vocabulis, qvæ autoris ætate uſurpabantur, loco veterum adhibitis, qvod ſeqvioris ſeculi ſcriptoribus commune & valde uſitatum fuiſſe, ex multis aliis, tam indigenis, qvam exoticis Hiſtoriis & Documentis, clarius eſt, qvam demonſtratione egeat.

§. 7.

Huic locum ſibi vendicat proximum libellus Pœnitentialis Jörundo Thorſteini, Laurentio & Egillo, Holenſium Epiſcopis, aſſignatus, qvi ſupra Tom. 2. pag. 181. Lit. E. exhibetur, de qvo, ſi non plane idem, certe

ſimile valde noſtrum eſt judicium, ſcilicet non eſſe ab ullo horum ſcriptum hoc ſchediaſma, ſed eos, viros antiqvi moris tenaces, priorum Epiſcoporum exempla, & qvidem modeſtiora, ſecutos, tales, qvas ſcribit Autor, peccantibus injunxiſſe pœnitentias, autorem vero poſt omnium eorum mortem, id eſt poſt annum 1341, qvo obiit Egillus, hæc eorum ſcita collegiſſe, & in formam ſyſtematis redacta literis mandaſſe, adhibitis vocibus & loqvendi modis prout tum temporis vulgo uſurpabantur, unde non mirum, qvod nunc novis vocibus, nunc antiqvis qvidem, ſed in alio utantur ſenſu, qvam ante ſeſqvi ſeculum vel 200 aut plures annos habuerunt.

§. 8.

Inter novas, qvibus utuntur, voces eſt vocula *gagnfaſta*, qvæ antiqvioribus prorſus inaudita fuiſſe videtur, cum in eorum ſcriptis, qvæ de jejuniis agunt, non occurrat, de cujus etymo & vero ſignificatu, non eſt qvod multa diſputemus, cum omnia ad meras redeant conjecturas; Noſtra ſententia eſt vocem *gagnfaſta*, qvam *ſolidum jejunium* vocamus, non unum habuiſſe ſignificatum, ſed jejunia qvædam *indicta* omnibus, qvi juxta legum dictamen certis temporibus jejunare debebant, communia, vid. ſupra Tom. 1. pag. 165. §. 39. procedente tempore & creſcente zeli eccleſiaſtici rigore in injunctas & notoriis peccatoribus præſcriptas pœnitentias tranſiiſſe (Vide pag. 170. §. 46.), tandemqve longam, non minus qvam gravem eſuriem in aqva & pane, vel etiam in ſola aqva, non abſimilia carinis, aut cum illis idem, niſi qvod duratione forte diſcrepabant, nam carina antiqvitus duravit dies 40, ſed *gagnfaſta* nunc 20 dierum fuiſſe videtur conf. Tom. 2. pag. 188. "at vatnfaſta 20 nætur" & paulo poſt: "at vatna 30 "nætur" ɔ: *Jejunare in aqva* 20 *vel* 30 *noctes*, in eo etiam forte a carinis diſcrepaſſe videri poſſunt, qvod carinam ſuſtinentes in anguſta cella includebantur, de his vero id incertum eſt.

§. 9.

Cum ſeqventium Epiſcoporum libellus Pœnitentialis diſtingvat jejunia ſolida in majora & minora, diſtincta a 20 & 30 noctium jejunio, de *Majoribus* ita loqvens: "Haldi gagnfauſtum hinom meirum um 3 ár, á "þann hátt ad hafa einmælt hvítann mat á mánudaga, þurrann mat á mid-"vikudaga, vatnfaſta á fauſtudaga." i. e. *obſervet jejunia ſolida per triennium*,

*um, ita ut edat ſemel die lunæ lacticinia, die Mercurii cibum ſiccum, ſed die Veneris, jejunet in aqva.* Sed de *Minoribus:* "at halda uppe gagnfauſtum "hinum minnum á þann hátt ad hafa einmælt hvítann mat á manudága oc "midvikudaga" ɔ: *obſervet jejunia ſolida minora, ita ut ſemel edat lacticinia diebus Lunæ & Mercurii.* Qvæ apprime confirmant noſtram conjecturam, qvod jejunia *indicta* in *injuncta* tranſierint, nam jejunia qvartæ & ſextæ feriæ in *Codicis Thorlaciani* cap. 19. inter jejunia indicta numerantur; patet huic autori (gagnfauſtur) jejunia ſolida eſſe limitata dierum Lunæ, Mercurii & Veneris, ſed libro pœnitentiali Thorlaciano notari graviſſimas pœnas ob enormia flagitia inferendas. Diſtinctio autem inter *majores* & *minores gagnfauſtur*, partim ad dies referenda eſſe videtur, nam ſexti diei religio maxima, qvarti minor, ſecundi minima fuit, partim ad cibum his diebus capiendum, cum ſecundo lacticiniis, qvartò ſicco cibo, ſexto autem ſola aqva veſci licitum fuerit.

§. 10.

Sed, ut ſupra diximus, omnia hæc in meris ſita ſunt conjecturis, nec qvicqvam firmiter ſtatui poteſt, qvid vox *gagnfaſta* proprie ſignificaverit, qvamdiu duraverit, qvam gravis fuerit, aut utrum ad certum tempus alligata fuerit, id tantum veriſimile eſt, qvod notoriis peccatoribus, ob graviſſima peccata, tria talia injuncta fuerint; Sed ob minora unum aut duo, tempus autem ex arbitrio pœnitentiam præſcribentis pependiſſe videtur, eos autem qvi ex libro pœnitentiali Thorlaciano concludere volunt, tempus ante feſta Baptiſtæ, Michaëlis, & Andreæ, vocatum fuiſſe *gagnfauſtur* errare putamus, nam hujus rei nulla talis mentio fit, Autoris etiam ſcopus tantum fuit indicare qvomodo Thorlacus hæc jejunia indixerat & ordinaverat, ſed non qvod talia tempora certis his feſtis alligata fuerint, qvod ſi fuiſſet, omnibus ea fuiſſent obſervanda, qvod abſurdum videtur.

§. 11.

Id tandem hinc firmum fieri & pro certo haberi poſſe videtur, qvod vocula *gagnfaſta* habuerit ſenſum æqvivocum, ita ut nunc ſignificaverit longum injunctum jejunium, qvod non incommode vocari poteſt *jejunium ſolidum*, qvo ſenſu ſæpius in *libello Thorlaciano* occurrit, nunc

autem *jejunia indicta*, ut dies Lunæ, Mercurii & Veneris, qvibus alias ex legum præfcripto jejunandum fuit, qvam notionem in libello trium memoratorum Epifcoporum paffim obtinent. Tandem etiam hic obfervandum, qvod omnes pœnitentiæ, & confeqventer jejunia injuncta, ex Epifcopi, feu Pœnitentiarii, arbitrio pendebant, qvod clare patet tam ex ipfis legibus qvam actis Epifcoporum; Hinc Jonas Epifcopus Thordo Rodbertidæ facerdoti, qvi monialem conftupraverat, qvod graviffimum cenfebatur peccatum, nec carinas, nec gagnfauftur, fed alias pœnas injunxit, (Vid. fupra Tom. 2. pag. 387. Litr. F.) nifi id nomen fub diebus ab ipfo determinatis occultetur, qvod fi verum eft, apprime noftram (§. 9.) conjecturam confirmat.

§. 12.

Ut autem hæc majorem lucem nancifcantur, his librum pœnitentialem Thorlaci Epifcopi fubjungimus, exfcriptum ex binis exemplaribus pergamenis Bibliothecæ Magnæanæ (No. 624. 625 in Qvarto) inter fe collatis. Ubi tamen notandum eft, occurrere aliqvando hunc librum pœnitentialem, qvi plurima de fenfu myftico ceremoniarum continet, qvod tamen additamentum dicti libri pars non eft, fed fæpiffime feorfim occurrit fub titulo: *Meffufkíring oc allra tída.*

Skriftabod Þórláks Bifcups.

(*) Þeffa fkrift var enn helgi Þorlákur Bifkup vanr ad bióda fyrir ena ftærftu annmarka. IX vetur edur X fyrer þann hordom er karlar eigazt vid edur drygdur verdur vid ferfætt kvikendi. ad fafta gagnfauftur þriár á hverjum mifferum. eina fyrir Jónsmeffo baptifte. adra fyrir Michelsmeffo. þridiu fyrir Jolafauftu. oc fafta annanhvern dag í hverri viku oc tvær nætur. hann baud at falla tiutigum finna á knebed um langa fauftu oc Jolafauftu rum-

(*) Hanc pœnitentiam Sanctus Thorlacus Epifcopus ob fumma delicta imperare folebat: Novennalem aut decennalem ob delictum carnis, qvod mares mutuo committunt, aut qvod cum qvadrupedibus committitur; jejunia fcilicet folida tria qvotannis, unum ante feftum Johannis (Baptiftæ), alterum ante Michaëlis, tertium ante jejunium Adventus, & per alternos dies, duas autem cujusvis feptimanæ noctes, delinqvens, obfervato. Ille centum genuflexiones per tempus qvadragefimale, & fingulis per jejunium

rumhelgann dag hvern ef ei være IX leccior oc ſyngia iafn opt pater noſter. hvern fauſtudag ſkal madur taka rádning um langafauſtu fimm haugg id fæſta af vendi eda olu. ſvo ad ſárt verdi vid. varna vid fiadurklædum (oc ſvo vid linklædum) audrum enn hægendi um langafauſto oc jolafauſto, oc giora nauckura minningh knebediar falla á fauſtudaugum eda vigiliodaugum oc taka ei corpus domini þria (vetur) ena næſta epter. átta vetra ſkript eda IX þvílíka ſem ádur var talit baud hann ef kvongadur mann misþyrmer annars mans konu (med munadlife) enn ſinni oc verdur af því oſamþycki hvorratueggiu hiona. oc hafi þad ei alllítt í ouannda tekizt enn nauckuru linari ſkript ef nauckur er meire vægd um annmarka enn adur er talid. taka ei corpus Domini III vetur. ſiau vetra ſkript þvílíka ef okvongadur madur misþyrmer oheimilli konu oc ſvo ef madur misþyrmer oheimilli konu um enu efſtu dægur á XII mánudum. oc ſva fyrir lygi þá alla er vid liggur fe mikil edur omegd. edur metord edur hvad mikit er vit liggur. oc taka ei corpus domini einn vetur eda tvo eda þria. ef þeſſir hluter hafa miögh í ovanda tekizt. Ef madur mísþyrmer ſyſtrungo ſinne þa ſkal bioda ena leingzſtu ſkript IX vetur eda X þvílika alla ſem firſt er ritad. ef oſkylldari er manni þa ſkal atta vetra ſkript. Ef næſta brædra er VII vetra ſkript nauckuru linari V vetra ſkript. ef annara brædra er. fiögra vetra

---

nium Adventus diebus profeſtis, ſi novem Lectiones non habeantur, ac totidem Pater noſter recitanda, imperavit. Qvavis feria ſexta per tempus qvadrageſimale pœnitens loro aut virgis, ad minimum qvinqve ictibus, ita ut doleat, flagellator. Veſtimentis plumeis (ut & linteis) excepto pulvinari, per tempus qvadrageſimale & Adventus abſtineto, & ſpecimen qvoddam genuflexionum qvavis feria ſexta & vigiliis facito, & corpus Domini per proxime ſeqvens triennium ne ſumito. Talem, ac jam diximus, octennii aut novennii pœnitentiam indixit, ſi qvis uxoratus alterius uxorem (per ſalacitatem) violaverit, & inde utrorumqve conjugum diſcordia emerſerit, ac res haud parum in malam conſvetudinem abierit; ſed paulo mitiorem pœnitentiam ſi delicti circumſtantiæ non tam aggravantes fuerint, ac jam dictum eſt; A corpore Domini per triennium *talis* abſtineto. Similem qvoqve ſeptennalem pœnitentiam, ſi qvis cælebs mulierem, ad qvam ei nullum jus per ultimos anni dies violaverit, ut & ob mendacium qvodcunqve, qvod multæ pecuniæ, hominum ſuſtentandorum, dignitatum aut cujuscunqve rei momentoſæ conſtat; A corpore Domini *pœnitens* abſtineto per annum, biennium aut triennium, ſi hæ res in malam conſvetudinem magnopere abierint. Si qvis conſobrinam ſuam violaverit, tum maxime diutina novennii aut decennii, ſi vero remotior propinqvitas fuerit, octennii pœnitentia, qvalis ab initio deſcripta eſt, injungitor. Inter conſobrinum & conſobrini filiam, ſeptennalis, ſed paulo lenior qvinqvennalis pœnitentia

vetra ſkript. ef manni firnara er. þriggia vetra ſkript. ef þridia brædra er. einum manni nanari ad ſifium til iafnrar ſkriptar. þria vetur ena næſtu epter er madur hefur framit enar ſtærſtu haufudſynder ſkal hann vid varna ad taka corpus domini med niu vetra ſkript edur ſiau ef berir eru annmarkar eda miög í vannda tekizt edur nauckurn veg óſtillilega medfarit. enn hafa ei corpus domini einn vetur edur tva med fimm vetra ſkript edur ſex. Fyrir vidſkipti þeirra manna í milli er meinalauſt er kallat fyrir frændſemis ſakir ſkal koma þriggia vetra ſkript ſu er ek mun nu telia. Gagnfauſtur ſkal faſta þriár aa hverium miſſerum. faſta þria daga í viku oc tvær nætur. falla aa kne xtigumſinna annannhvern dag um langafauſtu enn annannhverndag fimtigum ſinna. oc ſyngia iafnopt pater noſter. einn vetur ſkal vidleggia þott enn ſami annmarki hendi ef einum er aflokit af ſkriptinne. Bioda ſkal ſva at þriggia vetra ſkript ſkal avallt fyrer haundum medan hann lifer ſvo at madur ſkilizt eigi vid annmarkann. alldregi ſkal leyſa fauſtu natta fauſtu enn leyſa ſkal aunnur dægur ef naudſyn þicker aa falla c fyrer dægur edur ſyngia L pater noſter edur gefa malsmat edur alin fyrir dægur tvau. Ef þeſſir annmarkar eru med meiri vanſtillingo enn allt þad ſe fyrir vanþyrmſlu drottinsdaga edur meſſudaga heilagra edur vigiliodægra edur enni ſmærri dægra um jolafauſto edur jolum edur ſe konu ei þyrmt

pœnitentia inter conſobrinorum liberos; uno gradu adhuc remotiore qvadriennalis; inter conſobrinorum nepotes triennalis, & æqvalis his pœnitentia ſi affinitas uno gradu propior fuerit, injungitor. Proximo, poſtqvam qvis delicta maxima & capitalia commiſit, triennio, a corpore Domini abſtineto, ſi novennalis aut ſeptennalis pœnitentia ei indicta ſit, & delicta publica fuerint, aut in conſvetudinem multum abierint, aut qvomodocunqve immodice perpetrata fuerint; ſed in qvinqvennali aut ſexennali pœnitentia a corpore Domini per triennium aut biennium abſtineto. Ob commercium, qvod marem & fœminam intercedit, & cognatio non aggravat, talis pœnitentia triennalis injungitor, qvalem mox deſcripturus ſum: jejunia qvotannis ſolida tria, tribus ſeptimanæ diebus & duabus noctibus obſervanda, alternis temporis qvadrageſimalis diebus genuflexiones centum, ſed reliqvis alternis qvinqvaginta, & totidem recitationes: *Pater noſter*. Unus additor annus, ſi delictum poſt unum pœnitentiæ annum abſolutum iteretur. Pœnitentia ita injungitor, ut per totam ætatem triennium ſemper ſuperſit, qvo pœnitentia durare debeat, qvamdiu delinqvens a peccando non deſiſtit. Jejunium nocturnum nunqvam redimi liceat, ſed, ſi neceſſitas reqvirere videatur, alia jejunia centum genuflexionibus, qvinqvaginta *Pater noſter* recitationibus, aut uno prandio, vel qvatuor ſolidis pro qvocunqve die, redimere licitum eſto. Si delicta violenta fuerint aut qvalificata, violationes ſcilicet dierum dominicorum aut feſtorum, vel vigiliarum, vel feſtorum minorum, vel temporis Adventus aut Natalitiorum, aut violatio mulieris

þyrmt þa er hun hefur vanyfli edur þa er barn er kviknad. edur horfi madur eptir (oheimille) konu til famrædis. edur ferr hann vid barngetnadi. fkal leggia vid fkript at fingia L pater nofter aa helgum daugum edur falla (tiutigum finnum) rumhelga daga jafnmarga fem hann hefur misþyrmt. þria vetur fkal madur ei taka corpus domini ef hann misþyrmir óheimilli konu joladag edur enn atta dag edur enn þrettanda dag. edur efftu dægur langafauftu edur pafcha dag edur uppftigningar dag edur hvitafunnu. oc fvo ef etid er kiöt aa langafauftu ef ærit er annat til. oc fvo ef madur giörir geig barni í konu þvi er nýkviknad er oc ef hann misþyrmer konu aa fængh. þo fkal madur þarfnaft þionoftu tekio med fimm vetra fkript nauckurt misferi ef hann misþyrmir langafaufto vid oheimila konu edur pafka viku edur hina helgu viku edur hinum ftærftum dægrum um jolafauftu edur ymbrudaugum um hauft. oc fvo ef ftolid er þvi er ei er alllitid edur oc meghi ei aptur giallda þad er ftolit er. oc fvo fyrir eida ófæra ef miög mikit liggur vid. Fyrir ftuld fkal bioda ad giallda aptur ef ma þad er ftolit er oc bioda litla fkript adra. enn mikla fkript fyrir mikinn ftuld ef ei ma aptur giallda. oc fe meirr ftolit fyrir illzku faker enn vefaldar faker. bioda fkal meira fyrir iafna fynd audgum enn fnaudum. fælum enn vefölum. meira ellrum enn tvítugum. bioda rádning fyrir ftuld oc bæna hald med knebediafaullum

---

mulieris menfibus ægrotæ, vel poftqvam embryo vitam accepit, vel fi qvis mulierem (non fuam) follicitaverit, aut fibi a liberis progignendis caverit, pœnitentia injungitor qvinqvaginta recitationes *Pater nofter* tot feftis diebus, aut centum genuflexiones profeftis, qvot (dies) violaverat. A corpore Domini per triennium abftineto, qvi mulierem, ad qvam ei nullum jus competit, fefto Natalitiorum, Circumcifionis aut Epiphanias Domini, aut ultimis temporis qvadragefimalis diebus, aut fefto Pafchatis, Afcenfionis Domini vel Pentecoftes, violaverit; ut & fi caro tempore qvadragefimali, dum alius victus haberi qveat, comedatur, vel periculum inferatur embryoni, qvi in utero matris recens vitam nactus eft; & fi qvis puerperam lecto adhuc affixam violaverit. Per annum aut diutius a facra cœna excluditor, & qvinqvennalem pœnitentiam exantlato, qvi per tempus qvadragefimale vel per hebdomadem pafchatis aut fanctam, vel dies maximæ obfervationis tempore jejunii Adventus, vel dies qvatuor temporum autumnales, mulierem, ad qvam jus non habet, violaverit, vel furtum majus commiferit, vel furto reftituendo impar fit, vel in caufa magni momenti pejeraverit. Ob furtum reftitutio ablati, fi fieri poffit, & parva pœna injungitor, major autem fi furtum fuerit magnum & reftitutio non fiat, furtum autem malitiæ magis qvam miferiæ caufa commiffum fit. Major pœna ob æqvale delictum diviti qvam pauperi, lauto qvam mifero, adultæ ætatis viro

iafaullum oc fauftum. fyrir þad fkal minzt bioda þeff er í loftafemi er misgiort ad vakanda manni ef hann faurgazt af blidlæti vid konu. meira ef hann faurgazt af haundum finum fialfs. meira ef hann faurgazt af þyckleik vid karla. meira ef hann faurgazt af tre borudu. meft ef hann faurgazt af annars mans haundum fyrir þeffa hlute fkal bioda knebediarfaull oc bænahalld um langafaufto oc nauckut af gagnfauftum. Ef madur misþyrmir kirkiu eda helgum ftaudum. eda vekur madur heiptarblod kriftnum manni. eda misbydur madur í nauckuru miög kennimanni. edur baulvar madur faudur finum edur modur. edur moder barni finu. edur gudlaftar madur edur hver firna verk er mann henda þau er nu eru talin. þa fkal bifkup fkript fkepia fyrir oc varazt ef leynt er ad bert verdi þott prefti fe helldur fagt enn bifkupi. fvo oc ef madur tekur konu naudga edur fitur madur uti til frodleiks edur fremur madur galldra edur magnar madur feid edur heidni. tolf alnar vadmals baud Þorlakur bifkup prefti ad gefa ef hann fteyper nidur kalek fidan er fungid er *qvi pridie.* edur veita fatækum manni halfan manad enn miklu minna ella. Ef preftur fyngur meffo fo ad hann hefur ei alla reidu þeffa til. hamettu. meffuferk ftolu. haukul. (handlín) corporal. kalek. patenu. vín. oc vatn. oblat. altarisftein vigdann faftann edur laufann. oc lios oc bækur fem ad fkyldu þarf ad hafa. II menn faftandi adrir enn hann fialfur. eda fyngi hann fleiri meffur a einum degi enn mællt er. edur lætur

viro qvam vicenario, injungitor. Ob furtum flagellatio, preces cum genuflexionibus & jejunia injunguntor. Delicta carnis, ea qvæ a vigilante committuntur, minima pœna condigna expiantor *& fic deinceps peccata contra naturam graviori pœna*, ob qvæ genuflexiones & preces per tempus qvadragefimale & qvædam jejuniorum folidorum injunguntor. Si qvis templa vel loca facra violaverit, vel fangvinem hominis chriftiani iratus effuderit, aut facerdoti qvalemcunqve vim intulerit, aut patri vel matri maledixerit, vel mater propriæ foboli maledixerit, vel fiqvis blasphemaverit, aut atrox qvoddam crimen, qvalia funt jam enumerata, commiferit, tunc Epifcopus pœnam præfcribito, & fi crimen occultum eft, ne difpalefcat, caveto, qvamvis vel facerdoti prius qvam Epifcopo confeffio facta fit. Ita & fi qvis mulieri invitæ vim intulerit, necromantiæ operam dederit, aut magiam, pyromantiam, vel veneficia ethnica exercuerit. Thorlacus Epifcopus facerdoti ex calice, poftqvam recitatum eft *qvi pridie*, aliqvid effundenti, duodecim ulnarum panni inqvilini multam, aut pauperis cujusdam per dimidium menfem fuftentationem, & in alio cafu multo minorem multam, indixit. Si qvis facerdos miffam, omnibus his reqvifitis non inftructus, dixerit, amictu fcilicet, alba, ftola, cafula, (manutergio) corporali, calice, patina, vino & aqva, hoftia, figillo altaris confecrato fixo vel portatili, lumine, libris neceffario reqvifitis, & duobus præter fe ipfum viris jejunis, vel fi plures miffas uno eodemqve die dixerit, vel fi fe miffam dicere fimulaverit, cum-

lætur hann ſem hann ſyngi meſſu þa er hann ſyngur ei. edur ſyngur hann i banni þeſſ er rada aa. eda eru berlega Guds bodord brotin þa ſkal biſkup ſkript ſemia enn preſtur bioda ef honum er tilſagt. Sýngia ſkal meſſu ef naudſyn ber oc þott miſſi altaris duks edur linnda. edur hanndlins oc þott ei ſe vaxlios oc ſe ei fyrir ohlydni ſakir gert oc ſkal þo tilleggia nauckura ſkript. Ef ſa gleymir nauckurre dagtíd er ſkyldur er til ad ſyngia allar tider þa ſkal ſyngia þegar tidena er i hug kemur ef má. oc lati fylgia *beati immaculati*. Ef konur eigazt vid unzt þeim leyſer girnd þa ſkal þeim bioda ſlika ſkript ſem kaurlum þeim er fremia hinn liotazta hordom ſin a mille edur vid ferfætt kvikendi. Ef madur ſpyrr aa paſchum edur þa er hann hefur adur nyliga tekit corpus domini þa ſkal bioda ad faſta ſex dægur eina edur þad annad er ſlikt ſe oc lati fylgia nauckut bænahalld. ef af ofati er edur ogá. enn ei elligar ef af vanheilſu er. greina ſkal um aull ſkriptabod af atburd annmarka edur hvort þeir hafa framdir verit opt edur ſialldan. med otta edur med akafa. med nauckurre yferbot nalegri edur aungri. med idrun epter unninn misverka edur athugaleyſi oc oga. berliga edur leyniliga af nauckurre vorkun edur aungri. greina ſidan ſtadi oc tider. aungum fulla ſkript fyrr enn XX eru oc virda alla yfirbot i ſkript þott hun hafi fyrr framkomit enn iatningin. leyſi aull dægur i gagnſauſtu

U 2 ef

cum tamen nihil recitat, vel ſi miſſam dixerit in interdicto ſuperioris competentis, aut coram ſtatutorum divinorum apertis transgreſſoribus; tum Epiſcopus pœnitentiam ſtatuito, ſacerdos autem, ſi ei injunctum fuerit, promulgato. In caſu neceſſitatis miſſam dicere licet, qvamvis non adſit palla altaris, cingulum, manutergium vel cereus, ſi contumacia in cauſa non ſit, ſed tamen aliqvalis pœnitentia idcirco indicitor. Si qvis cujusdam horæ canonicæ oblitus fuerit, qvi omnes obſervare tenetur, qvam primum recordatus fuerit, & poterit, canito, & *beati immaculati* addito. Si mulieres mutuam rem habeant, — eadem pœnitentia iis indicitor ac viris qvi turpiſſima delicta carnis invicem aut in qvadrupeda committunt. Si qvis feſto paſchatis aut poſt recens acceptum corpus Domini vomuerit, ei ſexies duodecim horarum jejunium alternum, ſi ex nimio cibo aut intemperantia, ſed non ex adverſa valetudine acciderit, injungitor, & qvædam preces adjunguntor (*). Qvoad omnem pœnitentiam indicandæ ſunt delictorum diverſæ circumſtantiæ, ſive ſæpe, ſive raro, cum timore vel ardore, cum aliqvali aut prorſus nulla emendatione, cum reſipiſcentia poſt crimen peractum aut ſocordia & imprudentia, aperte aut occulte, ex qvadam aut nulla conniventia, commiſſa fuerint; Poſtea loca & horæ facti indicandæ ſunt; Nemini plena pœnitentia, niſi ob delictum viceſimum injungitor, & omnis emendatio, etiam qvæ confeſſionem præceſſit, in pœnitentia præſcri-

(*) *Hic deſinit Membrana citata; No. 624.*

ef madur vill nema faustu nætur falla tiotigum sinna a knebed fyrir eitt dægur edur syngia simtigumsinna pater noster. gefa skal oc heldur ef vill aumingia malsmat edur alin firir dægur tvau. þiggia leysi aull medan hann er i skript ecki ma þau fyrna fyrer. heiler menn oc hrauster skulu svo a knebed falla ad bædi komi nidur kne oc olbogar.

Nu er yferfarit um þau bodord er hinn sæli Þorlakur biskup baud. enn ver haulldum þeim hörmulega upp þo ad hann byggi off hóglega i hendur. Eigi leysum vier þionustotekiu fyrir þa hluti er hann bannadi oc biodum vier oc ad nauckut verdi halldin su skript sva nauckuru leingi sem hann baud. Gagnfaustur linari oc minni knebedia faull. aa hinum smærrum skriptum allt hit sama um línklæda vaurnun edur fiadur klæda sem hann baud. oc radning oc bænahalld. ei baunnum vier corpus domini ad taka þo aa hleckizt þeim maunnum um sitt rad er i hiuskap eru bundner i adra stadi eitt sinn edur tvisvar oc verdi þad ei opinbert ne hionum ad sundurþycki oc se heitid aflati oc ifirbot. heimilt latum ver hvoriu hiona ad hallda skript fyrir annat um þad allt er þau skulu bæta þad er þeirra aa milli er. leysum ver at syngia þa er heilagt er þo at faustur skuli leysa. Minning

præscribenda respicienda est. Omnes, si libitum fuerit, jejuniorum solidorum dies, exceptis noctibus jejunio transigendis, centum genuflexionibus aut qvinqvaginta *Pater noster* recitationibus pro qvibuslibet duodecim horis, aut si magis placeat unius prandii vel qvatuor solidorum in qvendam pauperem erogatione pro qvibuslibet viginti qvatuor horis, redimere licitum esto. Dum pœnitentia durat, pœnitens omnium indulgentiarum capax esto; illæ differri non possunt. Sospites & bene valentes genuflexiones ita instituere debent, ut tam genua qvam cubiti terram tangant (*).

Jam statuta, qvæ beatus Episcopus Thorlacus sanxit, enumerata sunt, qvæ nos ægre observamus, qvamvis ille ea nobis leniter tradiderit. Sacramenta non concedimus in illis casibus, in qvibus ille interdixit, præcipimus etiam ut pœnitentia qvadamtenus æqve diutina injungatur, ac ille præcepit. Jejunia solida mitiora & genuflexiones pauciores *posthac* sunto; in pœnitentiis minoribus eadem esto abstinentia a vestimentis lineis & plumeis, qvam ille injunxit, & eædem flagellatio & preces. A corporis Domini acceptione non arcemus matrimonii vinculo obstrictos, qvamvis semel aut bis cum aliena delinqvant, si non palam fiat, discordia conjugum inde non oriatur, & cessatio delicti ac emendatio promittantur. Singulis conjugum concedimus pœnitentiam pro altero subire, ob omnia qvæ illos mutuo intercedunt & expianda sunt. Officia sacra die festo peragi permittimus, etsi jejunia redimenda sint. Specimen omnium jejuniorum

(*) *Hic finis est statutorum S. Thorlaci Episcopi, seqventia ab Episcopo qvodam vel Pœnitentiario seqvioris seculi adjecta esse videntur.*

Minning allra gagnfaſtna biodum ver ef vid eina konu er oc meinalauſt oc falla fimtigiſinna annannhvorn dag um fauſtu enn annann þriatigi oc ſvo at ſyngia pater noſter. Eigi baunnum ver þeim maunnum þionoſtu tekiu þott eigi gæti verkdaga i paſcha viku edur i helgu viku fyrir utan ymbrudaga edur nauckura daga aa langafauſtu aunndverda fyrir utan haufud daga oc ſe bratt tilſagt oc vel aunnur ſkript end. Ef madur hittir i hina ſtærſtu vanhægi ennda hafi adur hino leingſta edur hino ſtærſtu ſkripter hafi hann nauckura enndalauſa ſkript i bæna halldi edur mannaminningh edur falla fimm ſinnum aa knebed fauſtudaga edur ſyngia atta ſinnum pater noſter ſunnudaga alla. ſyngia paſchanott þriatighe pater noſter ef hann hafdi adur þionuſtubann haft id eſt precium ei.

Forma jurandi ipſius principalis perſone erit talis. Ego iuro qvod (non) feci iſtud de qvo ſum infamatus per me vel per ſubmiſſam perſonam cui mandaverim nec conſilium dedi nec auctoritatem. Compurgatores vero iurabunt ſic: Nos credimus qvod ipſe iuravit verum. vel eſſe verum qvod iuravit.

Penitencia XIIII annorum pro gravioribus culpis inceſtuum cum propinqvis in ſecundo gradu vel in primo gradu affinitatis & ſimilibus inprimis.

U 3 Faſti

juniorum ſolidorum, ob delictum carnis cum una muliere ſine inceſtu commiſſum, alternis diebus jejunii qvinqvagenis, alternis autem tricenis genuflexionibus, & *Pater noſter* recitationibus fieri jubemus. Sacramenta iis non interdicimus, qvi non obſervant dies profeſtos ſeptimanarum paſchatis & ſanctæ, exceptis diebus qvatuor temporum, in initio temporis qvadrageſimalis, præter dies capitales, ſed culpa ſtatim indicetur & reliqva pœnitentia probe exantletur. Si qvis caſibus maximis innodetur, qvi antea graviſſimæ & maxime diutinæ pœnitentiæ ſubjectus fuerit, adhuc alia pœnitentia ſempiterna ei infligitor, conſiſtens in precibus, qvinis genuflexionibus qvavis feria ſexta, aut octonis *Pater noſter* recitationibus qvovis die ſolis, tricenis recitationibus *Pater noſter* qvavis vigilia paſchatis, ſi antea a ſacra cæna ei erat interdictum; id eſt pretium ei.

(*) Forma jurandi ipſius principalis perſonæ erit talis: Ego juro qvod (non) feci iſtud de qvo ſum infamatus per me vel per ſubmiſſam perſonam, cui mandaverim, nec conſilium dedi nec auctoritatem. Compurgatores vero jurabunt ſic: Nos credimus qvod ipſe juravit verum, vel eſſe verum qvod juravit.

Pœnitentia XIV annorum pro gravioribus culpis inceſtuum cum propinqvis in ſecundo gradu vel in primo gradu affinitatis & ſimilibus; inprimis:

Carenam

(*) *Seqventia manifeſte huc non pertinent, ſed cum eadem manu ſcripta in Codice membraneo No. 625. immediate ſeqvantur, & ad doctrinam de pœnitentia pertineant, ea lubentes ſubjungimus.*

Fasti karino XL daga vid vatn oc braud. gangi berfættur oc komi ei i kirkio. hafi ei reidſkiota. hafi ei linklædi. beri ei vopn. hafi ei ſamneyti vid nauckurn mann i ſvefni i mat edur dryck adur karina lýkur. undir valldi ſkripta ſaudur. edur at tyna epter naudſyn oc tilfellum nauckut i fæzlu fangi. varni med aullu moti vid konu ſamlagi. ſe i ſama ſtad oc reiki ei vida til forvitne edur ſkemtanar. ſýngi pſaltara aa huerium II dægrum i karino. hafi tuímællt þurt drottinsdaga. enn ad lidnum XL daga þvoizt hann oc taki ſkóklædi oc láti hár ſitt ſkera. ſtandi utan kirkio eitt aar nema frá ſkírdegi fram um Paſcha viku. oc jól fram um atta dag. þrett-anda dag. uppſtigningar dag. hvítaſunnu dag. oc Mario meſſo fyrri aa ſumar. annat aar nema helga daga. þriu þadan af um jolafauſto oc langa-fauſto oc gagnfauſtur. taki ei þiónuſto innan þriu aar nema i líſsháſka. halldi gagnfauſtum XIIII vetur. eti þurt manadaga i þeim oc midvikudaga enn vatni fauſtonætur i þeim. faſti þurt langafauſtur i þeim oc vatni fauſtudaga oc ſyngi pſaltara tvo med hverri viku. VII annos aut amplius. Vatni firir poſtula meſſur laughelgar oc allar Mariu meſſur innan VII aar. oc III friá daga i imbrudaugum oc fylgi ſlikt i knefaullum oc bæna halldi eda

---

Carenam per qvadraginta dies in aqva & pane jejunato, nudipes incedito, & templum non intrato, eqvo ne vehitor, veſtimentis lineis abſtineto, arma ne portato, convictu cum omnibus hominibus qvoad ſomnum, cibum vel potum, careto, usqve qvo carena, ſub Confeſſionarii arbitrio inſtituenda, abſoluta fuerit, & pro re nata ac circumſtantiis parte victus privator, commercio cum fœmina prorſus abſtineto, in eodem loco ſubſiſtito, nec multum joci aut curioſitatis ergo ambulato; Qvovis viginti qvatuor horarum, dum carena durat, ſpatio, Pſalterium recitato, die dominica bis ſiccis veſcitor. Poſt abſolutos qvadraginta dies lavator, calceamenta reſumito, & crines tondeto; Per integrum annum extra templum ſtato, præterqvam inde a die Viridium usqve ad finem hebdomadis paſchatis, per natalitia Domini usqve poſt feſtum Circumciſionis, feſto Epiphanias, Aſcenſionis, Pentecoſtes, feſto Mariæ priori in æſtate. Altero anno itidem, præter qvam diebus feſtis. Inde per triennium itidem extra templum ſtato per tempus Adventus & qvadrageſimale ac jejunia ſolida. Sacram cænam intra triennium, niſi in periculo vitæ conſtitutus, ne ſumito; jejunia ſolida per qvatuordecim annos obſervato, qvo tempore feria ſecunda & qvarta in ſiccis, noctibus autem in aqva jejunato. Per tempus qvadrageſimale dicto temporis ſpatio in ſiccis, feria vero ſexta in aqva, jejunato, & duo pſalteria qvavis ſeptimana recitato.

Septem annos aut amplius.

Jejunato in aqva ante feſta Apoſtolorum lege recepta, & omnia feſta Mariæ, per ſeptennium, ut & tres dies Veneris qvatuor temporum; Adjicitor tantum de genuflexionibus & precibus vel eleemoſynis, qvantum convenire reputabitur.

Pœniten-

eda aulmoſogiördum ſem þá ſyniſt hæfa. Æſinlig ſkript. vatni firir allar Mariomeſſur oc ſýngi i hverri ſimtigum ſinna verſit Ave Maria. Gefi aulmoſu VII álna virde aa huerium XII mánudum. enn ſyngi hvern dag VII ſinnum Pater noſter oc Ave Maria oc med knefalle ef ei er heilagt.

Penitencia propter adulterium. Vatni XL nátta oc ſýngi pſaltara ſafnmarga. hafi lukt firir Paſchir. varni vid badi oc laug línklædum oc fiadurklædum nema hægendi med vatnfauſtum. ſtanda utan kirkiu firſtu XII mánade nema um jól oc paſcha oc adrar hærſtu hátider. enn þadan af II aar um langafauſtu. jólafauſto oc gagnfauſtur. taki ei þiónoſtu innan III aara nema i lífs háſka. halldi gagnfauſtur VII vetur moti Jónsmeſſo baptiſte. Michelsmeſſo oc Andresmeſſu. hafi einmællt oc þurt mánudaga oc midvikudaga i gagnfauſtum oc vatni i þeim fauſtunætur þria vetur edur fimm. oc ſýngi pſaltara med hverri viku i gagnfauſtum. vatni fyrir Mariomeſſur allar innan VII vetur oc þria friádaga i ymbrudaugum. Hec adiciantur ſi placet. Faſti þurt þriar langafauſtur edur vatni tvær nætur i viku. falli aa kne i kirkio edur firir kroſſi ſimtigum ſinna rumhelga daga um lángafauſtu enn XXX ſinnum um jólafauſto. aut amplius. aut minus. gialldi þriár

Pœnitentia ſempiterna:

Jejunato in aqva ante omnia feſta Mariæ, ſimulqve in qvovis hoc jejunio qvinqvageſies verſum, *Ave Maria*, recitato. Eleemoſynam duorum de triginta ſolidorum qvotannis erogato, ſed *Pater noſter* & *Ave Maria* qvotidie ſepties recitato, adjectis, ſi dies feſtus fuerit, genuflexionibus.

Pœnitentia propter adulterium:

Qvadraginta noctibus in aqva jejunato, & totidem pſalteria recitato, ita ut ante paſcha hæc abſolverit; Abſtineto a balneis & lavacro, veſtimentis linteis & plumeis, præter pulvinar, dum in aqva jejunat; Extra templum per proximum annum, niſi tempore Natalitiorum, Paſchatis, & aliorum feſtorum ſummæ obſervantiæ, & exinde per biennium tempore qvadrageſimali, Adventus, & jejuniorum ſolidorum, permaneto. A ſacra cæna per triennium, niſi in vitæ periculo, abſtineto. Jejunia ſolida ante feſta Johannis Baptiſtæ, Michaëlis & Andreæ obſervato; In illis ſemel veſcitor ſiccis feria ſecunda & qvarta, & noctibus aqva, per triennium aut qvinqvennium, & qvavis hebdomade jejuniorum ſolidorum pſalterium recitato. Ante omnia feſta Mariæ per ſeptennium, ut & tribus diebus Veneris in qvatuor temporibus, in aqva jejunato. Hæc adjiciantur ſi placet: Per terna tempora qvadrageſimalia in ſiccis, aut duabus cujusvis ſeptimanæ noctibus in aqva jejunato; In templo aut coram cruce diebus profeſtis temporis qvadrageſimalis qvinqvageſies, ſed tempore Adventus trigeſies, in genua procumbito, aut amplius aut minus; Tres marcas erogato.

Hæc

þriár merkur. Þessi er æfinlig skript. Vatni firir Mario messo aa faustu oc fæde fátækann mann siálfann dæginn oc syngi L sinna versit Ave Maria. Sýngi huern dag VII sinnum pater noster. eda hvern friádag V sinnum edur huern þuottdag VII sinnum Ave Maria. eda huern sunnudag VII sinnum pater noster med Ave Maria.

Leysi vatnfaustu med olmosugiord ad fæda fatækann mann einn edur tvo edur þriá. enn eti þá þurrann mat. leysi med psaltarasaung vatnfaustu oc hafi þurt. leysi utistaudu helga daga fædi iafnopt fatækann mann.

---

Hæc est pœnitentia sempiterna: Ante festum Annunciationis Mariæ in aqva jejunato, sed ipso festo pauperi cuidam victum suppeditato & versum *Ave Maria* qvinqvagies recitato. *Pater noster* qvotidie septies, aut qvavis feria sexta qvinqvies, aut qvavis feria septima septies *Ave Maria*, aut qvavis die dominica septies *Pater noster* cum *Ave Maria* recitato.

Jejunium in aqva eleemosyna, victu scilicet unius duorum aut trium pauperum, redimitor, ipse autem pœnitens tunc siccis vescitor. Jejunium in aqva recitatione psalterii redimere licet, & tunc siccis vesci. Exclusionem diebus festis a templo redimere licet æqve multis prandiis in pauperem qvendam erogandis.

---

## Tom. II.

Pag. 3. §. 2. petere; Lege: peterent.

Pag. 26. not. *certo scitote nos mandata;* Lege: *certo scitote, mandata.*

Pag. 29. not. *invicem;* Lege: *vicissim.*

Pag. 35. §. 44. Qvi sive fortuito scapha; Lege: Qvi sive fortuito, sive scapha.

Pag. 48. not. qvis sacerdos decimam; Lege: qvivis sacerdos ad decimam.

Pag. 54. not. f. præcipiebatur, jurasse; Lege: præcipiebatur, juraturum fuisse.

Pag. 81. not. sua singuli dictione; Lege: sua singuli ditione.

Pag. 82. tesqvarum; Lege: tesqvorum.

Pag. 87. lin. ult. bes reliqva; Lege: bes reliqvus.

Pag. 89. not. g. lin. 1. ea conditione, ut; Lege: ea conditione consecravit, ut.

Pag.

Pag. 96. Litr. M. millesimo vicesimo; Lege: millesimo trecentesimo vicesimo.

Pag. 110. not. homines semet emendent; Lege: homines emendent.

Pag. 129. Litr. E. & not. e. 1358; Lege: 1378.

Pag. 130. not. f. qvanta patrem meum; Lege: qvanta me & patrem meum.

Pag. 134. not. b. lin. ult. unum qvemqve; Lege: unicuiqve.

Pag. 139. not. b. unius, sed templum Vatnsfiordense solum possidet balenam, si octogepondio minor sit.

Pag. 142. §. 3. Addatur hæc nota: (a)

Pag. 142. §. 4. liberatum, jubebantur; Lege: liberatum ire jubebantur.

Pag. 145. §. 7. Addatur hæc nota: (b)

Pag.

(a) Celeberrimus *TORFÆUS Hist. Norveg.* Tom. 4. pag. 438. de Jörundo Holensi Episcopo ita scribit. *Canonicorum Nidarosiensium hic primus suo tempore exstitit, longoqve tempore Regi Haconi a rationibus per Thrandiam fuerat, ei tum acceptissimus, hinc Ecclesiæ in Thrandanesia diu præfuerat, vir admodum opibus pollens.* Sed, ut puto, perperam; Nam Jörundus natione Islandus, & ut videtur, non pecuniosus, prima vice anno 1258 in Norvegiam transiit, indeqve brevi rediens in familiam Sigurdi Episcopi Skalholtensis adscitus est, in qva vixisse videtur usqvedum ad Episcopatum Holanum evectus est; Nam anno 1265 eundem petiturus ex Islandia in Norvegiam denuo transiit, sed Rex Hacon mortuus est anno 1263, ut impossibile sit illum ei diu a rationibus fuisse, nec verisimile illum ecclesiam Thrandanesensem, si eam unqvam adeptus fuisset, cum gratuita qvadra Skalholtensi permutasse. Competunt itaqve omnia hæc, non Jörundo, sed ejus in officio successori Audino Ruffo, qvæ notavimus, non ut arguamus, sed ne ipsi erroris argui possimus.

(b) Comprobare hoc exemplum videtur, qvod absolutioni vim qvandam physicam corpora penetrantem tribuerint, alias enim eadem exhumare, opus non fuisset, sed suffecisset eandem palam ex suggestu, vel alio solenni modo coram populo, aut super sepulcrum pronunciare, idem etiam confirmat absolutio incisa seu mutilata, cum qvosdam summe enormes peccatores, nec a culpa, nec a reatu peccati, sed tantum ab ea ejus affectione, qva alios sua conversatione & contractu inqvinarent, nam cum peccato talem vim tribuerint, non mirum qvod absolutioni eandem attribuerint. Conf. *Sturlungasaga* lib. 9. cap. 33. de Thorvardo & Thorgilso, eorumqve asseclis, qvi in prælio Thveraensi multos viros occiderant. Legitur *þeir ridu uppa Grund oc leyste Eyólfr Abóte þá til samneytis vid adra menn.* Sed perfectæ absolutionis a culpa & reatu mentio fit cap. 36. qvam ab ipso Episcopo postea expetiverunt.

Pag. 145. § 8. not. a. Dicitur Arnæ Epiſcopo commiſſa fuiſſe *minor cauſa*, qvod ad rem pecuniariam refertur; ſed, ut videri poteſt, minus accurate, cum illud *minor* aut *major cauſa* forte referendum ſit ad cauſſas ipſas, ob qvas Oddus diris devotus fuit, ſcilicet vis templo Hvammenſi illata & captivatio Epiſcopi.

Pag. 147. §. 11. indignati; Lege: indignanti.

Pag. 165. not. ampleĉtemini; Lege: ampleĉtamini.

Pag. 167. not. beneficia nos; Lege: Beneficiatos. — in nos contingant; Lege: in nos non contingant.

Pag. 179. §. 12. detraĉtaret; Lege: detreĉtaret. §. 13. præſens; Lege: præſentem ſe.

Pag. 184. not. Nos Laurentius; Lege: Nos Frater Laurentius.

Pag. 190. eadem ac pro ſimplici adulterio pœna condigna infligenda eſt: Adde: carenam ſcilicet, niſi qvod pro circumſtantiis decem noĉtes condonare ſolitum eſt.

Pag. 205. §. 4. interneciem; Lege: internecionem.

Pag. 224. not. erogato; Lege: obſervanto.

Pag. 227. Adde: Longo tempore, poſtqvam §. 3. & 4. de Johanne Nyſtæd, Balthazare diĉto de Damm, & Johanne Pauli, ſcripſimus, incidit in manus noſtras hujus *Johannis Pauli Relatio* (a), qvam aliqvando fuiſſe Arnæ

(a) *Hanc, cum plura de deſolatione templorum & varia notabilia ad ſtatum publicum Islandiæ pertinentia contineat, hic exſcribere non gravabimur:* Iſti ſunt articuli cauſarum & transgreſſionum, qvos Officiales Illuſtris Regis Norvegiæ & Daciæ &c. habent contra illos qvi de villa de Hull & aliis locis Angliæ, per plures annos ad Iſlandiam navigio devenerant, contra leges Regni Norvegiæ & contra antiqvas conſvetudines, contra ſtatuta & ordinationes ejusdem regni ab antiqvo ſancitas, & etiam contra ſpecialem inhibitionem Illuſtriſſimi Regis Norvegiæ & Daciæ, in magnum præjudicium & derogationem Juris Regii & Coronæ, ac etiam inhabitantium regnum, nec non mercatorum extraneorum ejusdem regni licita mercata viſitantium; Et hoc fecerant prædiĉti contra ut præmiſſum eſt & contra voluntatem noſtram vi & violentia. Eſt autem omnibus extraneis prohibitum in legibus & ſtatutis, ne ad Iſlandiam deveniant, ſub privatione vitæ & bonorum, ne etiam ad Halgalandiam ſeu Finmarchiam, nec etiam indigenæ poſſunt ad Iſlandiam navigare absqve ſpeciali licentia Regis Norvegiæ, nec poſſunt ſic licentiati deferre piſces *Stokfiſk* ad alias partes ſeu loca, niſi ſolummodo ad civitatem Bergenſem, qvam vocant hic *Nortberne*, qvia ibi eſt generalis ſtapula de *Stokfiſk*, ſicut Caliſiæ de lana, & ad eandem civitatem Bergenſem poſſunt indifferenter, tam extranei qvam indigenæ, venire cum mercimoniis ſuis qviete, & vendere & emere, tam piſces *Stokfiſk*

Arnæ Magnæi comprobat ipſius manus, qva marginalia qvædam ſcripta & ſphalmata ſcribæ correcta ſunt; Scripta eſt hæc relatio anno 1425, & di-

recta

*Stokfiſk* qvam alia, ſolvendo Regi Norvegiæ ea qvæ ei de jure & ſtatuta conſvetudine tenentur. Item jus Regis Norvegiæ fuerat ſemper prius, qvod qvi licentiam a Rege habuerat transeundi ad Iſlandiam, qvod ipſe Rex Norvegiæ habuit pro proprio qvartam partem cujuslibet navis ad Iſlandiam tranſeuntis, & cum hoc libere ſex piſces de qvolibet centenario in Nortberne: De qvibus Rex Norvegiæ nihil habuerat, poſtqvam iſti adiverant ad iſtas partes; Et hoc redundat Regi & Regno qvaſi in infinitum damnum. Item iſti tranſeuntes ad Iſlandiam occiderant ibi aliqvos homines Regis Norvegiæ, & qvam plurimos vulneraverant, plures captivos tenuerant, multos etiam ſpoliaverant bonis ſuis, & præſertim bona Regis Norvegiæ receperant multotiens violenter. Item qvidam eorum ſpoliaverant eccleſias, & qvasdam flamma & incendio deſtruxerant. Item naves de Norvegia non poſſunt ſecure tranſire ad Iſlandiam, nec ibi pacifice manere, qvin iſti de Hull & aliis locis &c. inferunt eis damna pericula & incommoda qvam plurima. Item Rex Norvegiæ ſcripſit pro uno notabili viro ad Iſlandiam, qvi vocatur Thorleff Arnasſon, qvod veniret ad ipſum, qvi cum in propria navi veniret circa Feröy, venit ad eum in crepuſculo una magna navis cum hominibus Anglicis, qvi deſtruxerunt navem ipſius & vulneraverunt homines ſuos & cum magna difficultate deſtructa navi applicuerunt ad Feröy, hoc eſt ad unam inſulam Regis Norvegiæ ſic vocatam. Anno Domini M.CD.XX. Nicolaus Dalſtunn cum ſociis ſuis captivaverunt me Johannem Paulſon Officialem Regis Norvegiæ, poſtqvam interfecerunt famulum meum Tideke Bekker & alios vulneraverunt usqve ad mortem, non obſtante ſalvo conductu & treugis pro tempore illo, meqve IX diebus in ſuis navibus tenuerunt violenter, & pro dicto homicidio, neqve Regi neqve Epiſcopo emendam unqvam fecerunt. Inſuper eadem qvaſi hora receperunt ſcapham Regis Norvegiæ violenter projicientes bona ipſius de illa, hac & illac, ad valorem CCC. nobilium, qvæ bona propterea erant deperdita pro majore parte. Item eodem anno prope Epiſcopatum Hollenſem Anglici percuſſerunt qvemdam Presbyterum, yconomum Eccleſiæ Cathedralis, nomine Jon Paulsſon, & hoc furtive in treugis. Item eodem anno prope Epiſcopatum Hollenſem, in portu dicto Skagafurde, applicuerunt tres naves de Anglia, ex qvibus navibus aſcenderunt homines ad terram in multitudine magna, inter qvos erat qvidam nomine Richard, qvi hoc anno præſenti erat ductor navis Roberti Holm, & aſcenderunt cum vexillo ſuo extento & manu armata & trumpetis & interſigniis belli, dicentes ſe velle captivare, deprædare, & occidere, tam maſculos qvam fœminas, & omnes qvos comprehendere poſſent, qvod etiam feciſſent, ſi non fuiſſent cum Dei auxilio per homines terræ repulſi, & eo tempore, exceptis aliis innumerabilibus damnis per eos factis, qvendam notabilem ligeum Regis nomine Jon Ibe captum ſecum duxerunt ad qvandam inſulam, & truncaverunt eum capite absqve juſtitia; Item eodem anno ſpoliaverunt de reditibus Regis in Veſtmannö IX Leſtas piſcium ad valorem CXXX marcarum. Fuerunt Principales in iſto facto Jon Morys, Rauulſn Tirringtonn cum ſociis ſuis; Item deſtruxerunt unam navem de Nortberne in mari, & vulneraverunt homines, & unum

inter-

recta ad Senatum Regni Norvegici, cujus responsum eidem affixum est. In eadem Paulinus prolixe enarrat, mercatorum aut prædonum Anglorum ex

---

interfecerunt, qvi vocatur Jesse Jute, & hoc eodem anno qvo supra. Item anno Domini MCDXXII Rauulin Bek & Johannes Persy intraverunt Curiam Regis Bessastad cum violentia, & ibi qvendam hominem, famulum Johannis Nystadh, cum cultellis in cimiterio vulneraverunt lethaliter, qvæ Ecclesia propterea destructa est, ac etiam curia Regis ibidem est desolata propter incursus & violentias ipsorum. Item Anno Domini MCDXXIII. dum noviter de Norvegia cum mandato & litteris Illustris Regis Norvegiæ & Daciæ &c. intraveramus Islandiam, & ipsi de Hull ac aliqvi etiam de Lenn noviter navigio devenerant in terram illam, misimus eis nuncium circa festum Pentecostes qvod venirent ad certum locum, qvi vocatur Eseberich, & haberent salvum conductum. Ipsi vero ex parte omnium miserunt ad nos ad eundem locum Eseberch aliqvos, inter qvos erant Thomas Dale, Robertus Borne & Henrichus Auystine, significavimus tandem eis de literis Regis Norvegiæ &c. prohibitoriis, nec accederent ad terram illam sub privatione vitæ & bonorum. Ipsi autem dicebant se habere litteras promotorias Regis Angliæ Serenissimi in navibus illorum, præsertim ad Officiales Regis Norvegiæ & Daciæ &c. in terra Islandia, qvod non infestarentur ab eis. Nos creduli in verbis illorum, præfiximus terminum usqve ad festum nativitatis beati Johannis Baptistæ, qvod vellemus venire ad portum ubi applicuerant, ad videndum easdem litteras, qvas dicebant se habere a Rege Angliæ &c. & qvod non infestaremus ipsos interim nec ipsi nos in aliqvo. Cum autem ad terminum præfixum venirem ego Johannes Pauli, Presbyter, Officialis Regis Norvegiæ &c. venit qvidam Johannes Persy, Rauulin Beck, Thomas Bell ex parte omnium ad Curiam Regis Norvegiæ &c. Bessastadh, qvæ ibi est situata prope portum Hafneford, simulando pacem dixerunt, qvod ille qvi inter illos custodiebat literam illam, noluit ipsam ostendere. Ego autem confidens in verbis illorum & in treugis positis, ex utraqve parte invitavi ipsos ad mensam; Nobis vero sedentibus in mensa, miserunt clam unum de suis, qvi vocatur Thomas Bell, ad vocandum socios eorundem circa 50, cum arcubus, qvos furtive prope posuerant in insidiis, ipsis vero ex abrupto irruentibus, cum maxima difficultate eqvestris evasi. Item postqvam Islandenses audiverant literas prohibitorias Regis Norvegiæ & Daciæ &c. ne cum Anglicis mercarentur, ipsi statim desistebant a mercatione illorum, volentes, ut oportuit, servare mandatum Regis sui. Anglici hoc percipientes, scripserunt concito literas comminatorias ad communitatem terræ, qvæ est penitus pauper, simplex & inermis, ita qvod si nollent mercari cum illis, ipsi nihilominus vellent habere pisces illorum violenter, ipsis invitis, retinueruntqve pisces qvorundam violenter, reddentes eis postea pro illis aut parum aut nihil, nec potuerunt Islandenses habere qvantum sufficeret eis ad sustentationem vitæ de piscibus propriis, qvibus communiter utuntur pro pane, qvia pane carent & similiter cerevisia & frugibus, nec habent unde vivant, nisi solummodo de bestiis piscatura & piscibus. Qvibus ablatis restat ut vel vivant omnino misere, vel pereant inedia & fame. Qvidam autem, qvi ibidem reputantur e propotioribus illius terræ, prece potu & pretio fatue sunt corrupti, in qvibus nihilominus simplex & pauper commu-

ex civitatibus Eboraco, Hull & Lenn maleficia, ab anno 1419 ad 1425 in Islandia perpetrata, & inter illa qvod anno 1422 famulum Johannis Ny-
X 3 stæd

communitas delusa confidit, non attendunt ad utilitatem terræ, nec ad commune bonum, sed nec curant de perditione & destructione aliorum, dummodo ipsi commessationibus & ebrietatibus novis & insolitis, in qvibus multum delectantur, poterint inhiare, nec potest communitas se defendere ab injuria & incursu Anglicorum in mari, vel circa mare, tum qvia loca circa mare sunt qvasi inaccessibilia propter montana & invia, ubi Anglici applicant, tum qvia non habent naves nisi solummodo minimas scaphas, qvia terra illa penitus caret lignis aptis ad faciendum naves, tum qvia ipsi Anglici recipiunt se infra unum locum circumdatum aqva, & eundem locum muniunt omni anno qvasi castrum. Et si non alia contra Regnum Norvegiæ fecissent, sufficeret eis istud solum ad deperditionem vitæ & bonorum de jure. Nam secundum leges Regni qvicunqve contra voluntatem Regis Norvegiæ qvemcunqve locum munierit, ipso facto incurrit culpam criminis læsæ Majestatis. Item provinciam Olafuesforde desolatam fecerunt omnino, & consimiliter insulam Risöy, Ecclesiam Husavik spoliaverunt, & spoliatam cremaverunt. Item Ecclesiam Risöy cremaverunt. Item de Ecclesia Grimsöy spoliaverunt, calices, libros, vestes sacras, nec non & campanas, & secum ad Angliam detulerunt. Item oves, boves & bestias innumerabiles in diversis locis Islandiæ, qvasdam vi, qvasdam furtive, receperant omni anno, & consimiliter in alia terra qvæ vocatur Ferröy. Item insulam Sandöy spoliatam cremaverunt, ubi erant LXXXI. prædia seu domicilia. Item rapuerant multos homines, pueros & infantes in Islandiá, qvosdam violenter, qvosdam vero decipiendo simplices, imo verius fatuos, parentes eorundem, dando eis modica munuscula, deducentes sic raptos, seu emptos ad Angliam, habebunt eos pro servis & emtitiis perpetuis, & propterea terra Islandia destituitur hominibus, & in multis locis redditur desolata, & consimiliter faciunt in alia terra Regis Norvegiæ qvæ vocatur Ferröy. Item anno Domini MCDXXIII. duo homines Jon Pasdal & Johannes Werner qvendam hominem Regis Gerek nomine transfoderunt per brachium. Item anno Domini MCDXXIIII Jon Persy & Jon Pasdall, & Thomas Dale, & socii eorum, intraverunt curiam Regis Bessastadhe, & gubernatorem Curiæ Albertum captivaverunt, & ligatum secum duxerunt ad naves, & alteri famulo Regis Peter Jonsson in cimiterio & ecclesia, plusqvam 20 vulnera cum sagittis & securibus intulerunt, & receperunt omnia bona qvæ fuerunt in ecclesia, & ibidem in omnibus locis circumjacentibus spoliaverunt pisces & alia bona hominum Regis, ad valorem plusqvam centum marcarum. Item iidem homines, Jon Persy & Pasdall & Robert Thorkel cum sociis suis aliis circa qvadraginta, plusqvam triginta leucas intraverunt terram, volentes occidere me, Baltazar & Olaum Nicolausson, & nobis non inventis, qvosdam famulos Regis, Olavum Duwe & Thomam Jude, captivaverunt, alium in Ecclesia Saurbe, & alium extra, & spoliaverunt de ecclesia & cimiterio, gladios, balistas, loricas, & eqvos, tam istorum, qvam aliorum, qvi se receperant infra Ecclesiam eandem, propter incursus & horrorem prædictorum. Item anno Domini MCDXXIIII. Robert Thorkel, Jon Verner, & Richard Tod, & complices eorum qvam plures, captivaverunt in treugis Olavum

stæd in cœmeterio Bessastadensi occiderint, unde patet qvod hoc anno in Islandia fuerit, non autem qvod præfecturam gesserit, illa enim penes Johannem

Olavum Nicolausson & alium Andream Olafsson, viros Regis, ipsum Andream vulnerantes lethaliter, surripientes ei unum baltheum argenteum, ad valorem VI. C. piscium; Item eodem anno Thomas Dahle, Richart Aytonn, & Nicolaus Dalstonn, & socii eorum, spoliaverunt de Olavo Nicolausson sex lestas piscium. Item circa idem tempus Robert Hugnall & Johannes Thextonn spoliaverunt de Hacon Enarsson XIII. C. piscium. Item de qvodam Ebiörn Öyulfsson Advocato Regis eodem tempore, violenter receperunt duas Lestas piscium ad valorem XXX. marcarum. Item circa idem tempus captivaverunt unum notabilem virum, Brander Haldorsson nomine, nec dimiserunt eum anteqvam dederat eis pro redemtione sua qvatuor lestas piscium; Duas lestas solvit statim anteqvam solutus est, & pro duabus posuit fidejussores, præfuit eis unus, qvi hoc fecerunt, qvi vocatur Jon Selby. Item circa idem tempus fuerunt ibi interfecti duo fratres germani ab hominibus Anglicis. Item anno Domini MCDXX. qvinto, Jon Persy, & Jon Pasdall & complices eorum, intraverunt domum qvorundam Claues Junghe & Magni Haconsson, & percusserunt eos, & vulneraverunt eos lethaliter, surripientes pisces eorum, qvotqvot habuerunt, & posuerunt homines suos in domos eorum ad commorandum tempore piscationis, ipsis invitis & reclamantibus. Item posthæc circa Dominicam Trinitatis eodem anno homines Jon Persy vulneraverunt Claves Olafsson in cimiterio Ecclesiæ Bessastadh, & eum inde violenter extraxerunt, & secum ad Angliam captivum duxerunt, receperunt etiam de ipso violenter XII. C. piscium & arma ipsius. Item spoliaverunt navem Domini Endridi Erlendi Militis, bonis ad valorem plusqvam mille nobilium. Item fregerunt navem Domini Episcopi Bergensis, & extraxerunt ferra dicta *Bolt*. Item statim posthæc venit Olof Nicolasson Advocatus Regis ibidem, positis treugis, volens habere emendam pro transgressione Johannis Persy & Pasdall, & hominum Johannis Persy; Et ipsi cum pluribus armatis captivaverunt ipsum & Adam Jacobsson ex improviso, & duxerunt eos captivos in Angliam, qvi etiam spoliaverunt ipsos bonis Regis & suis, videlicet piscibus decem lestis, & armis, & una scapha, de treugis datis nihil curantes. Principales in isto facto fuerunt Jon Persy, Thomas York, Thomas Dale, Richard Agitonn, Richard Tod, Henrichus Dawtre, Richard Rasneshed, & Jon Pasdall. Item Jon Persy statim eodem tempore cepit unum Jesse Syondesson & posuit eum in compede & manicis ferreis, & tractavit ipsum valde inhumaniter, & recepit de ipso loricas & alias res & XVIII. C. piscium. Item unus qvi vocatur Jon Lyssly amputavit uni ligeo Regis manum circa idem tempus. Item unus, qvi vocatur Thomas Crathorn, & Robert Westtönn, & alii cum illis, vulneraverunt lethaliter qvendam Ywar Halsson nomine, ita ut non erat ei spes vitæ, vulneraverunt etiam famulum ipsius, receperuntqve ei violenter eqvos, sellas & arma, & omnes pisces suos. Item eodem anno circa idem tempus receperunt de qvodam Biörn Oylfsson, Advocato Regis, qvatuor piscium centenaria, inter eos, qvi istud fecerunt, fuit unus qvi vocatur Crathorn. Item una insula circa Islandiam qvæ vocatur Vestmannö pertinet ad Regem Norvegiæ specialiter omni jure, ita qvod non habet ibi aliqvis nisi solus Rex Norvegiæ.

hannem Pauli & Balthazarem fuiſſe videtur. Cum annales noſtri vocent hunc Nyſtædium (*mág*) ɔ: affinem vel generum viraginis (*húſtrúr*) Gudridæ,

---

giæ. Et in inſula eſt melior piſcatura totius Iſlandiæ. Ad eandem inſulam applicuerant Anglici omni anno, poſtqvam iſta damnifica navigatio incepit. In illa ædificant domos, figunt papiliones, fodiunt terram, piſcantur, utuntur ibi omnibus, acſi eſſent propria eorum, nec petierunt nec obtinuerunt unqvam licentiam ab Officialibus Regis, ſed morantur ibi cum violentia, nec ſinunt deferre piſces Regis Norvegiæ nec aliorum de inſula eadem, anteqvam iſti onuſtaverant naves illorum juxta libitum, & multotiens ita receperunt piſces ibidem, qvod coloni Regis ibidem non habuerunt unde ſolverent Regi penſionem, & qvidam illorum, qvi hoc fecerunt, fuerunt ibi iſto anno, videlicet Jon Morys & alii, ſimiliter erat ibi Nicolaus Dalstunn, qvi interfecit unum famulum meum Tideke Bekker, & etiam ſpoliaverat prius de Olavo Nicolausſon famulo Regis piſces in magna qvantitate. Fuerunt ibi etiam plures qvi ſcripſerant ad communitatem terræ & ad nos litteras comminatorias, qvodſi non ſuſtineremus ipſos habere omnem voluntatem eorum, qvod ipſi vellent ſpoliare & deprædare, tam in mari, qvam in terra, tam bona Regis Norvegiæ qvam aliornm. Scripſerunt etiam Anglici qvi applicuerant ad Hafnefiord in Iſlandia ad iſtos, qvi applicuerant ad prædictam inſulam Regis Veſtmannö, & e converſo, qvod qvilibet per ſe faceret finem in terra illa, & qvod non dimitterent ibi aliqvid intactum ſeu inexaminatum; Et qvia præmiſſa fecerant, videlicet privaverant Regem Norvegiæ & Daciæ &c. jure & reditibus ſuis, & qvia in contemtum ipſius & contra leges Regni, & contra prohibitionem ſuam intraverant, occiderant, vulneraverant, (cremaverant), ſpoliaverant, loca & provincias deſolata fecerant, eccleſias & prædia cremaverant, Regi & regno Norvegiæ magnum damnum intulerant, homines Regis, videlicet Olavum Nicolausſon, Adam Jacobsſon, Claus Olefsſon, Jeſſe Syondesſon, in vinculis captos & ſpoliatos tenuerunt, qvos tentos ad Angliam violenter duxerunt, præter unum Jeſſe Syondesſon, qvem ſpoliatum & male tractatum reliqverunt, propterea exivimus ad prædictam inſulam Regis Norvegiæ, videlicet Veſtmannö, ad arreſtandum illos qvi ibidem violenter intraverant, & multa alia mala ibidem fecerant, ac naves non ipſorum, imo verius Illuſtris Regis Norvegiæ, qvæ ipſo jure multipliciter devolutæ erant ad ipſum. Ipſi vero inſurrexerunt contra nos, qvaſi publici hoſtes, & fregerunt ſcaphas noſtras ſtatim, ut non haberemus poteſtatem abeundi. Qvas ſcaphas per eos fractas angariaverunt nos ſolvere poſſeſſoribus earum poſt captionem noſtram, & acceſſerunt ad terram cum vexillo ſuo extento (& manu armata) ad ſpatium duarum leucarum, ubi recepimus nos cauſa refugii, & ibi circumvallabant nos, paucis comitatos; Tandem inedia, ſagittis & armis eorum compulſi, inivimus fœdus, ita qvod ex utraqve parte deberet eſſe pax, ita qvod ſecure tranſiremus, qvilibet pro alio, ſalvis vita & rebus & omnibus, & iſtud fœdus confirmavit Nicolaus Dalstonn, Capitaneus eorum, cum juramento, ſociis ipſius omnibus conſentientibus, & qvod Illuſtris Rex Daciæ & Sereniſſimum Conſilium Regni Angliæ facerent finalem concordiam & bonum finem in materia iſta. Qvo facto receſſimus a loco prædicto ad mare, volentes tranſire ab ipſis ad terram. Et ecce ſtatim

dæ, & viraginem Margaretam Adzeri filiam cum Nyſtædio abnavigaſſe tradant, non eſt vero diſſimile, Gudridam hanc fuiſſe viduam prioris Vigfuſi

tim ex improviſo irruunt omnes in nos, & ſpoliaverunt omnibus, qvæ habuimus, ad valorem CCCC. nobilium. Et tandem nobis duobus violenter retentis, dimiſerunt famulos noſtros ſpoliatos, præter unum (notabilem) nobilem famulum Regis, Olavum Duwe vocatum, qvem poſtea poſt duos dies per proditionem occidi fecerunt, qvem occiſum ſpoliavit Nicolaus Dalstunn ſigillo meo & aliis rebus, qvas occulte ſervaverat, ſcripſeruntqve litteras ad ſocios ſuos Hafnefiord & ad aliqvos Iſlandenſes, qvos credebant proditores Regis Daciæ, qvod ipſi dimiſerunt famulos noſtros propterea inermes & nudos, qvod illi eo facilius poſſent interficere ipſos, & qvod non deberent tardare in interfectione illorum, & qvod denuntiarent eis dum eſſent interfecti, tunc ipſi etiam vellent nos interficere, qvos captos tenuerunt in navibus eorum, ita qvod Rex Daciæ nunqvam perciperet factum nobis omnibus interfectis. Sed per providentiam Dei iſtæ litteræ non devenerunt ad ipſos, ſed fuerunt captæ in via, & nos credimus easdem litteras cum pluribus aliis conſimilibus ad Daciam deveniſſe. Item poſtqvam dicti Anglici captivaverant & ſpoliaverant nos, ut præmittitur, habuerunt nos ita anguſtiatos, qvod non potuimus alicui loqvi de noſtratibus, nec unus noſtrum alteri. Nec permiſerunt nos qvicqvam diſponere in officio Regis Norvegiæ &c. nobis commiſſo, & ideo ſtat terra illa, videlicet Iſland, absqve gubernatore, ſed tributa & bona Coronæ ſive Regis ibidem per nos collecta & levata depereunt, nullo de iis diſponente, nobis tam fraudulenter captis & inhumaniter coarctatis, ut prætactum eſt, & iſtud redundat Regi & Coronæ in maximum damnum. Item qvamdiu Anglici manent ſub Iſlandia, Iſlandenſes non poſſunt eſſe in mari, ſeu piſcatura propria, qvi ſi exierint cum exiguis ſcaphis eorum, Anglici frangunt ſcaphas & deſtruunt, vulnerant & verberant homines, & aliqvando projiciunt ipſos in aqvam, & qvosdam interficiunt. Item iſti Anglici intrantes Iſlandiam, nolunt ibi ſtare jure, nec facere aliqvam emendam pro qvalicunqve delicto eorum, ſed vivunt ibi omnino ſine lege, ſecundum propriam voluntatem, nam multotiens citati, nunqvam comparuerunt, ſæpius juraverant qvod venirent ad judicium, & non venerant, dederant etiam Officialibus Regis litteras ſigillatas propriis ſigillis, qvod acqvieſcerent legibus Regni pro forefactis ſuis, & iis omnibus non obſtantibus nunqvam voluerunt facere ea qvæ de jure deberent; Multotiens etiam bona eorum fuerant adjudicata Regio Fiſco, & ipſi nihilominus vi & violentia detulerant ea de terra, ſed de juridica arreſtatione per Officiales Regis facta penitus nihil curant. Iſtas enim injurias & violentias, damna & incommoda, & alia qvam plurima prædicti fecerant & eorum ſocii, qvæ longum eſſet enarrare, & ea toleraverat Illuſtriſſimus Rex Norvegiæ & Daciæ &c. huc usqve propter meram & qvaſi innatam amicitiam qvam ipſe ſpecialiter gerit ad Serenitatem Regis Angliæ, & ad ſuos, & propter bonum pacis & concordiæ, qvæ ſemper ex intimi cordis affectu deſideraverat, ſperans ſemper de anno in annum per ordinationes Sereniſſimi Regis Angliæ & Conſilii ſui fieri remedia ad præmiſſa. Iſta præmiſſa denuntiando proponimus humiliter, ſupplicantes, qvatenus ad præmiſſa dignemini adhibere remedia, ut ab iſta illicita navigatione & a temerariis auſibus

Vigfusi Ivaridæ, & prædia qvædam & cognatos in Islandia habuisse, Nystædium vero ejus affinem unacum Margareta Adzeri filia Gudridam invisum huc sæpius itasse, qvam conjecturam nemini ut veritatem vendimus. Ex eo, qvod de se ipso scribit Johannes Pauli, colligi potest, eum fuisse Capellanum & Presbyterum Regis Daniæ. Literatum fuisse inde constat, qvod hæc relatio latine scripta est, sed respectu officii in Islandia gesti vocat se Officialem Regis Daciæ; sed Senatus Norvegicus appellat illum honorabilem Virum, Dominum Johannem Pauli, Capellanum Domini sui Regis Norvegiæ & Daciæ. Balthazaris in hoc scripto ut collegæ, sed, ut videtur, inferioris notæ, mentionem facit; Præter multa alia scelera, qvorum Anglos accusat, sunt permulta homicidia, furta, rapinæ, fraudes, aliæqve violentæ actiones, dicit enim eos templa destruxisse & combussisse, nominatim Husavicense, Grimseyense, Hriseyense, Olafsfiordense, Saurbæense, & Bessastadense, & tractum Olafsfiordensem incolis evacuasse.

---

ausibus eorum desistant, & ut recompensationem condignam & emendam habere possit Illustris Rex Norvegiæ & Daciæ &c. & homines sui, honore & jure ipsius Regis Norvegiæ &c. in omnibus semper salvis; salvis etiam in omnibus exceptionibus nostris & forma & modo mutandi, addendi & minuendi, pro loco & tempore, secundum qvod nobis juste videtur expedire.

Nos Thorbernus Herberni Justitiarius, Olavus Thoriæ, Johannes Yvari, Aslakus Ulfonis, Johannes Evindi, Thorlacus Erlingi, Thorias Johannis, Martinus Haqvini, Nicolaus Magni, Petrus Ketilli, Petrus Johannis, Laurentius Mws, Endridus Halfdani, & Bero Andreæ, Consules Bergenses. Notum facimus universis qvod anno Domini MCDXX. sexto, feria tertia ante festum nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, in Curia Episcopali Bergis, a nobili Consilio Regni Norvegiæ specialiter constituti, recepimus testes & attestationes multorum fide dignorum, juramenta præstantium juxta leges Regni Norvegiæ, super caussis & articulis transgressionum Anglicorum de Hull, Eboraco, Lenn & aliis locis Angliæ, in Islandia & ibi circumqvaqve contractarum. Qvæ qvidem caussæ & transgressiones erant, ut veraciter accepimus, nobili Consilio Regis Angliæ & specialiter Domino Duci Exensi, Amarallo Angliæ, per honorabilem virum Johannem Pauli, Capellanum Domini nostri Regis Norvegiæ & Daciæ &c. anno proxime præterito in scriptis propalatæ, juxta tenorem schedulæ præsentibus coaffixæ. Qvos qvidem articulos invenimus lucide per diligentem examinationem & legitimas attestationes multorum fide dignorum, ut præfertur, omnes & singulos probabiliter veros, hoc adjecto, qvod iidem Anglici multa alia mala ibidem perpetraverant, qvæ omnia propter prolixitatem eorum & tædium auditorum ad præsens distulimus enarrare; In qvorum omnium testimonium Sigillum Communitatis Civitatis Bergensis præsentibus duximus apponendum. Datum anno, die & loco supra dictis.

evacuasse. Se autem anno 1420 comprehendisse, & novem dies captivum detinuisse, deinde anno 1425, cum ille unacum Balthazare eos in insulis Vestmannejensibus, eadem exercentes scelera, arrestaturus (ut ipse dicit) esset, illos instructa acie & expansis vexillis occurrisse, commissoqve levi prælio, aut, ut videtur, sine eo, sed solo clamore & minis regios fudisse, eosqve in locum qvendam tutiorem se recipientes, a prædonibus primo obsessos, deinde vero certis conditionibus semet dedentes, ab Anglis contra fas & jus tractatos fuisse, reliqvis enim asseclis dimissis, Balthazarem & Paulinum in Angliam captivos abduxisse. Hæc sunt prolixæ accusationis exstantiora capita, qvæ nostro scopo aliqvid momenti addere possunt, qvorum pleraqve aut vera esse, aut aliqvid veri habere, non negavero, licet qvædam exaggerata putem, grassationum enim & scelerum ab Anglis, hic circa hæc tempora perpatratarum, *HVITFELDIUS Hist. Dan.* mentionem facit, eorumqve furta & rapinas 40000 nobilium æstimat, pacis autem inter Reges Daniæ & Angliæ, mentionem facit loc. cit. pag. 766. factæ anno 1432. ut & *PONTANUS Rerum Dan.* lib. 9.

Pag. 228. §. 5. Certum est Vigfusum Ivari filium Islandia exiisse anno 1429, & in illo itinere obiisse.

Ibid. §. 6. *Olaus Nicolai filius*, cujus multa mentio in nota proxime præcedenti facta invenitur, Camerarius Bergensis & Præfectus Islandiæ audit in literis originalibus datis Bergis, festo Botulphi, anno 1439, qvibus omnes qvadrantum Islandiæ occidentalis & septentrionalis incolas rogat, ut tributa benevole solvant famulo suo Carolo Stagenberg, qvi suo & *Berthili Burhammeri* mandato instructus sit.

Pag. 229. §. 2. Literas tutelares qvas hic Rex Episcopo Gotscalco, anno 1442, dedit, vid. supra Tom. 2. pag 586.

Pag. 232. lin. 2. gratiam Regis; Lege: in gratiam Regis.

Pag. 234. §. 4. Torfius Præfectus Islandiæ occidentalis & borealis salutatur in literis originalibus scriptis feria tertia proxima post hebdomadem paschatis, anno 1456.

Pag. 234. §. 5. cum cathedram Skalholtinam; Lege: cathedram Skalholtinam.

Ibid. In literis originalibus de 1459 & 1463 tantum appellatur Præfectus qvartarum orientalis & australis, sed anno 1464 totius Islandiæ Præfectus salutatur, & sine dubio prioribus annis Henricus Kerker partem Præfecturæ tenuit.

Pag.

Pag. 235. lin. penult. *Oluf Bilur;* Lege: *Olufarbilr.*

Pag. 236. not. b. Adde: Qvin & literæ *Dieterici Pining*, totius Islandiæ Præfecti, ſcriptæ Ingialldsholi in Snæfellsneſo feria qvinta poſt feſtum Olai poſterius, anno 1478, qvibus pactum inter Epiſcopum Magnum & Thorleifum Biörni de hujus cum Ingvellda Helgii filia conjugio, promulgat, exſtant. Conf. & diploma proxime ſeqvens.

Pag. 244. §. 3. Poſtqvam hæc ſcripſimus, notitia qvarundam literarum originalium, in Bibliotheca Arnæ-Magnæana aſſervatarum, ad nos pervenit, qvæ vitæ Thorlevi Biörni filii lucem afferunt, & qvas hic ſubjungere lubet (a).



(a) Wii Gaut medh Gudz naadh Erchebiſcopp i Nidaroos ock Paveligz ſættz legatus. Hans i Bergen. Karll i Hamar. Eliff i Stawanger. medh ſame naadh biſcoppe. Jon Smör. Olff Knutsſen Riddere. Jon Biörnsſen. Otte Mattiesſen ock Guttorm Tiæld. Vepnere. Rikens Raadh i Norighe. heillſæ allom manom ſom byggia ock boo aa Iſlande. kerleghe meth Gudi ock ſancte Olaff Koningh. kunnuckt görande meth theſſo vaare opne breffue. ath effter thii at vaar nadighe herre Koning Criſtiern ær nw dödh. Gudh hans ſiæl nadhe, ſom off haffde loffuat ſſworedh ock bebreffuet at han ſkulde ſtyræ ock raadhe Norigis rike meth indlendſkom ock indföddom mannom, ock einghæ utlendſkæ land æller leen befalle, hwilcket wii nw effter waar privilegio ock landzens ffriiheit acthe ffulkomælighe at holde, Thii haffue wii ſwa eindragtelighe offuereens vordith. at velbyrdogh man Torleiff Biörnsſen ſkall haffue Iſlandh ock Veſmanna Öyer meth Konunglighe retthe ock rettigheit uppa Kronnenæ vegnæ i Norighæ i try ſamfellæ aar ther effter at han ær heim komen i landet, ſkall han ock vare Norgis kronæ ock hennes forſtandere holdh ock troo effter ty ſom Norigis ock Iſlandz laugh vtwiſſe, ſkall ock forneffnte Torleiff upbære alla Koninglighæ renthor ock rettigheit ſmaa ock ſtoræ ſom falledh haffuer æller ſalla kunne, ock ecki lagligh ſatmaall aagiorde ære. Giffue wii ock hannom fullæ mackt Lenſſmen i huærio ſyſlo ſættia ock afſlættia ſom lagh ock rett ſkulle göræ effter thii ſom hannom tyckis nytſamligt vare. ffforbindendes allom ock huæriom offuer alt Iſlandh nokrom androm ſware hyldæ æller ſamtyckæ utten forneffnte Torleiff Biörnsſen. Item ſkall forneffnte Torleiff till ſegh taghe ſkat ock ſkyld ock ſakarörer ock Koninglighe renthe theth ſom there falledh haffuer ſidæn Didrich Piningh faar vdaff Iſlandh. ock göre kronene ther rett regenſkap fore. ock haffue ther fore fult for ſit ſtarff. Skullæ their allæ qvitter være uppa vore vegnæ ock kronenæ vegnæ ſom han qvitte gör. Kan ock forneffnte giæld eller gotz gripæs æller tapæs vtthen Torleiffs forſymelſe thet ſom kronenæ tillhörer, tha ſkall han ther fore qvitt være tha han kan beviiſæ hvat thet war ſom han miſte aa kronnenæ vegnæ. Thi bidie wii edher allæ forſkriffne godhe men aa Iſlande ock aa rikens vegnæ biudhæ medh theſſo voore opne breffue ati ſee fornempdom Torleiff Biörnſſen hörughe ock lydoghe ſwa ſom edher bör rettom hyrdſtioræ at wære. ock ey mothe ſeigende æller

Pag. 245. Vid. qvæ ſupra notavimus ad pag. 236. Anno 1482 *Dietericus Pining* totius Islandiæ Præfectus appellatur, ſed anno ſeqventi *Thorleifus Biörni* eodem titulo inſignitur. An tunc hic a Senatu Regni Norvegici, ille a Rege ſuam habuit auctoritatem?

Pag. 246. §. 5. Maxime incertum eſt *Einarum Biörni* filium *Ambroſio* ſucceſſiſſe; Nam hic anno 1493, Beſſaſtadis, ſabbatho ante feſtum Crucis vernum, Jonæ Ottonis, qvi Arnam Hallkelis filium occiderat, apocham edidit; Sed *Petrus Truels* ſe totius Islandiæ Præfectum vocat in literis tutelaribus Paulo Jonæ datis, Thingvallis 1494, feria tertia poſt Petri & Pauli.

Pag.

---

hindrende hannem i theſſe embethe ock befellingh i nockræ maathe. latende hannem vell ock greidelighe aatkomazſt allæ konnelighe renttor ock rettigheit. vnder thaa neffſt ſom vidher liggær effter lagom. Scriffuet i Bergene lögurdagen neſt effter Bartolomei dagh Anno domini milleſimo qvadringenteſimo octuageſimo primo noſtris ſub ſecretis & ſigillis preſentibus appenſis.

In nomine domini amen. Wii ſyſter Elſebe Egerdz dotter Abba: Brodher Ketil Beintzſon Confeſſor generalis ock alle ſyſtre ock brödhre i Munkalifs kloſtre. vidhrkennas oſſ in Chriſto Jeſu medh theſſo waaro næruarandis breffue, ath wii uppa Gudz tröſt hans mildhe nadh ock ſtore miſkun hafwom anamat ærlighan man Thorleiff Biörnſſen i fulkomplighet brödhralagh meth oſſ i Gudh beſynderligha fore then kærleek ock troo ock tröſt akt ock villia ock gudhlighit begerilſe ſom han hafwer til waara hælgha ordens patrona fru ſancte Birgitte. ſkal thii forneffnte ærlighith man wara luttakande af allo thy godho ſom göris i waarom heilagha ſtadh nath ock dagh. Theth ær fyrſt i ottoſanghom aptanſanghom nathſanghom ock allom daghtidhom i pſaltarom ſælatidhom ock meſſom i almoſogerdhom vakom ock faſtom ock allo thy godho aflate ſom helagher Paſwar Kardinalar ock Biſcupar hafwa gefwit til waar orden ock allo andro godho ſom hær göres ock ſwa widha ſom waar orden æro i criſtendomen. Gudh fore ſina werdugha naadh gifwe ham luttakande wardha thetta ſambandh tha han bezſt behöfwer badhe theſſa heims ock annars. Til ſanninde hær vm hengia wii waar incigle fore thetta breff ſom giort war aarom æpther Gudz byrdh MCDLXXX.

Jag Jon Smiör riddari oc höfudsmann wpp á Konungsgardin i Biörgvin. giörum viturligtt alle ath kom for rykinſins rád i Biörgvin welburdig man Torleif Biörnſon. oc tiede bref forer oſſ med heilum oc óſköddum inſiglum. lydandi ath erkibiſcop Olaf görar áminningar fordum erkibiſcop i Þrándheimi. hvers ſiel Gud náde. lýſti Eyulf Einarsſon i kirkiunnar bann oc Páfans. oc mátte ei afleyſaztt fyr enn hann wairi forlyktur med herra Jon Snorraſon. fori tei ſaker at hann hafdi gefit fornefdan Jon i Bæiaraarſtad vm nattartyd oc burttfærde med ſig i ſtock oc i iárn ſetti. wt af hvilkin iárn fornefndur herra Jon kom. oc i eina kirkiv. kom þá fornefndi Eyvlfur med ſina medfylgiara oc toku fornefndan herra Jon vt af kirkenni oc færdu hönum i

ſama

Pag. 247. §. 7. Benedictus Heften præfecturam Islandiæ adhuc gessit anno 1502, qvo Bessastadis die Lunæ ante festum Thorlaci in æstate constitutus apocham Vigfuso Erlendi scribit, ob ictum Thordo Brynjulfi filio prope templum Krossense inflictum.

Pag. 247. §. 8. Ex iis, qvæ jam diximus, patet *Kay* von *Ahlefeld* præfecturam Islandiæ non suscepisse prius qvam anno 1503, nam exstant ejus literæ originales de hujus anni die Lunæ ante festum Thorlaci vernum, ex Hafnarfiord, qvo Biörno Godvinidæ præfecturam qvandam confert; Idem etiam anno 1504, Thingvallis, in festo Petri & Pauli, Biörno Thorleifidæ pacem & inducias confert usqve qvo Regem convenerit, eo qvod Biörnus adfuerat cum Paulus Jonæ occidebatur. Cum igitur præfectura Islandiæ istis temporibus in triennium conferri soleret, Benedicto illa adscribenda videtur annis 1500 — 1502, sed Alefeldio annis 1503 & seqventibus.

Pag. 247. §. 9. Regis Christiani apocha *Vigfuso Erlendino* pro reditibus ex Islandia per triennium, data est Aggershusii feria qvinta post festum Martini 1509, qvo anno Vigfusus magistratu cessisse videtur, nam

Pag. 248. §. 10. *Sveno Thorleifi* filius, ut literæ originales in Bibliotheca Arnæ-Magnæana testantur, tanqvam *Johannis Rantzau* Islandiæ Præfecti Vicarius & mandatarius, sententiam judicialem Jonæ Sigmundini de dono Sveinis Sumarlididæ in favorem suæ uxoris Gudridæ latam confirmavit, feria qvarta ante decollationem Johannis Baptistæ 1510. Similiter etiam *Olaus Dieterici* videtur ejusdem Rantzowii vicarius fuisse, qvamvis se ipsum *Fógeta oc Lensmann* appellet in literis datis, Bessastadis, feria tertia ante translationem S. Thomæ, anno 1512.



---

sama fángelsi igien sem han fyr i var. fórer svodan reyrdar saker. halldur ek honum forer ein fullan óbótamann. eptter því sem staar i lögbokinni. i óbótamalenv nema hann sætti sig vít Torleif Biörnsson eptter ty sem skynsomom monnom tyker skialigit vera. svo framt at hann vill blysa i logum vpp á krununar vegna. ok á rykisins vegna. Til sanninda hier vm. setti jag mitt insigli forer þetta bref. sem skrifatt var ii Biorgvin. friádagin næsta eptter helga lýkama dag. Anno domini MCDLXXXII.

Medkennunztt vær. Gudne Jonsson. Einar Brandsson. ok Haflidi Skulason. at vær hofum sied ok yferlesit opit bref. verdugs herra herra Jons Smiörs Riddara ok höfudsmans a kongsgardi i Biörgvín med hans heiln ok osköddu insigli, svo látanda ord epter ord sem fyr skrifat staar. Ok til sanninda hier vm. settum vær vor insigli fyrer þetta transkriptar bref. skrifat i Flatey aa Breidafirdi mánudagin næsta fyrir Jacobii apostoli á sama ári sem fyrr seiger.

Pag. 253. §. 2. lin. ult. Liberæ; Lege: Literæ.

Pag. 254. §. 3. Vid. qvæ ad pag 248. nuper notavimus. Hujus vicarius fuisse videtur *Johannes Eggerti*, qvi tanqvam Qvæstor (*Fógete*), Akris in Hraunhrepp, feria qvarta post festum Martini anno 1514 confirmavit sententiam a Nomophylace Jona Sigismundi in favorem Biörni Godvinidæ latam.

Pag. 256. §. 5. Thylius Petri anno 1520 unacum Ogmundo Episcopo ad exteros abiit, totius Islandiæ Præfecturam denuo ambiturus, qvod ejus propositum Ogmundus datis ad Regem ex Anglia litteris, sua commendatione juvit, prout etiam Thylius unacum aliis anno præcedenti Ogmundo literas commendatorias ad Regem & Archiepiscopum dederat, sed repulsam ferens ad Svecos desciviste, & pirata factus, sæpius in Islandiam prædatum excursiones fecisse videtur, exstat enim Erlendi Thorvardini Nomophylacis sententia cum 12 Pedariis, Kopavogi, die Lunæ post hebdomadem Sanctam, 1523, pro tribunali lata, qva Thylium globo Svecorum & aliorum extraneorum cinctum, irruptionem in villam Regiam Bessastad fecisse, ibidemqve templum & alias ædes effregisse, regias opes & aliorum rapuisse, sed Johannem Eggerti captivum Holmum usqve abduxisse, indicat. Cumqve dictus Thylius Petri sit vulgo notus neqvam, ut piratam comprehendendum esse, & a Johanne Eggerti, prout leges de talibus edicunt, plectendum pronunciat. Idem prorsus Ogmundus Regi de Thylio hoc anno scripsit, scilicet qvod in villam Bessastadensem irruptionem fecerit, templum, ædes & cistas effregerit, aurum, argentum & qvicqvid auferri potuit, diripuerit, Johannem Eggerti 14 dies captivum detinuerit, eoqve modo non tantum ipsius sed & Sancti Olai Leges conculcaverit, qvare aqva ei & igne interdictum sit, Johannem vero Eggerti magnopere his litteris laudat, & Regi de nota optima commendat. Aliam in Islandiam irruptionem fecit Thylius 1524, de qva supra egimus.

Pag. 270. not. c. proxima depositi; Lege: depositi.

Pag. 283. §. 4. Addatur hæc nota: (a)

Pag.

(a) Anno 1539, 6 Non. Julii, Bessastadis, *Claudius de Merwitz* literas edidit, qvibus *Dieterico de Minden* suum in Islandia mandatum impertitur, eiqve cœnobium Videyense & villam Bessastadensem commendat, simulqve Toparchiam Gullbringensem confert; qvæ omnia usqve ad proxima Comitia Öxaräensia valere deberent, ut illius literæ hac de re scriptæ testantur.

Pag. 285. Thorvardi Erlendi; Lege: Erlendi Thorvardini.

Pag. 286. §. 6. 1544; Lege: 1542. (Conf. Tom. 2. pag. 298).

Ibid. lin. ult. Lege: Anno 1551. Liburnica vectus.

Pag. 288. §. 8. cum 13 subacti; Lege: cum 12 subacti.

Pag. 289. § 8. piscatione intenti; Lege: piscationi intenti.

Pag 292. ad finem §. 10. Adde: Paulus Hvitfeldius tandem Norvegiæ Pro-Rex & arcis Aggerhusensis Præfectus factus est, qvod officium, ut senectuti viri fortis subveniret, Rex ei deponere permisit, anno 1577 die 7 Julii. Anno 1585, cum omnes præfecturæ minores ab admodiatoribus aut usufructuariis ablatæ, majoribus adderentur, noster non solum suam retinuit, sed & Rex ei qvatuor villas adjecit. Paulus Hvitfeldius & Olaus Calips adhuc in vivis erant anno 1591.

Pag. 292. §. 11. villæ Bessastadensis; Lege: villæ Bessastadensi.

Pag. 293. lin. ult. abierit; Lege: obierit.

Pag. 342. §. 5. Addatur hæc nota: (a)

Pag.

(a) Literas Olai Archiepiscopi ad Islandos, cum varia ad statum rei ecclesiasticæ delineandum complectantur, hic subjungemus: Wii Olaf meth Gudz miskund Erkebiscop i Nideroofs oc Paveligz setis legatus helsom allom prelatom prestom welbornom monom rikismonom oc meniga almoga sem byggia oc boo i Islande kerliga meth Gud oc waara andéliga bletzan, kungörom meth thesso waaro brefue at saker thess at oss bör wita oc ranzaka naudsyn oc keromaal alla bispedoma i Norge ta wiliom wi oc wita Islandz bezsta epter ty sem makt aligger oc wi witom oc hört haswom at biscop Matteus wil meth ofweruald oc makt weræ biscop i Hola oder Skalholtz bispedom vm han kunne tat af stad koma sem wi witom meth retta at tat ma eingaledis wera for tan skuld at han hefuer ey waara samtykt eder wara kanuka i Nideroofs sem hafua rettogheit friheit oc jus eligendi episcopos til domkirkiur i Islande oc swa fyri te sak at han er ein meineidare ty han loth sweria biscop Gotskalk a holom Gud hans saal hafue daudan margom aarom aader en han döde i mote kirkionis lagom oc rette. oc tar til er han en apostata i mote sinne reglo oc i forbode oc banne. fyr tat oc annat er han ey werdoger nokot wald eder ingeld hafua i waaro oc helgre kirkio forbode fyr sinne olydna oc vndirhyggio wid sina formen oc helgre kirkio hwar fyri raadom wi eder oc biodom beed lerdom oc leikom vnder hesto lydno oc serdelis waars nadugz herra Koning Cristierns vmbodzmen firnefndom biscop Matteo at seeta eder i mote helgre kirkio reitt oc waaro forbodi til at styrkia, oc er tat sua wordit sem Gud forbiodi at fornefnder biscop Matteus hefuer gripit eder takit holastad eder nokro adro penninga sem helgre kirkio tilhöra oc hennis forman ta skulum i tilhielpa meth idre makt idran forman oc electum hera Olaf Rögwalldsson tat aptur taka sem han hefuer meth eingan reet ofuerrelliga gripit oc reent ee hwar han oc i kunnen tat vp at spöria. Er oc nockor swo dierfuer

leiker

Pag. 342. §. 6. *Cjauto;* Lege: *Gauto.*

Pag. 354. §. 1. Adde: Præterea ſæpius externum ſtatum inqvietarunt mercatores & prædones, præſertim Angli, qvi qvosdam incolarum facultatibus, qvosdam vita privaverunt, qvædam etiam templa aut deleverunt aut ſpoliarunt. Conf. ſupra pag. 162 ſqq.

Pag. 358. Poſt §. 6. inſerantur hæ §§.

§. 6. B.

*Sacramentorum* adminiſtratio eodem modo peracta fuiſſe videtur, ac ſub præterita Periodo, tunc enim in Eccleſias ſeptentrionales olei baptiſmalis uſus primo introductus fuiſſe putatur, ſed in antiqvioribus noſtræ Eccleſiæ legibus aut conſtitutionibus Eccleſiaſticis ejus mentionem fieri non obſervavimus (a); exinde autem in Eccleſia Islandica uſurpatum fuiſſe veroſimile eſt; Sed hoc tempore ſemper & ubiqve ita in uſu fuiſſe unctionis cæremoniam, & verborum formulam, qvam lex illa præſcribit, certum eſt, ut nullus dubitationi locus ſit, ejusdem enim abrogationem, ut nefandam aut impiam innovationem Jonas Arii filius Martino Epiſcopo objecit (b). Latine etiam hoc tempore, non vero Islandice, cæremonias baptiſmales, niſi tantum in caſu neceſſitatis, adminiſtratas fuiſſe, non eſt, qvod dubites (c).

§. 6.

leiker eder lerder ſem wilia fornefndan biſcop Matteum ſtyrkia oc hielpa imote theſſo waaro ſkipan oc bode ta ſkulo te hafua vwenata af oſſ oc lagligar aminningar til retledingar oc forbod oc ban meth theſſo waaro brefue for ſina triozſko oc olydne epter ty ſem kirkio lag vtuiſa. en te ſem ſinom erindom ſkulo hafua tak oc afwſa af oſſ um idur erinde kunno for oſſ at koma. oc til ſaninde her vm latom wi hengia waart incigle fyr tetta bref er giort war a waar gard i Bergen. In vigilia ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli anno domini milleſimo qvadringenteſimo qvinqvageſimo nono.

(a) Vide conſtit. Ejliſi Archiepiſcopi, ut & Conſtit. Arnæ Epiſcopi, qvas ſuis locis a nobis productas conſulere potes; Sed oratio, qvam lex commendat ſacerdoti in hoc actu proferendam, talis fuit: *Deus Pater omnipotens, qvi te regeneravit ex aqva & Spiritu Sancto, conceſſitqve tibi peccata tua, ipſe te ungat in vitam æternam. Amen.*

(b) "Skírnar oleum ſkipar hann af" &c. *oleum baptiſmi abrogat* vide Summe Venerab. *HARBOE Afhandling om Reform. i Island* in *Kiöbenh. Selſk. Skrift.* Tom. 7. pag. 23.

(c) Vid. ſupra Tom. 3. pag. 241.

§. 6. C.

Confeſſio auricularis, & in ea ſingulorum peccatorum enumeratio coram ſacerdote, multo qvidem eſt antiqvior (a) qvam ad hæc tempora referri poſſit, ſed nunqvam eandem acerbius & crudelius exercitam fuiſſe putamus, qvam hoc tempore; Vidimus enim talium confeſſionum unam aut alteram ſcriptam formulam, in membrana oblonga exaratam, duas fere ulnas longa, ſed tenui, ita ut circa digitum, vel teres lignum facillime rotari poſſet (b), tantam ea continebat & multitudinem & varietatem graviſſimorum criminum, præcipue vero contra ſextum præceptum, ut memoriter & ſine ſcripto memoriali ea recitare impoſſibile omnino videretur, ſpurcities autem & tremenda libidinis exercitiorum deſcriptio tanta fuit, ut vel ethnicorum ſpurciſſimos, *Ovidium* puta *Catullum* vel *Tibullum*, puderet, talia ſcribere, nedum confiteri, qvod etiam nos ab eorundem recitatione deterret, nam ſi mala colloqvia bonos perdunt mores, qvidni multo magis talium perſcripta propagatio, cum vox cito pereat, ſed litera maneat, & ad plures perveniat.

Pag. 360. not. a. novem candelarum capax; lege: 13 candelarum capax, 4 habens ramos, qvorum qvivis 3 continet lucernas, ita cacuminatas, ut exterior ſemper ſit humilior, media vero altiſſima, qvod ſine dubio notat Chriſtum & Apoſtolos.

Pag. 361. §. 10. Adde: Hæc feſta, qvæ noſtrates vocarunt *gagndaga*, dies commodi, vel *gángdaga*, dies circuitionis, qvidam vero ob ſimilitudinem cæremoniarum appellarunt *Robigalia* & *Ambarvalia*, ipſi Pontificii vocant dies *Rogationum* & *Litanias*. Ut autem Litania eſt vox Græca, ita etiam

---

(a) Confeſſionis peccatorum mentionem facit Sacra Scriptura *Jac.* 5. v. 16. 1 *Joh.* 1. v. 9. & alibi, ſemperqve in eccleſia viguit, ut patet ex Patrum ſcriptis, qvi eam aut obiter memorant, aut plenius deſcribunt. In Oriente eam ſuſtulit Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus circa annum 390; Seculo 13 eam in Occidente oppugnarunt Valdenſes, nugacem eſſe dicentes, ut & Viclefus; id eſt taxarunt ejus multiplicem abuſum, qvi ſub ipſam Reformationem ad ſummum impietatis & conſcientiarum cruciatus apicem aſcendiſſe videtur; fuit enim Confeſſionariis valde lucroſa.

(b) Hæc, qvæ nobis ſcribendi anſam præbuit, confeſſio, videtur fuiſſe mulieris cujusdam divitis & melioris notæ, ſed impudicæ, ut ex peccatorum enumeratione patet; Diverſa tamen eſt a confeſſione Solveigæ Biörni filiæ, matronæ ſui ſeculi nobiliſſimæ, ſed parum pudicæ, qvod tam ex confeſſione, qvam aliis documentis, perſpicitur.

etiam res ipsa Græcæ originis esse, & ab illis ad Romanos circuitionum & Litanias canendi mos transiisse videtur; & nescio an multum errent, qvi Christianos primum horum exemplum gentilibus debere autumant. Fuerunt autem antiqvæ *Litaniæ* hymni & recitationes in Deorum laudem compositæ, aut farrago qvædam epithetorum & facinorum, qvæ diis suis tribuebant, adjectæ his fuerunt certæ cæremoniæ & saltationes, qvibus tædiosis tavtologiis & gesticulationibus Deorum iram averti, sed bona qvævis acqviri posse credebant, ad qvæ Salvatorem respectum habuisse *Matth.* 6. v. 7. sunt qvi autumant. Inter multas Romanæ Ecclesiæ Litanias duæ sunt celeberrimæ, *major* & *minor* dictæ, qvarum originem & institutionem hujus ecclesiæ sectatores Gregorio Magno adscribunt, sed immerito, nam alii rectius, præeuntibus *Zonora* & *Nicephoro*, primam earum in ecclesiam introductionem antiqviorem esse contendunt, & ad annum 446 referunt, hoc modo rem referentes: Ingentem dicunt terræ motum hoc anno Constantinopolin afflixisse, ita ut universus populus ex urbe in campum discederet, cum ibi inter spem & metum mœrentes hærerent, & Kyrieeleeson indesinenter succinerent, puer qvidam e medio populo in aërem abreptus fuisse fertur, qvi dulces Angelorum voces audivit canentium, *Sancte Deus*, *Sancte Fortis*, *Sancte Immortalis*, is autem cum placide in terram delatus hæc referret, Theodosius Imperator, instigante Proclo Patriarcha, jussit ut hæc Litania in omnibus templis caneretur. Simile qvid Paulus Diaconus in urbe Antiochia, imperante Justiniano, qvi anno 518 thronum ascendit, accidisse scribit, sed hæc intra verba steterunt, nullis adjectis actionibus. Circa hæc tempora vixit Mamertus Viennæ in Gallia Episcopus, doctus & pius, qvi obiit 475, cujus anniversaria Ecclesia Catholica die 11 Maji celebrat, hic, cum urbs festo die inopinato incendio ita laboraret, ut nulla spes salutis superesse videretur, universa concio e templo diffluxit, solo ibidem relicto Episcopo, qvi ad ardentissimas preces conversus, id efflagitavit ut incendium exstingveretur, in cujus rei memoriam Litaniam composuit, & ordinavit ut eadem Viennæ tribus diebus inter Dominicam qvintam post Pascha, qvæ ideo vocatur Dominica Rogationum, & festum ascensionis Domini, in qvovis templo urbis cantaretur, & hæc fertur esse prima, tam *Litaniæ minoris*, qvam hujus festi occasio & origo, qvod Litania Gregioriana circiter 140 annis antiqvius est. Historia autem Lombardica suo more omnia exaggerans & miracula ubiqve inveniens, dicit causam institutionis fuisse freqventes circa

Viennam

Viennam terræ motus, qvi domos & ecclesias subverterint, ignem festo Paschæ de cœlo lapsum palatium incendisse, dæmones, lupos & feras intrasse, perinde ac qvondam, permittente Christo, sues intraverunt, ut non solum per vias, sed & in urbe grassarentur, & multos mortales devorarent, sed tales tribulationes per hanc Litaniam sedatas fuisse. Gregoriana autem *Litania*, qvæ *major* vocatur, licet sit recentior, ab eo instituta dicitur, anno 590, aut paulo post, cum lues ingvinaria ex ingenti limo & luto, qvod in agro Romano inundatio Tiberis reliqverat, ortum habere credita, Romanos cives, & inter hos Pelagium Papam, stravisset. Gregorius enim tunc, non tantum prolixam & artificiosam composuit Litaniam, sed etiam septem instituit choros, qvorum primus fuit Clericorum omnium graduum, secundus Abbatum & Monachorum omnium ordinum qvi Romæ fuerunt, tertius Abbatissarum & Monialium virginum, qvartus puerorum & puellarum, qvintus virorum, sextus viduarum, septimus mulierum. Hi septem chori pullati & mœrentes processionem ad templa faciebant, Litaniam concinentes, prælata cruce nigra, altaria etiam & præcipua templi loca atro superinduta panno, tanqvam mœrentia conspiciebantur. Hinc Litania hæc septiformis & nigra dicebatur. Ubi autem septem chori non potuerunt institui, Litania & processio septies fuit repetenda. Celebratum hoc festum fuit 25 die Aprilis, Marco Evangelistæ consecrato, eodem qvo Romani sua qvondam robigalia celebrabant, & communiter dicebatur *Litania major*, idqve tres ob causas: 1) Respectu autoris Gregorii Magni, non tantum suo tempore Pontificis Maximi, sed etiam, ut volunt Pontificii, inter magnos *Maximi*. 2) Respectu loci, cum Romæ instituta sit. 3) Respectu formæ, cum sit septiformis, pluresqve habeat cæremonias, qvas initio & pauciores & simpliciores fuisse, sed crescente inscitia & superstitionibus, crevisse certum est. Primo enim hæc festa Romæ tantum & Viennæ celebrata fuerunt, deinde a vicinis, unum post alterum, accepta, tandem autem facta sunt universalia & legibus sancita. Horum sanctitatem diximus Tom. 1. pag. 152. diei dominicæ festivitatem æqvare, secuti fidem *Juris Eccl.* a Celeberrimo *PONTOPPIDANO* editarum & ad calcem Ejus *Annal. Eccl.* Tom. 1. insertarum. Sed Islandica ejusdem *juris Eccl.* exempla æqvant hanc festivitatem Diei parasceves majorum festorum sanctitati. Anglis tribuitur, qvod omnium primi agrorum & terminorum lustrationem introduxerint. Hispanis vero qvod minorem Litaniam tridualem in hebdomadem seqventem dimove-

 rint,

rint, piaculum enim illis ante ascensionis festum fuit jejunare, prohibitum enim censebant dicto Salvatoris *Luc. 6. v. 34. Non possunt filii sponsi jejunare qvamdiu sponsus cum illis est*, & hoc modo alii aliud adjecerunt, &, ut libuit, mutarunt, usqve dum tota solennitas in turpem Robigalium, Ambarvalium & Sufvetauriliorum formam abiret. Ex Anglia in Daniam ridiculam hanc cæremoniam transportasse videntur Episcopi natione Angli, qvos Canutus Magnus & Sveno Ulfi inde in Daniam vocarunt, qvales fuerunt Vilhelmus & Gudbrandus Roskildenses, Henricus Lundensis, Reinerus, Albertus & Hubaldus Othinsöenses, Sivardus Slesvicensis, Heribertus Viburgensis, sed instinctu Asseri Archiepiscopi Lundensis per Thorlakum & Ketillum in Islandiam introducta fuit. Qvid Islandi præter solam cum ecclesia Romana conformitatem & stultam imitationem, horum tam operosa celebratione intenderint, non liqvet, si autem aliqvid singulare fuit, conjici potest, Gregoriana rogatione, qvæ plerumqve circa æstatis initium incidebat, agros & arva lustrare voluisse a luto, sordibus, & siqvid infaustum nives & inundationes hyemales reliqverint. Posterior vero, seu minor, qvæ sæpius in fines anni œconomici (*fardaga*) incidit, colonis occasionem præbuit, ut pro felici œconomiæ proventu litarent, & novis præterea colonis, qvi lares jam in aliqvo fundo primum ponebant, ut novum habitaculum, agros, arva & pascua lustrarent. Tales, aut non prorsus dissimiles, qvorundam festorum causas & occasiones fuisse negari non potest.

Pag. 367. Addatur: Anno etiam 1487 in Islandia fuisse videtur indulgentiarum propola Raymundus Peraudi, cujus apocha die 30 April. Eilifo Thorbiörni ejusqve uxori sub sigillo competenti data exstat.

Pag. 372. adde hanc notam: (a)

Pag.

(a) Hoc tempus, scilicet triduum ante Pascha, variis apud varias gentes gaudebat nominibus. 1) Antiqva Romanorum Ecclesia id vocabat *tenebras*, de qvo *Durandus* ita: In ecclesia Romana *tenebræ* dicitur officium, qvod peragitur feria 4, 5, 6 majoris, ut vocant, hebdomadæ, primo qvia in luctu & mœrore ecclesia est propter Domini passionem, & propter ejus triduanam mortem, exseqvias celebrat triduanas. Secundo officium tenebrarum significat tenebras qvæ fuerunt super faciem terræ, dum pendebat sol justitiæ in cruce. Conf. & *GRAMMII dissert. de dimmeldage*. Hunc morem in Ecclesia Islandica etiam observatum fuisse non puto dubitandum, licet ejus vestigia in nostris antiqvitatibus non invenerim, nisi forte, & ea qvidem obscura valde, in *Sturlunga*

*lungaſaga* libr. 1. cap. 14. circa annum 1117 geſta: "Þegar kemur ad diinbeldaugum, "ſækia menn Þángad fiölment tíder á ſkírdags morgun, Grímur var Þar komenn og "geck ad hounum Olafe efter náttſaung og mælte — gánga Þeir nú báder ſaman, Þá "mælte Olafur: óvarlega fer eg nú ad eg geing einſaman úte med Þier á nóttu." Id eſt: *Cum adeſſent* dimbeldagar, *populus freqvens ad ſacra matutina die viridium illuc confluxit, Grimus ibidem præſens Olaum adiit poſt cantum nocturnum, dixitqve — Cum ſoli ambularent, dixit Olaus: Imprudenter ego ſolus tecum noctu ſub dio deambulo.* Hæc peracto ſacro officio, ſed anteqvam illuceſceret, accidiſſe verba docent; & officium expreſſe vocatur *náttſaungur*, ſed nocturna officia in Iſlandia non celebrabantur præterqvam nocte nativitatis Domini. Conf. *Jus Eccl. ant.* cap. 10. Nam completorium, qvod Iſlandice *náttſaungur* vocabatur, ad veſperam, ſed non ad tempus matutinum pertinebat. Nec duo cantus matutini vocabantur *náttſaungur*, ſed matutina & prima. Vid. Tom. 1. pag. 162. ideoqve hic non indigitantur, nec eo tempore *náttſaungur* vocabantur. 2) Germani ſingulari vocabulo *karwoche*. Vid. Tom. 2. pag. 372. cit. not. a. 3) Dani *dimmeluge*; de qva vide Illuſtr. GRAMMII in *Diatr. de dimmeluge*, in Actis Societ. Scient. Hafn. Tom. 2. pag. 157. 4) Norvegi & Iſlandi *dimbeldage*, qvam denominationem perantiqvam eſſe patet ex *Sturlungaſaga* libr. 1. cap. 14. "Þegar lídur "ad dymbeldaugum ſækia menn Þángad fiölment tíder á Skírdags morgin." & *Hiſt. Chriſt.* cap. 14. "Þá kom hríd ſo mikel á diinbeldaugum" & deniqve concil. Berg. Tom. 1. pag. 491. "Lík ſkal nidurſetia Þórsdag í dimbeldagaviko." Cum itaqve uſitatum eſſet, pueros virgis, operas flagellis, his diebus, præſertim die Veneris cædere, cum aliqvid peccarent, illis hoc modo minari ſolitum fuit: *koma dimbeldagar*, veniet ultio, vel: *lidur ad dimbeldaugum*, id eſt: non longe abeſt tempus pœnæ. Qvæ in qvotidiano uſu hodie apud nos adhuc ſunt. De vocis autem etymo diſcrepant autores: GUDMUNDUS ANDREÆ in *Lex. Isl.* derivat eam a *dumbe*, mutus, eo qvod campanæ apud Pontificios hoc tempore eſſent mutæ, & tude lignea pulſarentur, qvæ *dimbell* vocata fuerit; Sed hæc derivatio magnopere diſplicet Celeberr. GRAMMIO loc. cit. pag. 165. qvi vocem a *dimma*, tenebræ, derivari contendit, cui liti nos non interponimus, id tantum dicere audemus, ſi hunc Gudmundus morem Iſlandis tantummodo tribuiſſet, non multum peccaſſet, nam licet id in nullo antiqvo & bonæ fidei Documento legerimus, conſtanti tamen antiqvorum & antiqvitatis peritiſſimorum traditione accepimus, Iſlandos qvondam in hebdomade paſſionis campanas pulſaſſe inſtrumento ligneo, qvod *dimbel* vocarunt, qvæ traditio non penitus ceſſat vera eſſe, licet aliæ gentes aſſerem ligneum malleolo ligneo tududerint, nam notum eſt, non omnes gentes easdem ſemper ſervaſſe cæremonias eccleſiaſticas, imo eandem gentem non ſemper easdem, cujus exempla nos attulimus, Tom. 1. pag. 309. Tom. 2. pag. 483. Utrum autem immediate derivaveris *dimbelvika* a *dimma* obſcuritas, an vero mediate a vocula *dumbe*, parum referre videtur, nam ut *dimma* non notat craſſas tenebras, ſed obſcuritatem lucis & ſoni, ex. gr. *dimm rödd*, obſcura vox, *dimmt yfer*, obſcurus aër, *dimmt inne*, obſcuritas domicilii, ita *dumbe* non penitus mutum & ſurdum, ſed & ſurdaſtrum & indiſtincte aliqvid ſuſurrantem. His accedit qvod antiqvi, euphoniæ cauſa (ut videtur) cum ſcribenda aut pronuncianda eſſet litera *m*, ei ſæpe addiderunt *b*; & pro gemino *mm* ſcripſerunt *mb*, vide Tom. 1. pag. 206. ubi *umb* pro *umm* ter occurrit. Taceo qvod *dimbelvika* ex *dimmivika* per incuriam ſcribarum facile fieri potuit, cum ſcribendum eſſet

 *dimbu-*

Pag. 375. ad not. a. adde: (a)
Pag. 376. §. 22. Addatur hæc nota: (b)

Pag.

---

*dimbu-* vel *dimmudagar*, ex prolongatione & extenſione poſterioris ramuli litera *u*. facile fieri potuit *dimbildagar* pro *dimbudagar*. Qvod autem *G. ANDREÆ* de *Thombul* habet, neſcio qvo nitatur fundamento, & ob id a *GRAMMIO* merito notari putamus.

(a) In *Codice Vilchiniano*, jura & poſſeſſiones templorum deſcribente, ut & paſſim alibi, fit mentio *mortuariorum* ut tributi cujusdam lucroſi, templis pendi ſoliti, qvod Periodo tertia impoſitum & indictum fuiſſe, & deinceps continuatum putamus; fuit autem *mortuarium* jus illud, qvod eccleſiæ aut ejus Rectori debebatur, cum qvis decederet, ſc: cum decedens parochianus tria vel plura in bonis ſuis haberet animalia, optimo, cui de jure fuerit debitum, reſervato eccleſiæ ſuæ, a qva recepit ſacramenta dum viveret, ſine dolo, fraude ſeu contradictione, qvælibet pro recompenſatione ſubtractionis perſonalium decimarum, nec non oblationum. Secundum melius animal reſervabatur poſt obitum pro ſalute animæ ſuæ hujusmodi liberandum; Qvod ſi duo tantum in bonis decedentis exſtiterunt animalia, de manſvetudine Eccleſiæ exactio qvælibet nomine mortuarii remittitur. Intelliguntur etiam nomine *mortuarii* fructus commendæ, currentes a die obitus commendatarii usqve ad proxime inſeqventis Maji finem, ſeu feſtum nativitatis Johannis Baptiſtæ, qvi ad commune ærarium ſpectant, qvemadmodum & *annata* integra a Majo huc usqve ad ſeqventis anni Majum, id qvod *vacans* vocant. Poſterius mortuarium, qvod hic memoratur, idem videtur eſſe ac *annatæ* de qvibus Tom. 1. pag. 234. Prius autem ad templum ſeu eccleſiam pertinebat, de qvo hic agitur.

(b) Diximus Magnum Erici filium Norvegiæ Regem Iſlandis anno 1356 imperaſſe, ut Jus eccleſiaſticum ab Arna Epiſcopo conſcriptum, pro lege obligante agnoſcerent, eosqve eidem mandato obtemperaſſe, qvod, qvantum ad Skalholtenſes attinet, nulla indiget probatione, cum illi nullam unqvam de eo moverint litem. Si qvis autem de Holanis dubitaverit, & qvid ſub hac periodo illis de ea re mentis fuerit, ſcire velit, probatum id dabimus exemplis qvibusdam, ex qvibus patet illorum Epiſcopos & Officiales in dicta lege ſua judicia fundaſſe, & ad ejus amuſſim dixiſſe ſententias in rebus graviſſimis. Horum primus occurrit Jonas Paulinus, vir magni nominis & Holanæ diœceſeos plus ſimplici vice antiſtes, hic enim anno 1428 in cauſa Margaretæ Sigurdi filiæ hoc Jus Eccleſiaſticum allegat, dicendo: "Sed ita ſonant leges Sanctæ Eccleſiæ: *Si judex " cuidam diem ſcripſerit, ut coram ſe compareat, manebit firma ejus ſententia, licet " reus non compareat.*" qvæ verba ex Codice Arnæano cap. 27. ſumta ſunt. Et paulo poſt ex cap. 22. hæc allegantur: *Si qvis ad idem peccatum recurrit, qvod ante expiaverat, ſolvat Epiſcopo tres marcas.*

2) Anno 1435 Jonas Epiſcopus Rafnum Gudmundi Nomophylacem eapropter diris devovit, qvod qvædam maris ejectitia templo Holano abjudicaverat, juxta hunc Juris Arnæani titulum cap. 38: *Qvicunqve temerarie audent ſententias dicere contra jus divinum & Sanctæ Eccleſiæ libertatem, Papalis devotionis ſunto obnoxii.*

3) Anno 1434 ex tenore codicis Arnæani cap. 9. idem Præſul Anglos prædones, qvi ad templum Holanum confugerant, ſecuros pronuntiavit.

4) Anno

Pag. 387. Litr. E. mensi Maji; Lege: Mensis Maji.
Pag. 390. not. pag. 454; Lege: pag. 354.
Pag. 393. § 3. addatur hæc nota: (a)

Pag.

4) Anno 1483 Sigurdus Officialis Jonam Thorvaldi tribus marcis multavit, eo qvod Olaum Biörni excommunicatum sacris interesse passus fuerat, idqve secundum ejusdem Codicis cap. 38.

5) Gotskalkus Gotskalki filius Denarium Petri 1448 ex hujus Codicis præscripto collegit, & Oddum Thorkeli filium ob administrationem bonorum templi Bæisäensis, secundum hujus Codicis cap. 4. reum egit.

6) Olaus Rögnvaldi pleraqve sua acta in hoc codice fundata esse videri voluit, ex qvibus *a*) adducemus causam Hvassafellensem, qvam ex præscripto cap. 20 egit. *b*) In causa templi Bardensis anno 1481 fratres Brandinos reos egit trium marcarum secundum *Codicem Arnæanum* cap. 15. Non vero 6 marcarum juxta *Thorlaciani* præscriptum. *c*) In sententia de Thorstem Thorlevidæ illegitima administratione bonorum templi Hunsavicensis expresse allegat hujus Codicis cap. 4. dicens: "Sic habet jus Eccles. *Templa & "eorum bona sub Episcopi potestate sunto, ut & omnia ad Religionem pertinentia, nam "præter eorum voluntatem laici hæc non debent administrare.*"

7) In Gotskalki Nicolaidæ actis idem reperitur, nam ejus contra Jonam Sigismundi institutæ actiones de templi & cœmeterii Videdalstungensis pollutione fundatæ sunt in Codicis Arnæani cap. 6. & ipse Jonas Sigismundi, Juris patriæ scientissimus, in sua Apologia, qvod non inierit illegitimum conjugium cum Biörga Thorvaldi filia, integram periocham ex Cod. Arn. cap. 16. adducit, qvæ ita sonat: *Qvicunqve uxorem ducere velit, eam virginem vel mulierem cum accurata providentia petat, ne eo sciente aliqva obstacula obsint; si vero cum illis consentiat, in qvorum potestate fæmina est, is qvi uxorem petit, testes duos vel plures adhibeat, qvi promissum audiant, hanc stipulationem implendam esse, conditionibus recensitis, & jure divino inviolato. &c.*

8) Qvod Jonas Aræsonius in causis Thomæ Hialmidæ ex Cod. Arnæi cap. 16. egerit, & causa contra Helgonem Abbatem ceciderit ex præscripto cap. 36; qvod contra Teitum Torlessonium allegaverit hanc clausulam ex cap. 7. *Qvicunqve præsumit emere templorum fundos, ipso opere est excommunicatus*; & qvod contra Davidem Gudmundi ex cap. 20. egerit, ipsa acta docent. Omnia hæc satis clare testantur, qvod Holenses Episcopi, Officiales, & eorum subditi *Codice Arnæano* usi fuerint, & legem obligantem agnoverint, ut pluribus non opus sit testimoniis. Skalholtensium autem acta huc spectantia adducere supersedemus, cum illi eidem nunqvam contradixerint, aut ejus autoritatem in dubium vocarint.

(a) Hic sine dubio est ille Jon Paulson Presbyter & (yconomus) œconomus Ecclesiæ Cathedralis Holensis, qvem Johannes Pauli in qverimonia de maleficiis Anglorum in Islandia perpetratis, dicit ab illis furtive & in trevgis anno 1420 percussum fuisse, id est scuticis aut fustibus verberatum & male mulctatum fuisse. Sed utrum omnia hæc uni, an vero duabus personis, tribuenda sint, non dicam, prius tamen verisimilius facit lis de prædio Valthiofstad ab initio usqve ad annum 1464 vigens.

Pag. 395. §. 6. initium feculi 14; Lege: initium feculi 15.
Pag. 401. No. 5. *ratio plena*; Lege: *ſana ratio.*
Pag. 439. No. 85. *excruciant*; Lege: *excrucient.*
Pag. 450. Lege: in ſua ſic fugiens murmurat ore. Et premeret noſtrum.
Pag. 456. lin. 1. Lege: Oſtendunt cœlo nova ſe ſpectacula aperto.
Pag. 467. not. b. viſus eſt; Lege: juſſus eſt.
Pag. 471. Cum ex *Bullario Ornhielmiano*, qvod MS. in Archivo Antiqvitatum Holmienſi exſtat, Bullas qvasdam Papales & Acta in cauſa Johannis Gerechini exſcribere datum fuerit, illa hic ſubjungimus:

Univerſis preſentes literas inſpecturis, Ludovicus Alamandi Decretorum Doctor, Cuſtos Lugdunenſis, Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini Franciſci miſeracione divina Archiepiſcopi Narbonenſis, Domini Papæ Camerarii, in Cameraliatus officio locum tenens, ſalutem in Domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam deducimus per preſentes, qvod cum Reverendus in Chriſto pater, Dominus Johannes Dei gratia Archiepiſcopus Upſalenſis, curia Romana ultra ſingulis trienniis citra v. montes exiſtente ſingulis bienniis ſedem Apoſtolicam ſeu beatorum Petri & Pauli Apoſtorum limina viſitare, ſub certis pœnis & ſententiis teneatur, ſedem predictam ſeu limina ipſa dictus Dominus Archiepiſcopus ultra partes marinas & in regno Sveciæ commorans, pro tempore preterito & nunc currenti triennio in feſto Sancti Johannis Baptiſte proxime futuro finiendo per Venerabilem virum Dominum Petrum Hemingi, Archidiaconum eccleſiæ Upſalienſis, procuratorem ſuum ad hoc legitime conſtitutum, die data preſencium cum devotione debita viſitavit. Nichil in idem procurator racione viſitationis hujusmodi Cameræ Apoſtolicæ obtulit ſeu ſervivit. Et inſuper eundem dominum Johannem Archiepiſcopum ab excommunicacionis a reatu periurii pœnis & ſententiis ſi qvas vel qve ob moram retardatæ viſitationis huiusmodi qvoqvo modo incurrat tenore preſentium abſolvimus & reddimus abſolutum ſecumqve ſuper irregularitatis macula ſi qvam occaſione promiſſorum celebrando divina vel immiſcendo ſe illis non tamen in contemptum clavium contraxerit, miſericorditer diſpenſantes. In qvorum teſtimonium preſentes literas fieri & ſigilli prefati Domini Camerarii juſſimus appenſione muniri. Datum Conſtantiæ die ſexto menſis Maji Anno a nativitate Domini MCDXVIII. indictione XI. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Martini divina providentia Papæ V. anno primo. (L. S.)

In

In nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCDXXI. indictione XIV. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Martini diuina prouidentia Pape V. anno 4. 12 die mensis Martii, hora 10 vel quasi, in sacristia majori ecclesiæ Upsalensis, in mei notarii publici & testium infra scriptorum presentia, honorabilis Vir, Dominus Olavus Laurentii, prepositus Upsalensis, procurator & promotor causa inquisitionis contra Reverendissimum patrem Dominum Johannem Archiepiscopum Upsalensem, prout ex evidentibus patet instrumentis, substituit honorabilem virum, Dominum Nicolaum Birgeri Altaristam in Ecclesia Upsalensi presentem & consentientem ad prosequendum citationem contra prefatum Reverendissimum patrem, dominum Johannem Archiepiscopum Upsalensem a Reverendissimo in Christo patre, Domino Johanne Archiepiscopo Rigensi emanatam, ipsiusque sigillo sigillatam, & subscriptione discreti viri, Johannis Faulhaver, notarii publici subscriptam, & ad requirendum universos & singulos sub pœnis secundum vim & continentiam dictæ citationis super ipsius execucione, dans & concedens eidem omnimodam potestatem omnia & singula agendi & exercendi, que circa prosecutionem jam dictæ citationis necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna, super qvibus omnibus idem Dominus Olavus prepositus me notarium infra scriptum reqvisivit, ut sibi super hoc publicum conficerem instrumentum, presentibus honorabilibus Viris, Dominis Petro Tidekini & Jacobo Olavi, Altaristis dictæ Upsal. ecclesiæ, testibus fide dignis, ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Petrus Nicolai, Prebendatus seu altarista in ecclesia Upsalensi publicus auctoritate imperiali notarius, quando premisse substitutioni una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo hoc publicum scripsi instrumentum, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consvetis signavi, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium premissorum.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate ejusdem MCDXXI. indictione XIV. mensis Aprilis die 1 hora XI. vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Martini, divina providencia Pape V. Ao. 4. in Castro Draxholm Roschildensis diœcesis, honorabilis vir, dominus Magister Olavus Ingevalli, Canonicus Upsalensis, coram Reverendissimo in Christo patre domino Johanne Dei gratia Archiepiscopo Upsalensi, & me notario publico supra scripto ac testibus infra

 scriptis,

ſcriptis, perſonaliter conſtitutus, produxit, preſentavit & ad manus adſignavit eidem Reverendiſſimo patri, Domino Johanni Archiepiſcopo quandam cedulam papiream ſibi per Sereniſſimum Principem, Dominum Ericum, Dei gracia Dacie, Svecie, Norwegie Regem directam, cuius cedule tergo eiusdem domini Regis ſecretum de cera rubea appreſſum erat, & ut oculata fide percepi, in ipſo ſecreto ſculptus erat clipeus, tres coronas regias continens, retro quem crux erecta, & in orbiculari circumferencia he literæ continebantur: Secretum Erici D. G. Dacie, Svecie, Norwegie, Sclavorum, Gothorumque Regis & Ducis Pomeranie. Erat autem ipſius litteræ vis ſalvus conductus memorato Domino Johanni Archiepiſcopo per prefatum Sereniſſimum Principem Dominum Ericum Regem preſtitus in danico ydiomate, prout in eiusdem cedule tenore patet, qui ſequitur & eſt talis.

Wi Erik meth Guths nathe, Danmarks, Swer̃iges, Norghes, Wendes oc Gotes Konung oc Hertug i Pomern, hælſæ allæ the, ſom tætta wort bref hender til at komma, kerlige meth Guths oc wor nathe, oc göre witherlikt, at wor helige Father Pawen hawer oſs-tilſcrewit, at han hawer tilſkikket oc tilſett hetherlik Father, Erchebiſcopen af Rige, til en Domære, ſwo at han komma ſkal til Upſale uth at höra oc at atſkilge ſaker oc delemaal millom Erchebiſcop Jens af Upſale oc Capitel i Upſale, oc allæ andræ, ſom uppa henne hawe at kære. Tha efter thet ſom wi forſtandet hawe at fornembde hetherlik Father, Erchebiſcopen af Rige nu the ſaghe oc delemaal at ænde, ware wil i Upſale annen dagen efter Sancti Viti oc Modeſti dag: Tha fehle wi fornewnde Erchebiſcop Jens af Upſale, at han uppa fornewnde dag til Upſala kome oc ſick ther forſware, oc i hans behold igen for alle the, ſom för ware ſkyld wele göre oc lade, oc for alt argt, uden thet ſom Rættin giwer: Oc forbiude wore fogedhe oc embitsmen oc allæ andre hwo the hælſt ære, hanom i nagre mathe her emot at hindre eller umaghe wider wor konunglik hefnd oc wrede. Scriptum Haffnis Anno Domini MCDXXI. 4 feria proxima poſt Dominicam Miſericordia Domini &c. noſtro ſub ſecreto tergo preſencium impreſſo.

Poſt cuius quidem cedule productionem, preſentationem & aſſignationem Domino Johanni Archiepiſcopo factas, ut premittitur, memoratus dominus Olaus mox ibidem quiddam publicum inſtrumentum, continens in ſe citationem Reverendiſſimi patris, domini Johannis Archiepiſcopi

ſcopi Rigenſis, una cum ſubſcriptione Johannis Faulhaver, notarii publici in pergameno ſcriptum, ac ſigno ipſius & nomine ſolitis & conſvetis ſignatum, ſigilloque rotundo de cera rubea intrinſecus, cera vero alba exterius circumdata, pendente in cauda pergamenea ſigillatum, ſanum & integrum, non vitiatum, non cancellatum, ſeu abraſum, neque in aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carens, in medium produxit, exhibuit & oſtendit, in cuius quidem ſigilli medio, ut prima facie videbatur, impreſſæ erant effigies Beatæ Virginis Mariæ & Jeſu Chriſti filii eius Domini noſtri repreſentantes, ſic, quod virginis ymago videbatur ymaginem filii ſupra ſiniſtrum brachium portare ipſamque cum dextra amplexari, ſubtus vero pedes ymaginis virginis erat clipeus, in cuius medio per longum intus erant baculus paſtoralis & crux quaſi per transverſum, littere vero circumferenciales erant tales: Johannis Rigenſis Archiepiſcopi. Cuius quidem publici inſtrumenti ſeu citacionis littere tenor ſequitur in hunc modum.

Johannes, miſeracione divina Sanctæ Rigenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus in cauſa & cauſis infra ſcriptis, a Reverendiſſimo in Chriſto patre & Domino, Domino Gvillermo eadem miſeracione titulo Sancti Marci Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbitero Cardinali Judice & Commiſſario a Sanctiſſimo in Chriſto patre & Domino noſtro, Domino Martino, divina Providencia Papa V. ad eadem ſpecialiter deputato, Judex & Commiſſarius ſubdeputatus, univerſis & ſingulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Prepoſitis, Decanis, Archi-Diaconis, Scholaſticis, Cantoribus, theſaurariis, cuſtodibus, tam Cathedralium quam collegiatarum Canonicis, parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu loca tenentibus eorundem, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque per provincias Lundenſem, Upſalenſem & Bremenſem ac alias ubilibet conſtitutas, & eorum cuilibet in ſolidum, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos preſentes noſtre littere pervenerint, ſalutem in domino & mandatis noſtris, ymovero Apoſtolicis firmiter obedire. Noveritis qvod nuper quasdam litteras ſubdelegatorias in pergameno ſcriptas, ſigillo Reverendiſſimi in Chriſto patris Domini Gvillermi Cardinalis, Judicis & Commisſarii prefati ſigillatas ac manu diſcreti viri Magiſtri Ynonis Coyer, notarii publici, atque preſentis cauſe coram eodem Domino Cardinali judice & commiſſario ſcribe ſubſcriptas recepimus, cum ea qua decuit reverencia, hujusmodi ſub tenore:

 Gviller-

Gvillermus miseracione divina titulo S. Marci, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Judex & Commissarius ad infra scripta autoritate apostolica specialiter deputatus, Reverendissimo in Christo Patri & Domino, Domino Johanni, eadem miseracione Archiepiscopo Rigensi, salutem in Domino, & nostris, ymo verius Apostolicis, obedire mandatis. Nuper Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Martinus, divina providencia Papa V. quandam commissionis sive supplicacionis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reverencia recepimus, tenorem, qui sequitur, continentem.

Beatissime Pater, licet secundum doctrinam Apostoli oporteat Episcopum esse sine crimine & providere, bona non solum coram Deo, sed eciam coram hominibus, & propterea fama presertim prelati non pollui sed pollere debeat: Nichilominus tamen Dominus Johannes Archiepiscopus Upsalensis de diversis criminibus enormibus & detestabilibus graviter & publice diffamatus exsistit, presertim periurii, dilapidacionis bonorum dicte ecclesie, oppressionis cleri sibi subiecti, sacrilegii, contemptus clavium ecclesiæ & auctoritatis sedis apostolicæ, publici concubinatus, adulteriorum quam plurium ac eciam incestus, eciam cum matre & filia, & quam plurimis aliis horrendis criminibus, ex quibus gravia scandala in clero & populo patriæ sunt suborta, clamoresque & querelæ graves ad devotissimum filium sanctitatis vestræ, Dominum Ericum, Dacie, Svecie & Norvegie Regem &c. eciam pro parte capituli dictæ Upsalensis ecclesiæ devenerunt, quibus clamoribus excitatus idem Dominus Rex zelo justitiæ ac honoris & utilitatis ecclesie, recepta prius informacione super premissis, ne leviter moveri videretur, premissa eciam secundum Evangelicam doctrinam fraternali & secrete primo & deinde per nonnullos suos nuncios, venerabiles viros, caritativa monicione, supradicta crimina, sanctitati vestre insinuando, duxit presentibus intimanda, eciam ex deliberacione prelatorum regnorumque suorum in congregacione solenni desuper habita, supplicans scandalum & obprobrium huiusmodi dignetur Sanctitas prelibata ab ecclesia regnorum suorum removere, & committere alicui ex Reverendissimis in Christo Patribus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aut alicui reverendissimo prelato in partibus, ut de premissis summarie, simpliciter, sine figura judicii inquirat ex officio, & procedat cum protestacione jurandi & amovendi eundem de dicta ecclesia, & ipsum alios puniendi, sive purgacionem indicendi, ipsumque ab administracione suspendendi,

dendi, caufa huiusmodi pendente, & ecclefie adminiftracionem alteri committendi, & omnia alia faciendi in premiffis neceffaria feu quomodolibet oportuna fecundum quod de jure videbitur faciendum. Et quia, beatiffime Pater, prefatus Archiepifcopus, ab antedicto filio Sanctitatis Veftræ ut premittitur monitus, non folum non defiftere cogitavit de inceptis, fed pocius pejora committere, & Maieftati Regiæ expreffe dicere, quod vitam, animam & honorem, amicos fuos & eorum bona, ac omnia bona ecclefie Upfalenfis predicte, pro defenfione cuiusdam fentencie matrimonialis per eum venaliter latæ exponere vellet; prefatus dominus Rex, tam ex premiffis verbis, quam infamia, de qua fupra, videns imminere defolacionem ecclefie & bonorum eius dilapidacionem, avifavit Capitulum dicte ecclefie, ut taliter providerent quod bona refidua non permitterent diffipari, quod feciffe dicitur & in fe cuftodiam bonorum predictorum fufcepiffe. Et qvia idem Archiepifcopus adminiftracioni bonorum predictorum viros inhoneftos & perfonas viles prepofuerat, de civitate Upfalenfi & de regno Svecie ignorante fuo Capitulo recedens ipfos deftituiffe, & alios probos & honeftos fubftituiffe dicitur, dictus Archiepifcopus afferens Dominos de Capitulo bona Ecclefiæ invafiffe & ipfum bonis pluribus fpoliaffe & Officiales fuos deftituiffe, ipfumque impedire, quo minus ad adminiftracionem bonorum reftitui & fructibus gaudere poffit, a fanctitate veftra dicitur obtinuiffe committi Reverendiffimo Patri Domino Cardinali Montis Arragonum, ut Dominos Petrum Archidiaconum & Olavum in teftimonium, & capitulum moneat fub excommunicacione, fufpenfionis & interdicti & aliis formidabilibus penis, quatenus infra certum terminum eum in ftatum priftinum & realem poffeffionem & adminiftracionem bonorum reftituant, ipfumque fecurari in corpore & rebus ftudeant, & eidem obediant, ac eciam ei vel procuratori fuo in curia vel in civitate Lubicenfi refponderi faciant, ac eciam cenfuarios ecclefie ad eidem folvendum moneant, ac alia faciant in quadam commiffione eidem Reverendiffimo Patri Domino Cardinali prefentata contenta, quam & eius tenorem dignemini habere pro fufficienter expreffis. Dignetur fanctitas veftra attento, quod dicti de capitulo, non animo fpoliandi eum, fed bona ecclefie confervandi, fe de eis intromififfe dicitur, & quod fcandalofum foret, virum tantis criminibus involutum ad poffeffionem cathedre reftitui, & reftitutio de jure propter fcandalum denegetur, ac eciam quod fufpicione dilapidacionis eft ab adminiftracione fufpendendus, &

ſic eciam, ſi foret reſtitutus, ſtatim eſſet amovendus, & propterea circuitus eſt evitandus, poteſtatem dicto Domino Cardinali per commiſſionem predictam conceſſam, eciam ſi monitorium decernit, monitorium ſuſpendere & ad eandem Sanctitatem Veſtram advocare, & prefatam commiſſionem per Sanctitatem Veſtram deputandi, in curia vel extra, in partibus omnium predictorum cognicionem, examinacionem & deciſionem committere in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunqve. In fine vero dictæ commiſſionis ſive ſupplicacionis cedule ſcripta erant de alterius manu, & littera ſuperiori littere ipſius cedule prorſus & omnino diſſimili & diverſa, hæc verba &c. De mandato Domini noſtri Pape audiat Reverendiſſimus Pater Dominus Cardinalis beati Marci, procedat in omnibus in Forma inquiſicionis ex officio, cum poteſtate citandi eum perſonaliter in curia & extra, & ſuſpendendi ab adminiſtracione, & adminiſtracioni providendi, committat in partibus premiſſa, & alia que ſibi videbuntur committenda, citra tamen diffinitivam ſentenciam, premiſſis non obſtantibus, & referat. Receptis igitur huiusmodi Commiſſionis litteris, mandatum Apoſtolicum reverenter ſuſcipientes, licet tanti Regis inſinuacio ad procedendum ad inquiſicionem veritatis ſufficere videretur, quia tamen in inſinuacione & commiſſione premiſſis, nulla certa crimina, delicta vel exceſſus ſpecifice exprimebantur, nolentes in tanto vagari diſcrimine; de quibus ſpecifice criminibus, exceſſibus & delictis, & quidem Reverendiſſimus Pater, Dominus Johannes, Archiepiſcopus Upſalenſis, in predicta commiſſione nominatus foret de illis diffamatus, volumus diſtrictius & amplius inſtrui, nosque & noſtrum animum ad ulteriorem proceſſum inquiſicionis veritatis informari, nonnullosqve teſtes de partibus illis, & qui dicti Archiepiſcopi, eccleſiæ & diœceſis atque partium illarum habebant noticiam, in Romana Curia apprehenſos ſuper premiſſis, preſertim ſpecificacione & fama ſuper illis ſpecificatis recepimus, jurare fecimus & perſonaliter propria in perſona noſtra examinauimus diligenter. Qvorum attentis depoſicionibus, nonnullis criminibus, exceſſibus & delictis ſpecifice declaratis, ſuper quibus eundem Archiepiſcopum reperimus multipliciter & publice diffamatum, decrevimus ad inquiſicionem veritatis, ſecundum ſacrorum formam canonum procedendum, & ſecundum omnipotentis Dei verbum deſcendendum & videndum, utrum clamorem, qui de dicto Archiepiſcopo ad aures beatiſſimi Domini noſtri Pape pervenerit, opera compleverit, ut idem Archiepiſcopus, de quo

tanquam

tanquam villico tanta audita sunt, reddat racionem villicacionis suæ, & quia, ut ait dominus & premissum est, descendendum est & videndum, si premissa veritate subsistant; & in partibus dicti Archiepiscopi melius, facilius & citius veritas elucescet, Nosque ad loca ipsa personaliter descendere & accedere non valemus, aliis arduis Romanæ ecclesiæ negociis impediti, Paternitati Vestræ, cuius scienciam, virtutes & probitates exploratas habemus, auctoritate Apostolica commissa nobis in hac parte, tenore nostrarum presentium litterarum committimus & mandamus, quatenus ad loca, de quibus vobis videbitur expedire, descendentes, super criminibus, excessibus, delictis & omissionibus in articulis sive capitulis, quos vobis sub nostro sigillo clausos, cum notarii nostri Ynonis Coyer subscriptione transmittimus, qui tamen & quos circumspectio vestra poterit plenius designando loca & tempora, ac circumstancias alias declarare, nec non aliis quibuscunque, de quibus clamorosa insignacio ad nos pervenerit, & cum reperitis diffamatum ex officio mero in forma inquisicionis vel ad persecucionem alicuius, qui inquisicionis huiusmodi officium prosequi vellet, vel quoad ad huiusmodi negocii persecucionem & promocionem vestra paternitas duxerit deputandum, vocato coram vobis dicto Archiepiscopo cum personaliter, vel per procuratorem, si personaliter comparare non possit, longo impedimento detentus, & eidem dictis vobis transmissis articulis sive capitulis expositis, aut eciam si per contumaciam se absentet, ad inquisicionis veritatis negocium procedatis, usque ad diffinitiuam sentenciam exclusive, secundum canonicas sanctiones, que docent qualiter & quando sit in talibus procedendum, omnemque potestatem tam circa premissam inquisicionis materiam, eciam suspensionis ab administracione, & provisionis circa administracionem dictæ Upsalensis ecclesiæ & bonorum ejus, nec non circa materiam restitucionis dicti Archiepiscopi, ad bona eiusdem ecclesie dudum Reverendissimo in Christo patri Domino Cardinali Montis Arragonum auctoritate Apostolica commissam, & monitorium ab eodem Domino Cardinali circa hæc emanatum, que rigore commissionis predicte nobis facta, ab eodem Domino Cardinali advocata nobisque commissa censetur, & generaliter in omnibus, in prefata nobis facta commissione contentis, præter in relacione Sanctissimo Domino nostro Pape, super hiis facienda, vobis concedimus & tenore presencium delegamus: Eadem auctoritate mandantes, ut que super premissis feceritis & repereritis, ac totum processum per vos factum, nobis

sub

sub vestro sigillo clausum, & cum Notarii vel notariorum subscriptionibus seriose & fideliter quantocyus poteritis remittatis, quatenus de eisdem prefato Sanctissimo Domino nostro Pape relacionem veridicam facere valeamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum, preter nostras litteras, sive presens publicum instrumentum nostram commissionem in se continens exemplum fieri, & per prefatum Ynonem secretarium & notarium nostrum & causæ huiusmodi coram nobis scribam infra scriptum subscribi & publicari mandavimus, sigillique nostrimet jussimus appensione muniri. Datum & actum Florentie in domo habitacionis nostræ, sub Anno a nativitate Domini MCDXX. indictione XIII. & die 22 mensis Maji, Pontificatus prefati Domini nostri Papæ anno 3 presentibus ibidem venerabilibus Dominis Johanne Trocen & Fossario Mertem Lundens. & Cameracen. ecclesiarum Canonicis testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis. Et me Ynone Coyer clerico veneten. diœces. publico, Apostolica & imperiali auctoritatibus, notario, ac Reverendissimi Patris, Domini Gvillermi, Cardinalis, Judicis & Commissarii prefati Secretario, & causa huiusmodi coram eo scriba, qui premissis omnibus & singulis, dum sic ut premittitur agerentur & fierent, una cum prenominatis testibus presens fui, eaque sic fieri vidi & audivi; ideo presentes litteras siue presens publicum instrumentum manu aliena, me aliis occupato negociis, fideliter scriptum, in hanc publicam formam redegi, hisque me subscripsi, & signo meo consueto, una cum appensione sigilli ipsius Domini Cardinalis signavi, in testimonium premissorum requisitus.

Post quarum quidem litterarum subdelegatoriarum receptionem, fuimus per honorabilem virum, Dominum Olavum Laurentii, Prepositum Upsalensem, promotorem causæ huiusmodi, ad hoc specialiter ex nostro incumbenti officio deputatum, debita cum instancia requisiti, quatenus citacionem contra & adversus Reverendissimum Patrem, Dominum Johannem Archiepiscopum Upsalensem in dicta commissione nominatum, juxta & secundum preinsertarum litterarum subdelegatoriarum vim, seriem & tenorem decernere & concedere dignaremur. Nos igitur Johannes Archiepiscopus, Iudex & Commissarius antedictus, attendentes requisicionem huiusmodi fore justam & consonam racioni, volentesque in causa & causis huiusmodi juste & legitime procedere ut tenemur. Idcirco auctoritate qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, ut vestrum quemlibet in solidum tenore presentium requirimus & monemus, primo,

primo, fecundo, tertio & peremptorie, vobisque nichilominus & veftrum cuilibet in virtute fanctæ obedienciæ & fub pœna excommunicacionis, quam in vos & veftrum quemlibet facimus in hiis fcriptis, nifi feceritis quod mandamus, ftricte precipiendo mandamus, quatenus infra 6 dierum fpacium poft prefentacionem feu notificacionem prefencium, vobis feu alteri veftrum factam immediate fequentium, quorum 6 dierum duos pro primo, duos pro fecundo, & reliquos duos dies vobis univerfis fupra dictis, pro tertio & peremtorio termino ac monitione canonica affignamus, ita quod in his exequendis unus veftrum alterum non exfpectet, nec alter pro alio fe excufet, prefatum Reverendiffimum Patrem, Dominum Johannem Archiepifcopum, in dicta commiffione nominatum, in ipfius propria perfona, fi ipfius prefentia commode haberi poterit, alioquin in hofpitiis habitacionum fuarum, ubi moram trahit, & in aula fua archiepifcopali, nec non in metropolitana Upfalenfi aliisve ecclefiis & locis publicis, infra miffarum folennia, dum ibidem ad audiendum divina multitudo populi convenerit, aut alias congregata fuerit, ubi, quando & quotiens expediens fuerit, & pro parte dicti promotoris fueritis requifiti, autoritate noftra, ymo verius Apoftolica, publice alta & intelligibili voce peremptorie citare curetis, fic quod verifimile fit, citacionem huiusmodi ad eius notitiam pervenire, ne de premiffis vel infra fcriptis aliquam ignoranciam pretendere valeat, feu eciam allegare, quem nos eciam tenore prefencium fic citamus, quatenus 16 die menfis Junii, qui erit dies craftina Sancti Viti martiris proxime affutura, fi faltem ipfa dies juridica fuerit, & nos vel alius forfan loco noftri furrogandus pro tribunali federimus feu federit, alioquin jam die juridica proxime extunc immediate fequenti, qua nos vel alius, fi quem, ut premittitur, loco noftri deputaverimus feu furrogaverimus, pro tribunali federimus feu federit, in majori ecclefia Upfalenfi hocce tertiarum compareat judicio coram nobis, dicto furrogando perfonaliter, vel per procuratorem ydoneum, fi longo impedimento detentus fuerit refponfurus, ac in caufa & caufis huiusmodi ad omnes & fingulos actus gradatim & fucceffive usque ad diffinitivam fentenciam exclufive proceffurus & procedi vifurus, aliterque dicturus, facturus, auditurus & recepturus, quod iuftitia fvadebit & ordo dictaverit rationis: Certificantes nichilominus eundem citatum, quod five in dicto citacionis termino, ut premiffum eft, comparere curaverit, five non, nos nichilominus ad premiffa omnia & fingula, & alias prout juftum fuerit procedemus feu

procedi faciemus, dicti citati abſentia ſeu contumacia in aliquo non obſtante. Die vero execucionis citacionis huiusmodi atque formam & quicquid in premiſſis feceritis, nobis per veſtras patentes litteras ſive publicum inſtrumentum harum ſeriem ſeu deſignacionem in ſe continentes ſive continens, remiſſis preſentibus nobis fideliter intimare curetis. Abſolucionem vero omnium & ſingulorum qui prefatam noſtram excommunicacionis ſentenciam incurrerint, quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro termino reſervamus. In quorum teſtimonium, omnium & ſingulorum premiſſorum atque fidem, preſentes noſtras citacionis litteras, ſive publicum preſens inſtrumentum, huiusmodi noſtram citacionem in ſe continentes ſeu continens, exemplum fieri & per Johannem Faulhaver, notarium noſtrum & cauſæ huiusmodi coram nobis ſcribam, infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, ſecretique noſtri juſſimus appenſione muniri. Datum & actum in caſtro noſtro Ceſſwegen Rigenſis diœceſis ſub Anno a nativitate Domini MCDXX. indictione 13. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Martini Pape predicti Anno 4. 24. die menſis Novembris, hora veſperorum vel quaſi: preſentibus ibidem honorabili Domino, Henrico Dornigh, Presbytero Havelbergenſis diœceſis, Capellano noſtro, nec non Johanne Voyt, Armigero Maguntinenſis diœceſis, Magiſtro Curie noſtre, teſtibus ſuper premiſſis rogatis & requiſitis.

Et ego Johannes Faulhaver, Clericus Conſtantienſis diœceſis, publicus auctoritate imperiali notarius, quia premiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut preſcribitur agerentur & fierent, una cum preſcriptis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum deſuper conſcripſi & confeci, & in hanc publicam formam redegi, de mandato prefati Domini Archiepiſcopi & commiſſarii, ſignoque & nomine meis ſolitis conſvetis, una cum appenſione ſecreti eiusdem Domini Archiepiſcopi conſignavi, in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum requiſitus. Et eadem littera ſeu publico inſtrumento citacionis exhibito & oſtenſo, memoratus Dominus Magiſter Olaus, tanquam promotor, hujusmodi litterarum executionis & citationis negotii quendam Dominum Petrum Esberni, plebanum eccleſie Northorp Roſkildenſis diœceſis propter hoc ſpecialiter accerſitum ibidem mox monuit & requiſivit, ut ipſe ſub pœnis & ſententiis in eadem littera ſeu publico inſtrumento citationis contentis, vigore & auctoritate hujusmodi legitime

citationis

citationis, tanquam executor, prefatum Reverendiſſimum Patrem, Dominum Johannem Archiepiſcopum Upſalenſem in prefata littera citationis expreſſe nominatum citaret & mandatum huiusmodi citacionis littere fideliter exequeretur: Qui dominus Petrus mandatis apoſtolicis firmiter obedire volens ad ſtatim ſæpedictum Dominum Johannem Archiepiſcopum Upſalenſem, coram me & Notario publico & teſtibus infra ſcriptis alta & intelligibili voce citavit, monuit & evocavit, juxta vim, tenorem & ordinem littere citationis ſupraſcripte, & ex ſuperhabundanti prefatus Dominus Magiſter Olavus memorato Reverendiſſimo Patri, Domino Johanni Archiepiſcopo Upſalenſi ipſum inſtrumentum publicum ſeu citationis litteram ad videndum, reſpiciendum & perlegendum tradidit, cujus copiam penes ipſum Dominum Archiepiſcopum, ut moris eſt, dimiſit remanere. Super quibus omnibus & ſingulis idem dominus Magiſter Olaus me Notarium publicum ſubſcriptum inſtantia debita requiſivit, ut ſibi ſuper his unum vel plura publica conficerem inſtrumenta. Acta ſunt hec anno, indictione, menſe, die, hora, Pontificatu & loco quibus ſupra, preſentibus honorabilibus Dominis, Johanne Martini, Canonico Ripenſi & Johanne Styrionis, plebano eccleſie Forewædlæ Roſkildenſis diœceſis, in teſtimonium predictorum.

Et ego Benedictus Nicolai de Sudercopia, Lyncopenſis diœceſis, publicus imperiali auctoritate Notarius, quia præmiſſæ literæ ſalvi conductus productioni, preſentationi & aſſignationi, nec non ſupra ſcripti publici inſtrumenti ſeu littere citationis executioni, dum agerentur & fierent, ut premittitur, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, easque ſic fieri vidi & audivi, ideoque preſens publicum inſtrumentum per manum alienam fideliter ſcribi & in hanc publicam formam redigi feci, quam ſigno & nomine meis ſolitis & conſvetis ſignavi, requiſitus in teſtimonium premiſſorum.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo viceſimo primo, indictione quartadecima, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Martini, divina providentia Papæ quinti anno quarto, viceſima tertia die menſis Septembris, hora veſperorum vel quaſi, in curia dicta over Rönö, prope caſtrum Rönö Lincopenſis diœceſis, in mei Notarii Publici & Teſtium infra ſcriptorum præſentia, Reverendus Pater Dominus Johannes, Archiepiſcopus Upſalenſis, ex eo quod implacabilis diſcordia inter ipſum & ſuum Capitulum

Ecclesiæ Upsalensis atque Clerum, diœcesin aliosque subditos suos exorta fuit, promisit efficaciter & cum effectu se cessurum & renuntiaturum Archiepiscopatui suo Upsalensi, omni dolo, simulatione & fraude cessante, malens & preeligens bonum pacis quam viam litis, in fractura & ruina Ecclesiæ ac periculum animarum & jurium continuare. Verum ne in pontificalis dignitatis opprobrium idem Upsaliensis Archiepiscopus mendicare cogeretur, Reverendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Johannes, sanctæ Rigensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Commissarius in causa inquisitionis contra dictum Reverendum Patrem, Dominum Johannem Archiepiscopum Upsalensem, talem, quæ infra sequitur, si & unquam sanctissimo Domino nostro Papæ placuerit & approbare voluerit, & non aliter, compositionem & ordinationem fecit, ex plena & deliberata voluntate atque expresso consensu ejusdem Domini Johannis Archiepiscopi Upsalensis, & Præpositi ac Capituli dicti Upsalensis Ecclesiæ antedictæ, etiam ad hoc consensu serenissimi Principis Domini Erici, Sveciæ, Daciæ, Norvegiæ &c. Regis, & plurimorum Prælatorum ac Procerum & Nobilium Regni Sveciæ tunc præsentium, ita videlicet, quod omnia utensilia & clenodia, quæ Præfatus Dominus Johannes, Archiepiscopus Upsalensis secum ad Upsalensem diœcesin intulit, aut intuitu personæ acquisivit, vel de propriis fieri fecit, libere extrahat & recipiat & sibi restituantur, & quod Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Upsalensis Præfatæ, nomine ipsius Ecclesiæ debeant dare assignare & solvere eidem Domino Johanni Archiepiscopo Upsalensi CCC Noblos Anglicanos in festo nativitatis Christi proxime venturo in civitate Lubecense, & quod ipse Dominus Johannes Archiepiscopus Upsalensis universa debita sua solvere debeat per se ipsum & se ipso, non impetendo aut vexando Ecclesiam Upsalensem aut Capitulum Upsalense, super quorumcunque debitorum suorum solutione quovis modo. Præterea & dicta Upsalensis Ecclesia, ad manus sanctissimi Domini nostri Papæ effectualiter resignata, debeat dictus Dominus Johannes Archiepiscopus Upsalensis annuatim quoad vixerit, vel donec de alia Ecclesia sibi provisum fuerit, habere & levare CCCC florenos rinensis monetæ currentis, de mensa Archiepiscopatus Upsalensis, & quod dicti CCCC. floreni tradi & assignari debeant eidem Archiepiscopo vel suo Procuratori, in oppido Rostochiensi Zverinensis diœcesis, in duobus terminis, videlicet quod CC. floreni in festo Nativitatis Christi, & CC. in festo Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, annis singulis exsolvantur insuper,

per, quod ultra hæc præmiſſa dictus Dominus Johannes Archiepiſcopus Upſalenſis nunquam debeat impetere, vexare aut inquietare Eccleſiam Upſalenſem præfatam, aut Capitulum Upſalenſe, ſuper redditibus præteritorum annorum, aut inſtantis anni, vel quibuscunque damnis, intereſſe, injuriis, obligationibus, cauſis aut actionibus, nec contra. Sed ſopitis diſſenſionibus & ſimultatibus omnibus, maneat & manere debeat in poſterum hinc inde amicitia & pacis integritas. Super quibus omnibus & ſingulis, tam per antedictum Dominum Archiepiſcopum, quam per venerabiles & circumſpectos viros, Dominos Præpoſitum, Archidiaconum & ceteros alios Canonicos Eccleſiæ prædictæ Upſalienſis, Ambaſiatores & nuntios Capituli ejusdem Upſalenſis Eccleſiæ ibidem præſentes fuerant, requiſitus, ut unum vel plura ſuper præmiſſis conficerem publicum ſeu publica, oportunum ſeu oportuna, inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hæc Anno, indictione, Pontificatu, menſe, die, hora & loco quibus ſupra: præſentibus ibidem Reverendiſſimis in Chriſto Patribus & Dominis Petro Lundenſi & Johanne Rigenſi Eccleſiarum Archiepiſcopis, nec non Reverendis in Chriſto Patribus & Dominis Kanuto Lincopenſi, Arnoldo Strengneſenſi, Magno Aboënſi & Johanne Asloenſi Eccleſiarum Epiſcopis, pro teſtimonio ſuper præmiſſis rogatis & debite requiſitis.

Et ego Johannes Faulhaber, Clericus Conſtantienſis diœceſis, publicus imperiali autoritate Notarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic, ut præſcribitur, agerentur ac fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ideoque præſens publicum inſtrumentum, per alium fidelem, me aliis præpedito negotiis, conſcriptum, deſuper confeci, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſvetis ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum legittime requiſitus.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam apoſtolicæ dignitatis, quæ ſuper omnem eminet poteſtatem, illud eſt proprium, illa debet eſſe cura exactior, ut præcipue in prælatis inferioribus, qui in partem apoſtolicæ ſollicitudinis ſunt vocati, defectus ſuppleat, errata corrigat & deformata reformet, dicente ſibi Domino in Propheta: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas, deſtruas & diſperdas, diſſipes, edifices & plantes. Sane dudum multorum Eccleſiaſticorum & ſecularium Virorum inſinuacione percepimus, quod Johannes, olim Archiepiſcopus Upſalenſis, pluribus & diverſis criminibus ac

 exceſſibus,

exceſſibus, periuriis, dilapidacionibus bonorum Eccleſiaſticorum, oppreſſione Cleri ſibi ſubiecti, indebitis & gravibus exactionibus, rapinis, concubinatus publici & notorii & cum pluribus mulieribus ſucceſſive, adulteriorum, inceſtus etiam cum matre, & ejusdem matris filia, contemptus Clavium Eccleſiæ & auctoritatis ſedis apoſtolicæ, etiam cum verbis contumelioſis & aliis exceſſibus, ac inhoneſtatis vita fuerat & erat in civitate & diœceſi Upſalenſi, quinimo in toto regno Sveciæ, in quo civitas & diœceſis prædictæ conſiſtunt, etiam apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ericum, Sveciæ Regem illuſtrem ac alios graves & bonos, clerum & populum, civitatis & diœceſis atque regni prædictorum publice diffamatus exiſteret. quodque ſuper hiis in dictis Regno, civitate & diœceſi, magna vigebant ſcandala, in opprobrium pontificalis dignitatis & totius ſtatus eccleſiaſtici ac ordinis Clericalis. Nos tunc in præmiſſis, prout tenemur paſtoralis officii noſtri debitum exſolvere, cupientes negotium & cauſam inquiſitionis ſuper præmiſſis, dilecto filio noſtro Gvillermo titulo Sancti Marci presbitero Cardinali, cum poteſtate cauſam & negotium huiusmodi in toto vel in parte, prout ſibi videretur, in partibus dicti regni alteri committendi commiſſimus, injungentes eidem, quatenus facta inquiſitione prædicta, de toto inquiſitionis proceſſu & actis in eodem nobis plenam & fidelem faceret relationem, ut ſuper hiis, iuxta tanti negotii gravitatem, mature procedere & iudicare valeremus. Qui quidem Cardinalis, vigore commiſſionis huiusmodi per nos ſibi factæ, conſiderans quod melius in partibus, quam alibi, poſſet de huiusmodi cauſæ meritis & rei veritate liquere, cauſam inquiſitionis huiusmodi venerabili fratri noſtro, Johanni Archiepiſcopo Rigenſi, in partibus illis, per viam inquiſitionis ſuper præmiſſis examinandam commiſit, ſibique articulos, ſuper quibus erat inquirendum per eius litteras, in quibus erant clauſi, ſigillo ſuo munitas transmiſit, cum poteſtate illos articulos latius declarandi, & deinde idem Rigenſis Archiepiſcopus, onus inquiſitionis huiusmodi in ſe ſuſcipiens ac in cauſa huiusmodi procedens, vigore commiſſionis ſibi factæ, ut præfertur, præfatum Johannem, olim Upſalenſem Archiepiſcopum citari fecit, ut infra certum terminum tunc expreſſum, coram eo in Civitate & Eccleſia Upſalenſi perſonaliter compareret, & ad videndum contra eum de iure procedi in cauſa ſupradicta, idemque olim Archiepiſcopus Upſalenſis coram eodem commiſſario perſonaliter comparens, poſtquam aliquandiu coram eo in huiusmodi cauſa proceſſerat, ex quibusdam prætenſis

ſis & frivolis occaſionibus, de dicti Archiepiſcopi Rigenſis iudicio receſſit, & ab eius proceſſu & proſecutione cauſarum ad ſedem apoſtolicam appellavit, idem autem Rigenſis Archiepiſcopus appellationem eandem tanquam frivolam, prout erat, reputans & inanem, decrevit in negotio inquiſitionis huiusmodi fore ulterius procedendum, & proceſſit, teſtes & probationes alias, etiam denuo dicto olim Archiepiſcopo Upſalenſi vocato, admiſit & diligenter examinavit, totumque proceſſum & acta illius præfato Cardinali publicata & auctenticata, ac in publicam formam publici inſtrumenti clauſi redacta, ac eius ſigillo impendenti muniti transmiſit. Poſtmodum vero pro parte dicti olim Archiepiſcopi Upſalenſis aſſerentis ex præmiſſis indebite ſe gravatum, cauſam prædictæ ſuæ appellationis eidem Cardinali audiendam commiſſimus & fine debito terminandum, & demum remiſſo ſibi proceſſu inquiſitionis ejusdem, per dictum Rigenſem Archiepiſcopum facto, & præſentia procuratoris dicti olim Upſalenſis Archiepiſcopi aperto, idem procurator petiit atteſtationes teſtium publicari, earumque ac totius proceſſum copiam ſibi fieri & decerni, cum autem idem Cardinalis in cauſa dictæ appellationis procedere ſervatis ſervandis vellet ſuper dicta cauſa appellationis pronuntiare, dictus procurator iterum ex quibusdam frivolis confictionibus appellavit, cui appellationi idem Cardinalis non deferens, pronunciavit per dictum Rigenſem Archiepiſcopum, ante appellationem prædictam ab eo emiſſam, bene fuiſſe proceſſum, & per dictum olim Upſalenſem Archiepiſcopum male fuiſſe appellatum, & facta nobis per dictum Cardinalem, in noſtro ſecreto Conſiſtorio, præſentibus venerabilibus fratribus noſtris, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de dicti Rigenſis Archiepiſcopi ipſiusque Cardinalis proceſſu, relatione plenaria & fideli, quia de criminibus & exceſſibus dicti olim Upſalenſis Archiepiſcopi & contra ipſum propoſitis perjuriorum, dilapidationum bonorum Eccleſiæ, oppreſſionis cleri ſibi ſubditi indebitorum & gravaminum, exactionum, rapinarum, & concubinatus publici & notorii, & cum pluribus mulieribus adulteriorum, inceſtus cum matre & ejusdem matris filia, contemptus clavium Eccleſiæ & auctoritatis ſedis prædictæ, etiam cum verbis contumelioſis aliisque exceſſibus ac inhoneſtatis vitæ, & ex præmiſsis in Clero & populo civitatis & dioeceſis Upſalenſis atque Regni prædicti, etiam apud Regem prædictum, ut præfertur, viguiſſe & vigere ſcandala contra ipſum, quæ etiam vergunt in opprobrium pontificalis dignitatis ac Status Eccleſiaſtici, atque periculum animarum,

cum

cum paftor lupus fit effectus, gregem fibi commiffum devorans, inficiens & corrumpens fuis pravis moribus & exemplis, per Epifcopos, milites, presbiteros, canonicos, dictæ ecclefiæ & alios teftes, omni exceptione maiores, conftitit atque conftat, Chrifti nomine invocato, de prædictorum fratrum noftrorum confilio, eundem Johannem, olim Archiepifcopum Upfalenfem, Ecclefia Upfalenfi & illius adminiftratione in fpiritualibus & temporalibus perpetuo privamus & penitus amovemus, omne exercitium omnemque exfecutionem pontificalis dignitatis & officii interdicentes eidem, ad pœnas alias, fi & quatenus nobis expedire videbitur, nichilominus proceffuri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftræ commisfionis, privationis, amotionis & interdicti, infringere & ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præfumpferit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoftolorum ejus fe noverit incurfurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum VI. Non. Martii, Pontificatus noftri Anno Qvinto.

Pag. 474. not. Adde: Exftat adhuc Documentum originale, qvo Sacerdos Liotus Helgii filius teftimonium fert, fuiffe fe præfentem Reykholis, cum Epifcopus Jonas Gerechini in vifitatione ibidem conftitutus, famulos fuos, qvi communiter Dani appellati funt, rogatu Giffuris Runolfi filii jufferit, ut Philippum Sigurdi templo extraherent, & aliqvo malo, qvod Giffur præciperet, afficerent.

Pag. 481. § 4. In collectione Magnæana duo diplomata originalia de anno 1462 exiftunt, qvæ Andreæ Epifcopi mentionem injiciunt, unum qvo Mag. Sveno Petri filius, Officialis, & duo alii Sacerdotes teftantur, qvod in translatione S. Thomæ Cantuarienfis, Domicellus Thorleifus Biörni præbendam Hruna Epifcopo Andreæ, Adminiftratori Ecclefiæ Skalholtenfis tradiderit, & perfectam apocham acceperit; alterum eft ejusdem Svenonis & qvorundam Sacerdotum teftimonium, de pacto inter eundem Thorleifum Biörni & Stephanum Jonæ inito, circa hæreditatem a Jona Sacerdote Hrunenfi & Stephani fratre relictam, fed in ufus cathedræ Skalholtinæ, ob Jonæ delicta, confifcandam, qvam hæreditatem Thorleifus ex mandato Andreæ Epifcopi invaferat.

Pag. 499. §. 10. opem ferent; Lege: opem ferant.

Pag 502. §. 13. Verofimile eft indulgentiarum propolas hac tempeftate plus fimplici vice in Islandiam veniffe, nam præter ea qvæ ad Tom. 2. pag. 367. notavimus (fupra pag. 180.) exftat apocha Stephano Epi-

fcopo

ſcopo data a Cay van Alleveldt Islandiæ Satrapa, qvi teſtatur ſe accepiſſe tres laſtas piſcium (centenarium qvemvis 3½ octogepondia continentem) de illis bonis, qvæ Prior Atzuerus Iguari nomine Romanæ Eccleſiæ collelegerat, & benevoli viri & fœminæ in diœceſi Skalholtina Islandiæ, in meritum abſolutionis & Apoſtolicæ Sedis diſpenſationem, erogaverant. Skalholti in feſto S. Margaretæ Virginis, 1504.

Pag. 503. §. 14. pecunarias; Lege: pecuniarias.

Pag. 504. §. 15. Dicitur Stephanus obiiſſe anno 1519, ſed perperam, male enim *JONAS EGILLI* ejus mortem ad hunc annum refert, pejus autem *BIORN de Skardſaa* ad 1520. Nam Stephanus mortuus eſt ſine dubio 1518. 17 Cal. Novembris, ut conſtat ex relatione Ogmundi Epiſcopi tum temporis in Nidaroſia præſentis, allegata a Capitulo Nidaroſienſi (a) in electione ejusdem Ogmundi Epiſcopi anno 1520. Mortuus itaqve eſt ſtatim poſt capitalis ſui hoſtis, Biörni Godvinidæ obitum, qvem Stephanus hac æſtate mortuum gravisſima notarat ſententia, (perinde ac ejus collega Gotſkalkus ac Jonas Sigismundi anno 1520. Vide Tom. 2. pag. 628.)

Pag.

(a) In nomine Domini Amen. Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Erico Walkendorf, divina providentia Archiepiſcopo Nidaroſienſi, nec non ſedis Apoſtolicæ Legato, Capitulum Sacro-Sanctæ Nidaroſienſis Eccleſiæ obedientiam & obſeqvium præſtantiſſima cum omni decenti reverentia & honore. Sacris Canonibus novimus eſſe cautum ne ultra tres menſes, juſto impedimento ceſſante Pontifice proprio, Cathedralis vacet Eccleſia, ne lupus rapax pro defectu Paſtoris gregem invadat dominicum, aut in ſuis facultatibus viduata grave diſpendium patiatur. Siqvidem piæ ac beatæ memoriæ Dominus Stephanus, Epiſcopus Skalholtenſis Eccleſiæ, Domino Deo Maximo ſic diſponente, XVII. Cal. Novembris anno Domini MDXVIII. obiit & exhalavit, ſpiritumqve tenues emiſit in auras, corpus qvoqve ejus celebratis prius piis ſepulchralibus, qvam pie, qvam reverenter, ut decuit, eccleſiaſtica redditum eſt ſepultura. Ideoqve emerſuris in hoc periculis animarum & Eccleſiarum, ut tenemur, volentes providere, & ne ipſa Eccleſia Skalholtenſis viduitatis ſuæ incommoda diutius deploret, fuit a præſentibus protunc Canonicis Eccleſiæ Nidaroſienſis, ad qvos de jure & præſcripta conſvetudine pertinet hujusmodi electio, & dies ut puta qvintus decimus menſis Novembris, cum continuatione ſeqventium, concorditer aſſignatus ad electionem futuri Pontificis ipſius Skalholtenſis vacantis Eccleſiæ Paſtoris celebrandam anno a Chriſto nato MDXX. Citatis autem interim abſentibus ad Capitulum noſtrum Nidaroſienſe, vocatis pariter ac rogatis, citiorisqve reditus admonitis omnibus, qvi huic negotio pene ſalutari debuerunt, voluerunt & commode in termino præfixo intereſſe potuerunt, & deliberatione itaqve

Pag. 509. Litr. C. Conclusio hujus constitutionis ex Episcopi Gudbrandi adversariis autographis ita se habet: "enn heytollrenn skyllde "gialldast mille Máriumessna. nema þeim semdist audruvís um hann." id est: *Pensio autem hæc de fœno tempore inter festa Mariæ solvenda esset, nisi aliter inter eos conveniret.*

Pag. 513. not. Pejurio; Lege: perjurio.

Pag. 516. not. Laicis & plebem; Lege: laicos & plebem.

Pag. 518 Litr. E. þessar Eingey; Lege: þessar jarder: Eingey.

Pag. 522. §. 2. Præfecti Regi vicarius; Lege: Præfecti Regii Vicarius.

Pag. 523. not. a. Erlandi Vigfusini; Lege: Vigfusi Erlandini.

Pag. 523. §. 3. & 4. Cum nuper, & multis annis postqvam hos articulos scripsimus, freti *EGILLIDÆ, SKARDSAENSIS* & aliorum fide, qvi nos seduxerunt, inciderint in manus nostras bonæ fidei Documenta de morte Stephani & Ogmundi peregrinatione aliter & verius tradentia; eorum contenta cum publico communicare, & priora corrigere, nostri officii esse ducimus, eorum autem fide historiæ tenor talis est:

§. 1.

Stephani Episcopi, qvi anno 1518 ad 16 Octobris supremum obiit diem, judicium in designatione successoris secutus est Clerus Skalholtinus, unanimi voto Ogmundum 1519 eligendo, qvod suo calculo comprobavit Gotskalkus Episcopus Holensis, qvi Archiepiscopo scripsit Ogmundum huic officio idoneum esse, rogans ut id ei conferretur. Qvibus acceptis, Ogmundus itineri Norvegico se accinxit, sed anteqvam navim inivit cum Vigfuso Erlendino, hoc tempore australis & orientalis qvartarum Nomophylace, itidem abitum ad exteros parante, & Islandiæ præfecturam

itaqve habita, per qvam formam esset in electionis negotio procedendum, placuit nobis omnibus per formam scrutinii eidem Ecclesiæ providere. Unde tres de nostro Collegio fide dignos Dominum Othlevum, Johannem Reff in utroqve jure Bachalarium, Canonicos nostros communiter duximus assumendos, dantes eis unanimiter plenam potestatem ut secreto & sigillatim vota sua & nostra diligenter reqvirerent, & in scriptis redacta publicarent. Scrutatores autem ipsam potestatem sibi traditam acceptantes, & ad imum angulum nostri Capituli se recipientes, secreto & diligenter inqvisiverunt vota singulorum, sicut nobis per modum retulerunt, primo ad invicem vota sua & nostra per modum pro ut a nobis in mandatis habuerunt, documentum *ipsis*qve in script*uris* red*actis* more communi —

fecturam affectaturo, pactum fecit, ut alter alterum, qvantum possent, juvarent, ille hunc in petitione Episcopatus & hic illum in petitione Præfecturæ, acceptisqve his officiis, eadem concorditer gererent, invicem alter alterum juvando. Ingressus deinde navim videtur, at post longam & arduam jactationem repulsus, in Islandia hyemasse. Sed anno 1520 denuo navim solvit, comitibus adscitis Thylio Petri Islandiæ Præfecto, Vigfuso Nomophylace, aliisqve postea nominandis. Qvomodo hoc iter cesserit, nos latet, id saltim scimus, qvod Harvigæ (forte Bervikæ, urbe celebri Comitatus Northimbrensis) in Anglia ad 1 idus Augusti constitutus Regi Christiano scripserit, se ut Electum diœceseos Skalholthinæ jam ad Archiepiscopum & Canonicos Nidarosienses tendere, ut ille consecrantem suam manum sibi imponat, cujus voti si compos fiet, Regi promittit omnem fidem, qvæ a jurato Consiliario & Senatore Regni Norvegici exigi qveat, prout leges Sancti Olai, Jus Norvegicum, & fœdus inter Regem Haconem & Islandos initum postulet, idem Thylium Petri, qvi aliqvot annos Islandiæ præfecturam gesserit, promittere dicit, si modo illa ei porro concedatur; qvi unacum Vigfuso Erlendi hic ab Episcopo discessisse, & recta in Daniam navigasse videntur, sed anteqvam discesserunt, huic epistolæ, ut testes, subscripserunt, ut & Jonas Jacobi Mercator Londinensis, cumqve Vigfusus jam pecunia egeret, Ogmundus in ejus gratiam a Thylio 62 aureos mutuo sumsit, qvapropter Vigfusus ei prædium Kalmanstiörn oppignoravit.

§. 2.

Hinc in Norvegiam ad Archiepiscopum Ogmundus vela vertit, qvi ejus electionis confirmationem Canonicorum votis per scrutinium colligendis commisit, ut ex Documento supra pag. 201 sq. cerni potest. Confirmatione autem hoc modo peracta, Archiepiscopus suum adjecit calculum, & rogatu Ogmundi ei ad Episcopos Bergensem, Stafangrensem, & Hamarensem literas dedit, illis injungens, ut Ogmundum circa initium carnisprivii sacris inungerent, ut ex adjuncto mandato (a) patet; Sed cum omnia



(a) Ericus dei gratia Archiepiscopus Nidarosiensis & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabilibus in Christo Patribus & Dominis, Domino Andoro Dei gratia Episcopo Bergensi, Hoskuldo Staffangrensi, Magno Hamarensi, eadem divina gratia Episcopis, dilectissimis

omnia ſic ex voto fluerent & Epiſcopi eum conſecraturi in procinctu ſtarent, ecce! adeſt ab Archiepiſcopo tabellarius cum epiſtola Ogmundo ſcripta,

mis Fratribus noſtris, ſalutem, reverentiam & honorem! Chariſſimi Fratres, hiſce jam proximis diebus ex Iſlandia ad nos Venerabilem Dominum Augmundum Pauli, ad Monaſterium Videy Abbatem, hic appuliſſe, commendatitias totius Cleri Skalholtenſis diœceſis, deceſſum boni Paſtoris & Patris ſui & ipſius diœceſis viduitatem & orbitatem deplangentis, ſecum aſportantem vobis ſignificamus, in qvibus ſuis litteris Domino Augmundo, humanitatis & virtutis teſtimonium, qvale vir bonus ſemper aſpiraret, attribuunt, & eum ſibi in Paſtorem & Epiſcopum & in Domini Stephani, bonæ recordationis ibidem immediate Epiſcopi, ſucceſſorem dari & conſtitui nobis & venerabili dilecto Capitulo noſtro qvam humillime ſupplicant. Id ipſum Reverendus & Venerabilis Frater noſter Dominus Gotſkalkus ibidem Epiſcopus ſuis litteris non ſolum rogitat, verum etiam eum idoneum prædicans conſtantiſſime exhortatur. Qvibus permenſis & conſideratis, etiam ipſius Eccleſiæ & Cathedralis Sedis vidultate deliberata, Canonici, dilecti Filii noſtri, & Capitulum noſtrum, ad qvod ex Apoſtolico privilegio & inveterata conſvetudine, legitima qvoqve præſcriptione, Skalholtenſis Epiſcopi ſpectat electio, eum tanqvam idoneum, maturum & ad utramqve adminiſtrationem ſpiritualem & temporalem providum ſatis & circumſpectum, poſt invocationem divinam obſervato, in omnibus juris ordine in Skalholtinum Eccleſiæ Epiſcopum & illic depaſcentis gregis dominici Paſtorem elegerunt, eumqve ſic canonice & rite electum & electionem ipſam nobis præſentarunt, rogantes obnixe ut & nos tum ob divina merita aſſeqvenda, cum ob imminentia varia pericula propulſanda, hanc electionem ſic rite, ſic canonice, celebratam & approbare & confirmare dignaremur. Nos igitur perpendentes longam Skalholtenſis Eccleſiæ viduitatem, & ipſarum Cathedralium præſertim Eccleſiarum orbitates ut plurimum eſſe diſpendioſas, & imprimis cavendas, cum ex hoc in ſpiritualibus & temporalibus intolerabilia multotiens diſpendia lugent ſe incurriſſe. Sed qvia inacceſſibilis hoc tempore nos disjungit diſtantia, qvæ & cum maxima importunitate nos prohibet in unum conſultandi & decernendi gratia perſonaliter convenire, & qvia Illuſtriſſimus Princeps, Dominus & Rex noſter gratioſiſſimus extra hoc Regnum Regalibus & Regia prudentia dignis nunc implicatur negotiis, ideo ſecundum ſcriptam exhortationem & petitionem nobilis Viri Domini Magiſtri Johannis Muhle, qvem idem Sereniſſimus Rex noſter in talibus & ſimilibus emergentibus negotiis conſtituerat in his regionis partibus obtemperandum, & fecerat aut oratum precationem & aſtrictionem ſuper homagium & obſeqvium Regni Eidem Sereniſſimo Domino Regi noſtro & Norvegico Regno præſtandam a præfato Domino Augmundo exegimus & ſolempniter accepimus & etiam in ſcriptis redactam ſigilli ſui appenſione communi & ſuper hoc in nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, electionem ipſam ſic rite factam & nobis humiliter preſentatam, Privilegio Apoſtolico & autoritate Metropolitica approbavimus & confirmavimus & per preſentes approbamus & confirmamus, ratamqve & firmam in omnibus & per omnia eam habituri, eidemqve Domino Augmundo prædicto electo & ob ſuorum meritorum exigentiam ad ſacram Skalholtenſem Eccleſiam

ſcripta, qva indicatur veniſſe a Rege litteras, qvibus prohibeat Ogmundum inungi, niſi ſuam expetat approbationem, qvam ſi acqvirere gravetur, qvendam Laurentium Veſtani, ut hujus officii Candidatum a Rege magnopere ſibi commendatum eſſe, omnino itaqve ei in Daniam iter faciendum, & Regis gratiæ litandum eſſe, ſi modo voti compos fieri vellet.

 Inter

---

ſiam confirmato, ut plenius ejusdem fluctuanti Eccleſiæ indemnitati conſuleremus, juxta Canonicam diſpoſitionem, plenariam poteſtatem, jurisdictionem atqve adminiſtrationem generalem & ſpecialem, in ſpiritualibus & temporalibus, ut pretactæ Skalholtenſis Eccleſiæ paſtori legitimo congruit, committimus & commiſimus, eumqve illi præficimus tanqvam Epiſcopum & idoneum congruumqve Paſtorem, admonentes pariter ac exhortantes, ut jugum Domini ſuis impoſitum humeris promta devotione ſuscipiens & reverenter, ſic ſe in Eccleſiæ cura gerere ſtudeat, ſollicite, fideliter & prudenter, qvod Eccleſia ipſa deſiderato ſponſo, gubernatori provido, & Adminiſtratori fructuoſo gaudeat ſe commiſſam, ipſeqve præter æternæ retributionis optatum gaudium & cœlorum premium, æternum favorem omniumqve ſibi commiſſorum gratiam & benedictionem & perpetuam Chriſti fidelium laudem exinde uberius conciliare, capeſſere & aſſeqvi mereatur. Qvapropter univerſis & ſingulis Skalholtenſis diœceſis inhabitatoribus, Clericis & Laicis, omnibus ſub virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte precipimus, & precipiendo mandamus, qvatenus eidem Augmundo electo & confirmato ſubſint & legitime obtemperent, nihil honori aut juri ejus derogantes, ſed eam, qvam vero Præſuli ſuo debent, reverentiam, ſtudeant eidem exhibere ſollicite, nec cuipiam alii præter eum aut ejus aſſenſum de juribus Epiſcopalibus, reditibus aut de qvibuscunqve proventibus pertinentibus fructibus & emolumentis prædictæ diœceſi attinentibus, rationem & computationem deinde reddere preſumunt. Poſtremo, Reverendi Patres! qvia, ut diximus, longe dolenter recenſentes Skalholtenſem Eccleſiam proprio ac ſingulari defenſore jam fere ad biennium fuiſſe orbatam ac paſtorali veluti præſidio ſuo optimo deſtitutam; Idcirco reqviſito & conſulto Capitulo nobis dilecto, neceſſarium & opportunum duximus, ut eidem Domino electo & confirmato munus conſecrationis circiter carnisprivium proximum, nec tardius, Bergis impertietur, ut tanto ſecurius & facilius ordinatis & compoſitis rebus ſuis poſſit bona hora & mitiore tempore Iſlandiam verſus iterato navigio feliciter divertere, & ne vel propter conſecrationis ſuæ dilationem, contra ſpem omnemqve voluntatem ſuam ſicut & contra noſtram adhuc abſeſſio ſua ultra futurum annum, qvod Deus nollet, retardaretur, qvæ prorogatio in maximum Eccleſiæ detrimentum divergeret, & ſicut ſciveritis omnes nec nos contra id concretum glaciale & hyemale tempus obniti tantum ſufficimus, ut vel navigio tantum Bergis devenire poſſe ſperaremus. Qvare vobis Chariſſimis Fratribus noſtris, Epiſcopis prenominatis qvam benigne ſupplicamus, injungimus & demandamus, & in perſonas veſtras autoritate, qva fungimur, Metropolitica plenariam poteſtatem hac vice transferentes, imploramus qvatenus in eundem Dominum Augmundum electum & confirmatum conſentientes, & ad præfixum terminum Bergis exiſtentes & convenientes

entes

Inter facrum itaqve & faxum conftitutus Ogmundus, cum aut imperiofus Rex, ei dudum infenfus ac nuper arroganti epiftola irritatus, adeundus effet, aut a petitione Epifcopatus defiftendum; Tandem ambitiofo animo fortunæ aleam jacere, & Regis animum tentare fatius vifum eft, unde iter in Daniam fufcipere conftituit, qvod priusqvam ingrederetur, literas ad Archiepifcopum dedit, qvibus eum de fuo propofito certiorem facit, rogans, fi falvus & voti compos rediret, profpicere vellet ut confecratio fibi fine mora ab Andoro Epifcopo Bergenfi impertiretur. Similiter etiam amicos in Islandia de fuarum rerum ftatu certiores fecit, qvod fibi jam opus effet ut profpicerent, monens, fe enim exhauftum ita effe, ut totam fuam argenteam fupellectilem oppignorare neceffum habuerit, magnumqve in acqvifitionem onerariæ navis impendiffe, omnia enim jam in Norvegia valde cara effe, & ob Svecorum irruptionem periculofa.

§. 3.

In Daniam delatus, Regem circa feftum Corporis Chrifti convenit, & ab eo (per Sybrittam) placato, non modo confirmationem electionis, fed & literas ad Epifcopos Norvegiæ, ut ei facram inunctionem & inveftituram impertirentur, Regi autem, ut ipfe in diurno fuo fcribit, jurejurando promifit, fidem, obedientiam, Ejusqve in Islandia Præfectis adjumentum in omnibus rebus præftandum, & inter talia, ne pluribus qvam 15. aut 20. cinctus comitibus iter faceret, aut generalia adiret comitia, & fi qvid ex prædiorum emptione & talibus, diffidii oriri contingeret, id ftatim 12 viris, 6 e qvavis parte, Clericis & Laicis, dijudicandum committeretur, qvorum fententia fe ftaturum obligavit; Præter hæc fe magni momenti negotia apud Islandos expedienda accepiffe innuit, fed qvænam ea fuerint, non aperit.

§. 4.

entes omnes fimul tres eum confecrare & Epifcopum facere, eo, qvo decet, modo, reverenter, folempniter & devote accuretis. Deinde literas confecrationis fuæ figillorum veftrorum robore defenfatas eidem conferre & elargiri dignabimini, maximopere flagitamus. Qvos labores veftros & importunitates, Clementiffimus Deus, Beatus Olaus, & Divus Thorlakus lætius refarcient & recompenfabunt. Datum in Curia noftra Archiepifcopali Nidarofienfi ad 12 Cal. (*) Septembris, anno ab incarnatione Dominica millefimo qvingentefimo, vigefimo, fub noftro fecreto prefentibus infra appenfo.

(*) Septembris fine dubio legendum Decembris, vide Documentum proximum & totum Hiftoriæ contextum.

§. 4.

In Norvegiam redux ftatim ad denominatos confecratores litteras dedit, orans ut inveftituræ negotium qvam primum abfolvere vellent, qvi, præfertim Hamarenfis Præful, tergiverfati, & Svecorum ob irruptionem turbidum Reipublicæ ftatum caufati fuiffe videntur, ut id non prius qvam fefto Simonis & Judæ Bergis confectum fuerit, unde ibidem hyemare neceffum habuit, fed ineunte vere, anteqvam inde folvit, fcripfit: 1) Archiepifcopo, jam exuli, lætum fuarum rerum fucceffum referens, & ut qvam primum ad Sedem fuam revertatur, optans, tandemqve addit aliqvid de Boni Gudmundi re pecuniaria & ejus canonifatione, qvam actutum fieri optat, utpote fibi tam in mari, qvam in terra, magnæ futuram faluti. 2) Archidiacono Olao Engelberti, cujus litteris nuper acceptis refpondet, excufans qvod ei jam non mittere poffit pecuniam in Gudmundi Boni canonifationem erogandam, cum ipfe tam longa & ardua peregrinatione exhauftus, nummis egeat, præterea Archiepifcopum mandaffe, ut ipfa Gudmundi fanctitas (reliqviæ) & ejus pecunia ex Islandia in Belgium transmittatur, & Amftelodami apud Papium qvendam deponantur, utraqve harum datæ funt Bergæ 12 Cal. Junii 1522. 3) Ad diœcefeos Holanæ cives, qvos ut fibi ftipem aut fubfidium qvoddam porrigant, rogat, cum non minus in eorum gratiam qvam aliorum qvædam privilegia a Rege impetraverit, qvod fi facient, rogat ut fuas fymbolas Domino Finbogo Enari tradant, qvi eas hac æftate Videjam ad fe transmiffurus fit. Datum feria 6 Pafcatos 1522.

§. 5.

Scripfimus Ogmundum in Islandiam reducem rerum adminiftrationem ab Holanis exorfum effe, fed minus accurate, nam eandem in Norvegia anno 1522, anteqvam inde folvit, inchoaffe certum eft, Bergis enim conftitutus, primo vere circulares ad Holanæ diœcefeos Officiales emifit litteras, Enari Abbati Munkathveraënfi, Helgoni Thingeyrenfi, Nicolao Priori Mödruvallenfi, & Domino Gudmundo Jonæ Sacerdoti Vallenfi, in qvibus illis notum facit fe a Canonicis Nidarofienfibus, Vicarium & Infpectorem vacuæ a morte Gotfkalki Epifcopi diœcefeos Holanæ conftitutum effe, monet itaqve & orat: 1) Ut folito more Synodos Ecclefiafticas celebrent, & in commune confulant. 2) Ut qvam primum refpon-

deant

deant ſcripto Canonicorum Nidaroſienſium, de electione novi Epiſcopi. 3) Ut ipſi conſtituant habilem Sedis Epiſcopalis Qvæſtorem. 4) Conſtituit Enarum Abbatem reliqvorum primicerium, ut unacum reliqvis & a ſe conſtitutis officiariis, omnia diœceſeos negotia qvam optime dirigat, tandemqve monet, ut antiqvos Cathedræ miniſtros, qvi rem fideliter geſſerant, in ſuis officiis confirment, inter qvos tres laicos recenſet, Sæmundum ſcilicet & Thorvardum, & Finnum Thorvaldi. Qvibus qvid ſpecioſius & Eccleſiæ commodius dici potuerit, ſi hæc ſincere & ſine fuco acta fuiſſent, non videmus.

§. 6.

Sed ſimul ac hæc ſcripſit, alios ipſe conſtituit Officiales & Diſpenſatores, Finbogum ſcilicet Enari inter promontorium Lánganes & montes Ulfdalenſes, in qva provincia ei concedit plenam poteſtatem omnia adminiſtrandi, cujuſcunqve nominis numeri & ordinis eſſe potuerint, tanta auctoritate, qvanta unqvam Holenſes Epiſcopi anterioribus Officialibus & Præpoſitis conceſſerint. Simili modo & pari plane poteſtate Petrum Pauli conſtituit Officialem & Vicarium inter montes Ulfdalenſes & amnem Hrutfiördenſem, ita tamen, ut ei ſpecialiori qvodam modo concedat Præpoſiti officium qvod antea a Gotſkalko habuerat inter Hraun in Skaga & amnem Hrutfiordenſem, præterea hunc Petrum Pauli conſtituit Qvæſtorem templi & Cathedræ Holenſis, ut ſolus omnia ejus bona adminiſtret ac dirigat. In ſpecie autem ei committit dominium & inſpectionem navis onerariæ ad Cathedram Holenſem pertinentis, qvam jam in Norvegia eſſe dicit, eoqve nomine ſcribit ſe ei conceſſiſſe Præpoſiti officium in Toparchia Hunavatnenſi; His etiam ſuam epiſtolam, de ſtipe ad Holanos ſcriptam, perferendam tradidit feria 6. Paſchatos 1522; talibusqve præmunitos epiſtolis & inſtructionibus, Finnbogum & Petrum primo vere navi oneraria Holanæ Cathedræ vectos in Iſlandiam præmiſit, debebant enim demandata ſibi officia ad diem Petri & Pauli capeſcere. Sed cum Clerus Holenſis in eo latentem fucum & fallaciam ſuboleret, qvod ſimul ac illis poteſtatem fecit novum conſtituendi Qvæſtorem, & ſvaſit ut antiqvos retinerent Officiales, ipſe novos inſtituit ſupremos magiſtratus, qvibus in mandatis dederat, ut alios inferiores, prout placeret, eligerent, omnem ei renunciavit obedientiam, & vi permiſſionis a Capitulo Nidaroſienſi acceptæ, Jonam Aræſonium elegerunt, cui ſuam addixerunt fidem & obedientiam.

§. 7.

Ex Norvegia solvit sub vesperam diei Veneris in hebdomade sancta (13 Junii) sed ad Hetlandiam navim appulit die 21. ejusdem, ubi rogatu Archidiaconi & Capituli Nidarosiensis, Ecclesias visitavit, cui negotio 3. circiter septimanas impendit, indeqve ad amicum qvendam in Norvegia scribit, se dubium hærere, utrum in Norvegiam revertendum, an vero in Islandiam transmittendum sit, cum omnia sint infida & mare piratis plenum; tandem vero intra spem & metum medius ex Hetlandia circa 11. aut 12. Julii vela ventis dans, Caledonium intrat oceanum, parvo vectus navigio, in qvo ipse undecimus fuit, a navarcho & nautis male paratus, Færejas vero prætervectus, immani vento (aparctia) & furente maris æstu die 24 Julii vexari cœpit, unde navis Libanotum versus magna vehementia, nec minore periculo, per multa hemeronycthia agebatur, usqvedum 9. Aug. se sub littore Norrlandiæ magna glacie circumdatos cernerent, tot itaqve & tanta pericula multa illis expresserunt vota, qvorum præcipuum fuit, ut qvisqvis sociorum unam missam de immaculata conceptione Sanctæ Virginis, qvæ Hofftadis in diœcesi Holana colitur, sua pecunia fieri procuret, si modo ante festum assumtionis Mariæ, id est 15 Aug. ad terram a Christianis habitatam sospites & salvo navigio appellerent, cui Episcopus pro sua persona addidit argenteam naviculam 5. semiunciarum gravitate, Mariæ dedicandam, & in sempiternam rei memoriam in templo Hofftadensi suspendendam, qvo facto cum triduum in glacie hæsissent, beatæ illius intercessione liberati, paucis post diebus ad Selardalum in occidentali Islandia delati sunt, ubi, præeunte Episcopo, omnes Deum ac ejus matrem devote laudarunt, unde patet qvanti constiterit Ogmundum Skalholtinum fieri Episcopum.

§. 8.

Nota ad præcedentia de Ogmundo:

1) Cum Ogmundo hac vice ex Islandia proficiscebantur Thylius Petri Islandiæ Præfectus, & Vigfusus Erlendi, australis & orientalis Qvartæ Nomophylax, qvi, ut videtur, ex Anglia in Daniam trajecerunt: Vigfusus eum anno 1521. Bergis iterum convenit, nam eum tum Ogmundus suo in Islandia Qvæstori his verbis commendat: "Styrked Vígfús Erlend-"son í míns herra kóngsins eyrendum." Id est: *Adjuvate Vigfusum Erlendi*

*in negotiis Domini mei Regis.* Sed anteqvam ex Norvegia ſolvere poſſet, Vigfuſus ibidem obiit. In Norvegiam Ogmundum ſecuti ſunt Hallus Thorſteini, & Thormodus, Sacerdotes; Jonas Olaj Diaconus, Freyſteinus Grimi, poſtmodum Paſtor Cathedralis & tandem Stafholtenſis, Marcus Jonæ, & Sigurdus Asbiörni. Sed anno 1521. ad eum ex Islandia venerunt, Sacerdos Finnbogus Enari, dudum, ſeu ab anno 1517, electus & Coadjutor Abbatis Munkathveraënſis, qvem, qvid ad hanc peregrinationem compulerit, non liqvet. Alter ex Holana diœceſi, qvi eum anno 1521. in Norvegia convenit, fuit Petrus Pauli; Hic cum Jona Aræſonio anno 1520. Qvæſtor Cathedræ poſt mortem Gotſkalki electus, in Jonæ electionem nunqvam conſentire voluit, ideoqve ejus technis ipſe de gradu motus fuit, qvapropter aperte ad Ogmundum tranſiit, qvi eum Holanæ diœceſeos Qvæſtorem & Officialem conſtituit, licet id officium, priusqvam anno 1523, obtinere non poſſet.

2) In omnibus hiſce clare ſplendet ac conſpicitur ſeculi genius ac Ogmundi ingenium, qvi ex Anglia Regi, ut arrogans Abbas, & faſtuoſus Epiſcopatus Candidatus, tanqvam pari, & cui nihil deberet, qvemqve parum curaret, ſcripſit, nullam promittens fidem & obedientiam, ſed tantum amicitiam, qvantam ex tenore legum Sancti Olai, Juris Eccleſiaſtici, & fœderis a Rege Hacone cum Islandis, obligatus eſſet, atqvi in memoratis legibus nulla Regis & Epiſcopi mentio fit, ergo Ogmundus hic prorſus nihil promittit, qvæ illuſio magnanimo & ad iram prono Regi bilem facile movere potuit, unde non mirum qvod Rex acceptis his litteris Ogmundi promotionem impedire vellet, niſi homagium ſibi prius ſolveret.

3) Walkendorffium cautius qvam prædeceſſores in electione Epiſcoporum proceſſiſſe, patet ex ſcrutinio ab eo hic inſtituto, Cardinalium præſertim Collegio Pontificem Romanum eligenti, uſitato, qvod ſine dubio fecit, aut timore Regis, ne ei anſam daret feſtinatam & minus circumſpectam electionem carpendi, ejusqve ex alio principio motam in ſe offenſam hoc modo augeret, aut qvod plures forte futuros fore competitores cognovit; Sed qvicqvid fuerit, certe Archiepiſcopus hoc exqviſitiſſimo modo factam electionem ſe ſemper tueri & excuſare poſſe credidit. Cum in hoc documento primo indigitetur 3 ſcrutatores deſtinatos fuiſſe, licet non niſi 2 nominentur, Ottlevus & Johannes Reff, non eſt abſimile vero qvod Archidiaconus Olaus Engelberti tertius fuerit, licet non expreſſe nominetur.

Scruti-

Scrutinium autem in electione Papali hoc modo procedit: Qvisqvis Cardinalium, qvi electionis aut voti jus habet, schedulæ inscribit nomen personæ qvam eligit, suum autem nomen sub plicatura schedulæ occultat, ne qvis postea offensam electi incurrat, qvod eum præterierit, deinde schedulam obsignat & in urnam seu capsulam conjicit, unde eas scrutatores extrahunt & nomen inscriptum palam legunt, qvæ methodus eligendi in Episcoporum qvandoqve & Abbatum electione, sed rarius, adhibebatur.

4) Supinam Ogmundi securitatem, qvod electioni Canonicorum & Archiepiscopi confirmationi, datis 10. Cal. Decembris, (sed perperam in Originali est 12. Cal. Septembris, nam Ogmundus tum, aut in Anglia, aut in itinere, fuit) confisus, otiosus, aut res minores curans, Nidarosiæ hæsit ad Qvadragesimam usqve, (ut amicis in Islandiam scripsit anno 1521.) unde patet, nihil eum sibi a Rege timuisse, sed solito Cleri fastu eum contemsisse, qvem hæc nec tangerent, nec si se interponeret, multum referre, cum lex humana, seu ejus voluntas, legi divinæ, id est Archiepiscopi & Canonicorum voluntati, cedere deberet, ingratiis itaqve ejus Episcopatum conseqvi se posse putasse videtur, in qvo eum spes fefellit; si autem festinasset & ante carnisprivium, ut antea statutum fuerat, ordinatus fuisset, Regis conamen incassum cecidisset.

5) Egregia Ogmundi fides, qvi α) Regi jurejurando spopondit, se non pluribus qvam 15 aut 20 stipatum asseclis comitia aditurum, aut alias iter facturum, ne Regis subditi gravarentur, sed mox anno 1523. CCC, id est 360, armatis cinctus Holas perrexit; Anno autem 1526. MCCC, id est 1560, armatis stipatus in comitiis apparuit. β) Ut regiis edictis obedientiam præstaret; Qvod qvomodo fecerit, patet, si ejus acta Tom. 2. pag 520. memorata, cum ipsis edictis conferantur γ) Qvomodo dissidia de prædiis orta sedaverit, ex causa Biarnanesensi & aliis ejusmodi judicari potest; Et ut uno verbo multa absolvam, ostendit sat superqve universum Reformationis opus viri ingenium, putavit enim vir amplæ & haud scrupulosæ conscientiæ, mutato nomine & persona Regis, mutari res & vim homagii.

6) Qvænam fuerint magna illa privilegia, qvæ gloriatur sua intercessione a Rege accepta esse, qvorum commoda etiam ad Holanæ ditionis incolas redundent, qvapropter ab illis subsidium & remunerationem postulat, non liqvet; si ulla fuerunt, dudum perierunt, nam nulla hoc anno a Rege Christiano 2 data supersunt.

7) Anno 1519. ex Islandia iter inchoaſſe, & eandem ad terram repulſum fuiſſe, confirmat ejus epiſtola ad Holanos data 1522, in qva ſcribit ſe proximo triennio multas itinerum moleſtias exantlaſſe, & impenſas magnas feciſſe, qvæ itaqve *JONAS EGILLI*, & ex eo alii ſcribunt, de repulſu ad Islandiam, & ibidem hyematione, non ad annum 1520, ſed ad 1519, referenda eſſe patet.

8) In omnibus ſuis in Norvegia ſcriptis epiſtolis, annis 1521 — 22, ſuſpirans & dolens memorat Norvegiæ ſtatum valde miſerum, a Svecorum irruptione, ut videtur, profluentem, ſed cum hiſtoriæ hac de re taceant, Sveci enim qvod his annis domi agerent, ſatis habebant, veriſimile eſt has irruptiones intra metum & paucorum prædonum excurſiones ſtetiſſe.

9) Qvod Ogmundus in Islandiam tendens rogatu Canonicorum Nidaroſienſium Hialtlandiam viſitaverit, nullum eſt dubium, cum is id expreſſe aſſerat, ſed qva auctoritate Capitulum hoc opus Ogmundo injungere potuerit, qværi poteſt, cum Orcades, ad qvas Hialtlandia pertinet, anno 1468 Jacobo 3 Regi Scotiæ dotis loco cum Principe Danica Margareta, Chriſtiani I. filia, conceſſæ fuerint; Sed obſervandum eſt Hialtlandiam tunc non ad Orcades pertinuiſſe, nec ſimul cum illis dotis nomine Regi Scotiæ conceſſam fuiſſe, ſed anno 1469. ob 1100. florenos oppignoratam fuiſſe, potuit itaqve adhuc in ſpiritualibus (ut tum loqvebantur) Archiepiſcopo Norvegiæ ſubeſſe, licet in temporalibus Regi Scotiæ pareret, ſed qvamdiu in tali ſtatu fuerit, non conſtat.

10) Cum Ogmundus Nidaroſiæ eſſet anno 1520, cum Archiepiſcopo egerat de canoniſatione Boni Gudmundi, qvi etiam promiſerat ut propediem fieret, ſed anno 1522. Olao Engelberti Archidiacono pecuniam ad eandem perficiendam poſtulanti, reſpondit eam jam non ad manus eſſe, Archiepiſcopum etiam juſſiſſe, ut utrumqve, ipſa ſcilicet ſanctitas & pecunia ad canoniſationem neceſſaria ex Islandia in Belgium tranſportaretur, & Amſtelodami apud Papium qvendam deponeretur, ſed in litteris ad Archiepiſcopum, datis eodem die, id eſt: 12 Cal. Jul. 1522. certitudinem petit, qvid de oblationibus Gudmundi, qvæ penes ſe ſint, fieri velit, tandemqve eodem anno, feſto Simonis & Judæ, Clerus Holanus conqveritur Ogmundum detinere plusqvam CC. (id eſt 240.) aureos ex pecunia Boni Gudmundi, qvos ab Archiepiſcopo reſtituere juſſus parere nollet, hæc tam obſcura ſunt, ut extricari non poſſint, verendum autem videtur an Ogmundus hæc omnia bona fide egerit.

§. 9.

§. 9.

Anno 1522. festo Lucæ Evangelistæ, Ogmundus in ordinaria Visitatione Videyæ constitutus, Helgonem, Ecclesiasten Hvammensem in Nordurardal, albo Conventualium Videyensium adscripsit, qvi divo Thorlaco & Templo Skalholtensi prædium Hvamm, unacum villulis Galtarhöfde & Sandalstúnga aliisqve haud contemnendis bonis, sed cœnobio Videyensi prædium Nordurtúnga & viginti vaccarum legavit æqvamentum. Hunc Episcopus seqvente Dominica Abbatem hujus Monasterii constituit, & consvetis cæremoniis initiavit; Ipse ex Norvegia, anteqvam iter Danicum ingrederetur, officium Abbatis plane deposuerat, ad Officiales in Islandia scribens, non posse, nec debere Abbatiam vacare usqve ad suum reditum, qvi jam omnino incertus redderetur, nec sibi, si Episcopatum obtineret, licere simul Episcopum ac Abbatem agere, injungerent itaqve Helgoni ephoriam monasterii, se autem, si episcopatus spe dejectus in Islandiam rediret, libenter ut vulgarem monachum sub eo victurum; Sed hæc ab illis dilata fuisse, nec Helgonem priusqvam hoc anno monachatum iniisse, præsentes testantur codicilli, licet id facere dudum constituerit.

§. 10.

Anno 1523. circulares ad universum Clerum emisit litteras, qvibus subsidium Pallii, in gratiam futuri Archiepiscopi, (qvisqvis tandem futurus foret, nam nomen jam prodere non potuit) unius anni omnium templorum & sacellorum decimas exegit, gravissimam pœnam tergiversantibus aut contradicentibus comminans, qvod sine dubio sua sponte & injussus fecit, ut suam Archiepiscopo futuro hoc modo probaret vigilantiam, & ad omnia obseqvia promtitudinem, ut eum in causa Aræsonii faventiorem haberet, hæc enim jam qvam maxime viguit; Hic enim vir, cum leonina non sufficeret pellis, vulpinam adsuere novit. Hinc etiam perspicitur Vinaldum Archiepiscopum primum qvidem, sed non solum, Pallii subsidium ab Islandis exegisse. Conf. supra Tom. 1. pag. 454.

§. 11.

Cum anno 1522. diœcefeos Holanæ Officiales & ministros, vi potestatis sibi a Capitulo Nidarosiensi concessæ, de gradu movisset, & novos instituisset, illi autem præeunte Jona Aræsonio, qvem permissu ejusdem

Capituli Epiſcopum elegerant, jamqve more Electorum omnia diœceſeos negotia dirigebat, Ogmundi conſtitutiones contemneret, ipſeqve Jonas Ogmundi legatos aut eluderet, aut iis illuderet, Ogmundus ei dicam ſcripſit, ut Reykis in Skeidum intra diœceſin Skalholtinam die Lunæ ante Cathedram Petri 1523 coram ſe & delegato Cleri concilio ad objecta reſponderet, qvorum præcipua capita fuerunt (a):

1) Qvod

(a) "Aullum maunnum ſem þetta bref ſiá edr heyra ſenda Bróder Helge med Guds nád
"Abóte af Videy, Jón Hiedensſon Rádsmadr í Skálhollte, Gíſle Jónsſon Officialis,
"Síra Snorre Hiálmsſon Kyrkiupreſtur, Jón Einarsſon, Þórleifur Eireksſon, Jón
"Giſlaſon, Gudmundr Steinsſon, Jón Arnaſon, Jón Guttormsſon, Sæmundr Arna-
"ſon og Jón Giſlaſon, kvediu Guds og ſína, kunnugt giörande ad ſub anno gratiæ
"MDXXIII. á Reykium á Skeidum, mánudagen nærſtann fyrer Cathedrationem S. Pe-
"tri Apoſtoli vorum vier í dóm nefnder af ærlegum Herra og andlegum Faudur Herra
"Ögmund med Guds nád Biſkup í Skálhollte, ad ſkoda og rannſaka og fullnadar
"dóm á ad leggia um þær ſaker og málaferle, ſem hann kærde til ſíra Jóns Araſonar.
"In primis ad hann hefde ónýtt og ad aungvu hallded þad bref ſem haunum var út-
"gefed af heidurſamlegaſta ráde Erkebiſkupſens og Capitula Brædrum Nidarós Dom-
"kyrkiu til umbods og lögſagnar yfer Hóla Domkyrkiu, ſoſem brefed ſialft útvíſar,
"ſetiande ſig ſiálfann Rádsmann og þá Officiales prófaſta og umbodsmenn ſem hann
"hefur viliad, þvert á móte Biſkupſens ſamþycke og rettu lögmále. I annare grein
"klagade Biſkupen til greinds ſíra Jóns Araſonar ad hann hefdi útſendt tíad fólk med
"vopnum á veg fyrer hanns Sendemenn, ſeigiande ſo ad þeir ſkyldu eingenn Bref ne
"Stefnur framme hafa af Biſkupſens álfu, takande ſídan anann Preſt og læſte hann
"i Huſe um 5. Nætur. Item i þridiu grein klagade Herra Biſkupenn til fyrrnefnds
"Jons Araſonar ad hann hafde víſad ſínum maunnum til Heimſoknar á Jon heitenn
"Asgrimsſon, og þeir hefdu þad fullgiördt efter hans fyrerſkipan. Item í fiórdu
"grein kiærde Herra Biſkupen til fyrrtieds ſíra Jons Araſonar ad hann hefde ſett ſig
"inni Skalholts Kirkiu ummbod og leiſt mannſlaga þann ſem þar vard brotlegur í
"umdæmenu. Sáum vier oped Bref Biſkupſens med hans hángande innſigle,
"ſem hann hafde utſendt til ad kalla ſíra Jon Araſon á fyrrnefndann dag og leſed
"var í Hóla Dómkyrkiu og innehelldur allar adurſkrifadar ſaker, var oftnefnds ſíra
"Jons Araſonar beidſt og krafſt og kom hann ei og eingenn af hans hende. Item
"kom þar framm fyrer oſſ appellerunar bref Jons Araſonar og fleire Preſta úr Nord-
"lendinga fiordunge. Því ad H. Anda nád tilkalladre at ſvo prófudu og fyrer oſſ
"komnu dæmdum vier fyrrnefnder Dómsmenn med fullu doms atqvæde ſíra Jon
"Araſon löglega fyrer kalladann og ſekann mörk í ſtefnu fall. Leitſt oſſ aullum
"appellerunar brefed onýtt og ei efter laugum giördt vera, þvi dæmdum vier þad
"ad aungu halldande. Enn ſaker þeſſ hann hefde ſig olöglega innſett i Hola dom-
"kyrkiu umbod móte kanúkanna brefe í Nidaróſe, og þar kom framm fyrer oſſ, hvert
"vier dæmdum löglegt í allann máta, og biſkup Ögmund rettann og fullmektug-

ann

1) Qvod Officialatum Holenſem contra Capituli Nidaroſienſis ſibi conceſſam poteſtatem & conſtitütionem invaſerit, qvapropter ipſo opere excom-

---

"ann umbodsmann og adminiſtratorem Hola domkyrkiu, ſo ſem H. Skalholts
"kirkiu. Dæmdum vier ſíra Jon Araſon þar fyrer fallenn í bann af ſiálfu verk-
"enu, og ſekann 90 mörkum vid H. Hoola kyrkiu og audrum 50 mörkum vid
"biſkup Ogmund, og ſkylldugann ad leggia aptur umboded biſkupenum og þeim
"ſem hann tilſetur, og taka lauſn og ſkrift heima í Skalholte ad heyrdum dómen-
"um, innann mánadar. Nu fyrer þa adra ſauk ad nefndur ſíra Jon Araſon hafde
"útſendt tígiad folk fyrer biſkupſens ſendeboda, og liet taka ſíra Petur Paulsſon
"ſem ſettur var Officialis af Biſkupenum og byrgia í húſe um 5. Nætur eda
"meir, fyrer ſoddan ofbellde og lögleiſe dæmdum vier optſkrifadann ſíra Jon fallenn
"í bann, efter því ſem kyrkiunnar lög þar um ſkrifud útvíſa og ſekan LX. mörk-
"um vid biſknp Ögmund og audrum LX. maurkum ved H. Hoola kyrkiu. Item
"fyrer þá þridiu ſauk ad þráttnefndur ſíra Jon Araſon liet rída heim á Jon heitenn
"Asgrímsſon, fánga hann og binda ſem anann illrædesmann og brióta upp hans her-
"berge med audrum þeim olögum ſem urdu í þeirre heimſókn, hier med ſett ſig
"inni Skalholts kirkiu umbod og leiſt manſlagara þann ſem brotlegur vard hier í
"umdæmenu; nu fyrer þeſſa ſauk og allar adrar fyrrgreindar ſaker ſem í domenum
"ſtanda dæmdum vier títtſkrifadan ſíra Jon Araſon afſettann af Officio og Beneficio
"ſo og hans heidur og peninga í biſkupſens valld, þar til ſem hann giörer bót og
"betran fyrer ádurgreind brot og misferle. Voru þeſſe ſaul giörd á ſektafenu ad
"þridiungr ſkyllde gialldaſt innan mánadar ad heyrdum dómenum. annar þridi-
"ungur í fardaugum, enn allt gollded um Michaëlis meſſu ad hauſte nu nærſt
"ad kemur. ſamþykte þennann vorn dom med oſſ herra biſkup Ögmund og ſette
"ſitt innſigle med vorum fyrrgeindra dómsmanna innſiglum, maurgum gódum
"maunnum lærdum og leikum vidverendum og med oſſ ſamþyckendum. ſkri-
"fad á ſama ſtad are og deige ſem fyrſt ſeger. Id eſt: *Omnibus has literas viſuris vel audituris, Frater Helgius Dei gratia Abbas Videyenſis, Jonas Hedini Diſpenſator Skalboltenſis, Giſlaus Jonæ Officialis, Snorrius Hialmi Paſtor Cathedralis, Jonas Einari, Thorleifus Erici, Jonas Giſlai, Gudmundus Steini, Jonas Arnæ, Jonas Guttormi, Sæmundus Arnæ, & Jonas Giſlai, ſalutem Dei & ſuam mittunt, notum facientes, qvod ſub anno gratiæ* 1523 *Reykis Skeidenſium, feria ſecunda poſt Cathedram S: Petri Apoſtoli, a Reverendo Domino & Spirituali Patre, Domino Augmundo, Dei gratia Epiſcopo Skalboltenſi, judices denominati fuimus ad diſpiciendum, examinandum, & deciſivam ſententiam ferendum de cauſis & delictis, qvorum Sacerdotem Jonam Arii filium accuſat. In primis qvod flocci & nihili pependerit literas a Reverendiſſimo Archiepiſcopi & Canonicorum Capituli Nidaroſienſis Eccleſiæ concilio ſibi ſuper Eccleſiæ cathedralis Holenſis adminiſtrationem & jurisdictionem conceſſas, velut ipſæ literæ teſtantur, & ſe ipſum Qvæſtorem, alios autem pro ſuo lubitu Officiales, Præpoſitos & Vicarios, contra Epiſcopi approbationem & jus ac fas conſtituerit. Secundo loco Epiſcopus dictum Sacerdotem Jonam Arii incuſavit, qvod armatos in ſuorum Legatorum occurſum*

excommunicatus 90 marcarum reus templo Holensi, & totidem Ogmundo Episcopo, a qvo absolutionem petere & præscriptas pœnitentias exantlare adjudicatur.

2) Qvod

---

*sum misisset, addens eos nullas literas aut dicas Episcopi nomine promulgaturos fore, & alterum Sacerdotem exinde per qvinqve dies domo inclusum tenuisset. Item tertio loco Dominus Episcopus dictum Jonam Arii incusavit, qvod suos ad vim defuncto jam Jonæ Asgrimi filio in ejus domicilio inferendam instigavisset, qvod & illi ex ejus mandato fecissent. Item qvarto loco Dominus Episcopus prædictum Sacerdotem Jonam Arii filium accusavit, qvod in administrationem Ecclesiæ Skalholtensis se intruserit, & homicidam, qvi in illa diœcesi deliqverat, absolverit. Nos patentes Episcopi literas ejus sigillo pensili munitas, vidimus, qvas Sacerdoti Jonæ Arii filio prædictum diem dicturas evulgaverat, & qvæ in templo cathedrali Holensi recitatæ omnes prædictos articulos continent; Sæpe dictus Sacerdos Jonas Arii filius citabatur & accersebatur, ille autem nec ipse, nec ullus ejus vice, comparuit. Item nobis sistebantur literæ appellationis Sacerdotis Jonæ Arii filii & plurium de qvadrante boreali Sacerdotum; Hinc, invocata Sancti Spiritus gratia, tali causæ statu examinato & nobis exposito, nos prædicti judices sententiam judicialem decisivam dicimus, Sacerdotem Jonam Arii filium legitime citatum fuisse, & ob neglectum diei sibi dicti unius marcæ reum esse. Literas appellationis nullius valoris & ex præscripto juris adornatas non esse, nobis omnibus visum est, qvare eas nullo respectu observandas esse censemus. Sed qvod ille in administrationem ecclesiæ Holensis se illegitime intruserat, contra Canonicorum Nidarosensium literas, qvæ nobis jam sistebantur, & qvas omni respectu validas, & Episcopum Augmundum Ecclesiæ Holensis æqve ac Sanctæ Ecclesiæ Skalholtensis legitimum & competentem Antistitem & Administratorem, esse judicamus, qvare & Sacerdotem Jonam Arii filium ipso facto excommunicationis, & nonaginta marcarum Sanctæ Ecclesiæ Holensi, totidemqve Episcopo Ogmundo solvendarum reum, & post unius mensis spatium, ex qvo sententia hæc ei innotuerit, administrationem Episcopo aut Ejus Vicario, reddere, & Skalholti absolutionem accipere debere, sententiam ferimus. Ob alteram autem causam, qvod dictus Sacerdos Jonas Arii filius armatos in occursum Legatorum Episcopi misit, & Sacerdotem Petrum Pauli filium, qvi ab Episcopo Officialis erat constitutus, capi, & domo per qvinqve noctes, aut diutius, includi fecit, ob tantam violentiam & tumultuariam agendi formam, sæpe dictum Sacerdotem Jonam, ex legum Ecclesiæ præscripto excommunicationis, & sexaginta marcarum Episcopo Augmundo, totidemqve Sanctæ Ecclesiæ Holanæ solvendarum, reum pronunciamus. Item ob tertium crimen, qvod sæpe dictus Sacerdos Jonas Arii filius defuncto jam Jonæ Asgrimi filio in ejus domicilio vim inferri, & eum scelerati instar capi & ligari, ejusqve ædes effringi curavit, unacum alia vi illegitima, qvam invasione ista ei intulit; præterea & qvod se in administrationem Ecclesiæ Skalholtensis intrusit, & homicidam, qvi in hac diœcesi deliqverat, absolvit, ob hanc & omnes alias prædictas causas, qvæ in hoc instrumento judiciali enumeratæ sunt, sæpe nominatum Sacerdotem Jonam Arii filium officio & beneficio exauctoratum pronunciamus, & ejus dignitatem*

2) Qvod Petrum Pauli ab Ogmundo conſtitutum Holanæ diœceſeos Officialem per qvinqve hemeronyčthia in clauſa domo tenuerit (a). Qvod armatos Ogmundi emiſſariis oppoſuerit, ut idcirco negotia perficere non potuerint, denuo excommunicatus, & reus Ogmundo 60 marcas, totidemqve templo Holano.

3) Qvod Ogmundi famulis illuſerit, & ſuos induxerit ut Jonam Aſgrimi hoſtiliter domi ſuæ adorirentur & comprehenderent.

4) Qvod ſibi ſumſerit Epiſcopi munus in diœceſi Skalholtenſi adminiſtrandum, homicidam qvendam abſolvendo, qvi ad diœceſin Holanam non pertinuerit, exauctorandum judicant, & ejus honorem cum omnibus facultatibus in Ogmundi poteſtate ſita eſſe, usqvedum debitam agat pœnitentiam. Qvas Jonas, perinde ac alias de ſe ſuisqve rebus ſententias, Ogmundi & de diœceſeos Holanæ negotiis editas conſtitutiones, plane contemſit.

§. 12.

Ex vernali in diœceſin Holanam facta expeditione, de qva egimus Tom. 2. pag. 526. §. 6. Ogmundus domum reverſus, ea qvæ ad cauſæ contra Aræſonium perſecutionem pertinere videbantur, præparavit, qvæ in litteris ad Principes & exoticos optimates præſertim conſiſtebant:

1) Ad

---

*nitatem & bona arbitrio Epiſcopi committimus, uſqve qvo ſatisfactionem & emendationem memoratorum delictorum ille præſtiterit. Harum multarum ſolvendarum terminus præſcribitur, ut triens intra menſis ſpatium poſt ſententiam auditam ſolvatur, alter tempore domiciliorum mutandorum, reliqvus autem feſto Michaëlis proxime ſeqventis autumni. Hanc noſtram ſententiam Dominus Epiſcopus Ogmundus nobiscum confirmavit, & ſigillum ſuum unacum noſtrum prædictorum judicum ſigillis his literis appoſuit, multis diſcretis viris, tam clericis qvam laicis, præſentibus & conſentientibus. Scriptum loco, anno & die ut ab initio.*

(a) Veræne an falſæ fuerint hæ accuſationes, non dicam; aliqvid veri continere, ſed exaggeratas eſſe, facile judicabit, qvi utriusqve viri ingenium perſpectum habet. Noſtri annales unius tantum legationis Petri Paulini ab Ogmundo ad Aræſonium mentionem faciunt; ſed duplicem Petrus obiiſſe videtur, unam e Norvegia factam, alteram autem poſtqvam in Iſlandiam venit; altera vice ſecundum noſtros humaniter acceptus fuit, ſed altera eluſus & illuſus, ut ex hoc Documento conſtat, qvod Ogmundus Aræſonii legato paulo poſt, pari fere modo, retulit.

1) Ad Regem Daniæ & Norvegiæ, cui ſignificavit ſacerdotem qvendam, Jonam Aræſonium, rapta navi oneraria cathedræ Holenſis, contra ſuam & Regii Præfecti voluntatem ex hac regione aufugiſſe, qvapropter ſe eum excommunicatum ac omnes ejus aſſeclas infames ac exules pronunciaſſe ſcribit, ſperans & orans Regem ut eandem ſententiam legitime exſeqvi curet.

2) Ad Archiepiſcopum Nidaroſienſem, qvibus Jonam accuſat qvod cathedræ Holanæ aliorumqve templorum bona rapuerit, & in utraqve diœceſi tanta patrarit flagitia, ut ea nunqvam defendere vel reſarcire poſſit, unde publica ſententia a ſe ſit excommunicatus, rogat itaqve ut ſi Nidaroſiam veniat, velit ibidem Ejus Gratia ipſius delicta ulciſci.

3) Ad Archidiaconum Olaum Engelberti, coram qvo Jonam prolixe accuſat, qvod ejus & Capituli litteras contemſerit, propria auctoritate ſemet in Ephoriam diœceſeos Holanæ intrudendo, & claves Eccleſiæ uſurpando, tanta utriqve diœceſi intuliſſe damna, ut ea nunqvam reparare poſſit, ideoqve ſe eum excommunicaſſe; Sperare ſe itaqve, ne ejus, nec Olai Hialtidæ ipſius ſocii, relationibus credere velit; ſe una cum Holanis de Epiſcopi electione conſultaſſe, qvorum plurimi a Jonæ Enaridæ, viri bene docti, electione non abhorreant, ſi modo Capitulum in id conſentire velit, cujus placitis ſe totum hoc negotium commiſiſſe, ideoqve nullam perfectam feciſſe electionem; Orare tantum, ut idoneam perſonam Holanæ cathedræ præficere vellet, ſolo excepto Aræſonio, qvem ob commiſſa facinora hoc officio indignum pronunciat. Tandem hic aliqvid ſubjungit de præbenda Oddenſi, cujus fruitione Aræſonium indignum ſe reddidiſſe ſcribit, cum pacta & conditiones, qvas ei præſcripſerit Archiepiſcopus, ruperit, præbendamqve peſſundarit, cumqve Aræſonius Jonæ Enaridæ ob hanc cauſam diem dixerit, rogat ut cauſa a Capitulo judicetur, & præbenda in Hallum Torſteni conferatur.

4) Neqvid intentatum relinqveret, publicum edidit Documentum, Latine ſcriptum, per totam fere Evropam a Carolo Pauli peregrinis perferendum, qvod hic ſubjungimus (a).

§. 13.

---

(a) Augmundus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis ac Adminiſtrator Eccleſiæ Holenſis, ac totius Iſlandiæ in ſpiritualibus Viſitator Generalis, univerſis & ſingulis Sereniſſimis Regibus, Reverendiſſimis, Reverendis ac Venerabilibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, Abbati-

§. 13.

Licet in Reykensi die Lunæ post Cathedram Petri, & Videvallensi die Lunæ post festum Barnabæ, hoc anno celebratis Synodis, Ogmundus Aræsonium & excommunicatum & infamem declarasset, tertiam tamen ejusdem rei gratia Miklagardi ad diem Ægidii, id est 1. Sept. instituere visum est, in qva eandem prorsus ac antea cramben recoxit, utrum ipse, an vero Aræsonius legitimus Holanæ diœceseos administrator haberi deberet, conclusumqve nactus est, ipsum unicum ejusdem hoc tempore legitimum esse administratorem, Aræsonii autem Vicariatum nullo niti fundamento. Ibidem etiam ad d. mercurii post festum Ægidii Audunum Sigurdi filium accusavit: 1) Qvod se constitutioni Capituli Nidarosiensis opposuisset, accipiendo ab Aræsonio qvandam Holanæ cathedræ redemturam. 2) Qvod in contemtum suæ Gratiæ, & cathedræ Holanæ damnum, navim Aræsonio, qva vectus aufugerat, ad iter ingrediendum præparaverit, & commeatu instruxerit. 3) Qvod eidem Aræsonio bona cathedræ tradiderit, postqvam is excommunicatus fuerat. His de caussis Audinus, licet culpam in Aræsonium trajicere, ejusqve mandatis & constitutio-



Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, cæterisqve Ecclesiasticis Personis; Illustribus, Magnificis, Insignibus ac Egregiis Ducibus, Comitibus, Capitaneis, ac eorum loca tenentibus, Consulibus, Proconsulibus, reverentiam & honorem cum salute in Domino sempiterna. Notum facimus per presentes, qvod præsentium exhibitor Carolus Pauli, Sacerdos noster familiaris, specialis per nos in Alemanniam, Italiam, Daniam, Norvegiam, ac aliarum terrarum provincias, emissus existit, specialiter habens in mandatis, qværere, perscrutari, ac investigare ubi & in qvo loco qvidam Presbyter, Johannes Aronis nomine, sententialiter excommunicatus, suis de meritis exigentibus, clam ac furtive cum bonis Ecclesiæ Cathedralis Holensis aufugit. Qvo convento publice excommunicatum proclamare, adqve judicia ipsum jure rursum citare, etiam si opus fuerit in Curiam Romanam hujusmodi causam deducere discutiendam, navim vero, cum qva aufugit, ac alia bona secum exportata arrestare, infiscare, ac inpignorare, qvousqve Juri satisfecerit coram Domino nostro Rege Serenissimo, ac Reverendissimo Patre in Christo Domino Erico Walchendorff, almæ Ecclesiæ Nidarosiensis Archiepiscopo, suoqve Venerabili Capitulo ad hoc invocato specialiter & reqvisito. Demum volumus & annuimus, qvod præsentium lator, hujusmodi nostras litteras commendatitias in forma latiori, secundum formam Cameræ Apostolicæ, ampliare & dilatare poterit juxta qvod viderit pro hujusmodi nostro negotio expediendo, commodius expedire. Datum & actum in domo nostræ solitæ Residentiæ: Ipso die Divisionis Apostolorum, anno Dominici. M.D.XX.III. sub sigillo nostro rotundo, qvo ad similia utimur &c.

tutione ſemet excuſare vellet, ſententia Synodi jubetur pendere templo 60 marcas, & Epiſcopo tantundem, de ſuo reſtituere qvæ Aræſonio tradiderat, tandemqve templo ut & Epiſcopo plenam juris reſtitutionem.

§. 14.

Anno 1523 Jonam Enari, civem diœceſeos Holanæ, Skalholtum vocavit ad reſpondendum: 1) Qvod ſententiam Gotſkalki Epiſcopi de legitima hæreditate Thuridæ Brandinæ, ratam non habuiſſet. 2) Qvod tres eqvos ad Cathedram Holanam pertinentes ſibi appropriaſſet. 3) Qvod nullam rationem reddiderit proventuum Ephoriæ ſeu Præpoſituræ qvam Gotſkalkus ei concrediderat. Ob primam cauſam anathematis & qvatuor marcarum reus judicatur; & ab Epiſcopo abſolvendus. 4) Eqvos ſibi a Gotſkalko donatos fuiſſe, aut ſufficienter probet, aut pro qvovis unam unciam qvavis hebdomade ſolvat. 3) Ob cujusvis colóni decimas, qvarum non reddiderit rationem, reus ſit tribus marcis, ſed pro denario Petri qvantum lex Eccleſiaſtica indicat.

§. 15.

Diximus ſupra (pag. 203.) Ogmundum cum Vigfuſo Erlendi arctam contraxiſſe amicitiam & ſocietatem iniiſſe, Regi eum ex meliori nota commendaſſe, ut totius Islandiæ Præfectus conſtitueretur, omniaqve, dum in vivis fuit, infucatæ amicitiæ ſigna præſtitiſſe. Sed poſtqvam Ogmundus in Islandiam venit 1523, Vigfuſum jam mortuum accuſavit, qvod qvondam conjugium cum Salgerda Sniolfi filia in qvarto affinitatis gradu contraxiſſet, qvem cum jam diris devovere non poſſet, Epiſcopo 90 marcas & templo Skalholtenſi tantundem, & ob freqventationem ſacrorum 60, pendere liberi jubentur. Sed qvod rationem templorum, qvorum Patronus fuiſſet, Epiſcopo non reddidiſſet, omnia Vigfuſi mobilia Epiſcopo adjudicantur.

§. 16.

Anno 1524 Olaum Asbiörni Scribam accuſavit: 1) Qvod uxorem deſeruerit, procraſtinando conjugium perficere, ſed cum aliena conſveverit. 2) Qvod ebrietati deditus negotia templi Cathedralis neglexerit. 3) Epiſcopi monitis & mandatis non obtemperaverit, qvi ob primam adulte-

adulterii cauſſam tribus marcis reus cenſetur, & ob templi introitum & Sacrorum uſum, prout leges Eccleſiaſticæ jubent. Ob ſecundam, ſeu neglectum præfecturæ navis onerariæ, qva templi Cathedralis vinum & triticum vehebatur, & præterea, ob diſcordiam cum ſociis nauticis, cum ſcriptum ſit: *Luc.* 2. *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur*, ob qvemvis diem, qvo ebrietate impeditus officio non par fuit, pendat templo 60 marcas, & totidem Epiſcopo; tandemqve ob neglectum monitorum Epiſcopi aut earundem contradictionem 30 marcas, modo ſe ab intentatis criminibus purgare non poſſet jurejurando, tandemqve exantiatis præſcriptis ab Epiſcopo pœnitentiis, abſolutionem petat.

§. 17.

Anno 1530 Vigfuſum Magni in jus vocavit: 1) Qvod ſibi ſuum famulitium promiſerit, ſed non præſtiterit. 2) Qvod Johannem Eggerti inſtigaverit ad occupandum prædium Sæbol. 3) Qvod conſcius fuerit diffamationis, qva Johannes Eggerti & Torfus Biarni Præſulem apud Regem denigrarunt. 4) Qvod Torfus frater uxoris ejus hominem qvendam in ſepulchreto Alfdalenſi ſauciaverit. 5) Qvod nec ipſe, nec ejus parentes, reparaverint ſacellum Hiardardalenſe, licet ſæpius moniti fuerint. A diffamationis crimine Vigſuſus ſtatim ſe jurejurando purgavit, ſed ob diffamationem a Torfo factam, uxor Vigfuſi, jam facta Torfi hæres, rea judicatur 60 marcis, ut & ejus cognati, qvi ſimili jurejurando ac Vigfuſus ab eo ſe non liberant; Sed ob cœmeterii Alfdalenſis profanationem, a Torfo factam, pendere debuit Vigfuſus 15 marcas.

§. 18.

Anno 1530 Jonæ Thordi litem movit, qvod conſcius fuerit mali qvod Thordus qvidam Epiſcopo & templo creaverat, a qvo ſe jurejurando purgare permittitur, qvod ſi non poſſet, pendat 60 marcas, & qvod abſolutionem ab Epiſcopo oblatam accipere noluerit, pari reatu teneatur ac qvi non abſolutus templum intrat, & ſacra freqventat, ſed ob nefandum illud crimen factum, qvod ad ſeculare in foro generali tribunal appellaverit, 90 marcas Epiſcopo, & tantundem cathedrali templo ſolvat.

§. 19.

Anno 1531 dicam impegit Sigvardo Abbati Thyckvabæenſi, qvod immorigerum monachum Jonam Arnæ abſolverit, qvo ſe polypragmo-

fynes vitio maculaffet, & in Epifcopi officium injuffus irrepfiffet, qvare ejus honor & officium in Epifcopi poteftate effe judicatur; cui jam liceret fecularem aliqvem monafterio præponere.

§. 20.

Erlendum Thorvardi Nomophylacem accufavit, qvod facerdotem qvendam cantharo in facello Vogenfi verberaffet, fed alterum Kolbeinftadis pupugiffet, utrumqve tam graviter læfiffet, ut fangvis manaret; qvod adulteram domi haberet; poffeffionem templi Skalholtenfis detineret; & Epifcopum ad tribunal Regium vocaffet; præterea dixiffet Epifcopum Jus Regium conculcaffe, & Regis prædium Háeyre detinere; promififfe qvidem Sacerdotibus fatisfactionem, fed non præftitiffe; cum Epifcopi nuncio, qvi ut ei diem diceret, in mandatis habuit, colloqvi noluiffe. Ob tres primas caufas Erlendus judicum fententia jubetur pendere Epifcopo & templo cathedrali 90 marcas, & ipfo facto anathemati innodatus effe. Sed ob injuriofa in Epifcopum verba plenam juris Epifcopalis folutionem, & alterum anathema meruiffe pronunciatur, fiqve jam aut obluctetur, aut tergiverfetur, ab Epifcopo capi & ad præftandum cogi debere.

§. 21.

Anno 1530 Thordo Enari Sacerdoti Hytdalenfi multas & graves intentavit caufas: 1) Qvod dixerit Epifcopum prædium qvoddam templo Hytdalenfi abftuliffe. 2) Qvod tignos aut ligna templi Skalholtenfis diffecuiffet. 3) Qvod qvinqve fpurios procreaverit, & nunqvam eapropter abfolutionem petierit, fed nihilo minus in eo ftatu facris operatus fuerit. 4) Qvod cum alio facerdote fefto Bartholomæi conflixiffet, & fine abfolutione facra fecerit. 5) Qvod inobedientia erga Epifcopum juramentum fregerit. 6) Qvod 18 majoribus feftis facra facere neglexerit. 7) Qvod publice dixerit Epifcopum femet decepiffe. 8) Qvod Epifcopum fcripto ad Archiepifcopum famofo libello denigraverit. Ob has caufas Thordi facultates fifco Ecclefiaftico addicuntur, ipfeqve ab officio deponitur, fiqve abfolutionem petere negliget, ab Epifcopo comprehendendus, & vi ad pœnitentiam cogendus judicatur.

§. 22.

§. 22.

Anno 1536. Mosvallis in Onundarfiörd Sigurdum qvendam Olai filium judicavit: 1) Qvod se immorigerum & contumacem ostenderit. 2) Ob famosum scriptum, qvo universum Clerum magnopere denigraverit. 3) Qvod Episcopi congressum semper subterfugerit, nunc in diœcesin Holanam secedendo, nunc ad exoticos enavigando. Ob hæc Sigurdus reatum sibi contraxisse censetur qvem leges dicunt, pariqve pœna plectendi judicantur, qvi adjuverant, qvi vero cum eo communicaverant & conversati fuerant, excommunicati pronunciabantur.

§. 23.

Anno 1528. contractum cum Episcopo Aræsonio fecit, qvi loco Thorlevi Grimidæ & filii sui Arii, de prædio Myrar cum Ogmundo transegit hoc modo, ut Ogmundus sententiam Stadarholi dictam, qva hoc prædium Episcopi & templi Skalholtensis fisco adjudicaverat, revocaret, Jonas vero promitteret se templi Myrensis bona, qvocunqve nomine venirent, bona fide soluturum & Ogmundo per omnia satisfacturum; Sed cum his promissis non staret, Ogmundus, anno 1530. Stadarholensem sententiam renovavit, sibiqve prædium Myrense & LX. marcas addici curavit, anno autem 1532. mitrata hæc capita talem prædiorum permutationem fecerunt, ut Ogmundus Jonæ omnia sua in diœcesi Holana, sita prædia venderet, inter qvæ nominantur: Marstader, Skúta, Akrar, Siáfarborg & Kimbastader, Jonas vero sua in diœcesi Skalholtina Ogmundo emanciparet, qvalia fuerunt: Ædey, Unadsdalr, Sandey & 8. villæ in Veideleisa; Ex qvibus patet æmulationem & amicitiæ speciem inter eos pari passu ambulasse, & licet dissentiones ab anno 1526. in apertas non eruperint cædes & seditiones, nunqvam tamen eorum amicitia infucata fuit.

§. 24.

Anno 1539. Ejolfum Enari, Jonæ Episcopi generum, in jus vocavit, qvi ob auxilium fratri suo Erlendo præstitum, Episcopo 60 marcas & totidem templo solvere jubetur, eidemqve anathemati ac Erlendus innodatus, præstitis ante condignis pœnitentiis, publice absolvendus censetur, sed ob appellationem ab Episcopi judicio, & dicam eidem scrip-

tam

tam, tantum Episcopo pendat, qvantas impensas iter ad exteros exegit, & præterea templo Skalholtino 90. marcas & Episcopo tantundem, tandemqve tam enormibus delictis promeritum anathema condignis pœnitentiis diluat, & absolutionem supplex petat.

§. 25.

Præter lucrosas hasce Ogmundi exactiones, exstant etiam documenta qvæ eum hæreditates qvasdam ad se traxisse probant, qvales fuerunt:

1) *Anastada-arfr*, hæreditas Anastadensis, qvam qvidem non expresse sibi adjudicavit, sed qvatuor annorum usum fructum hoc modo pendat Episcopo: "12 álna ábata efter hvert Jardarhundrad, 12 álna efter "hvört gelldfiárhundrad, enn tvöfalldar lögbætur efter hvört málnytu kú-"gillde og þriár merkur uppá fullrette fyrer hvört." id est: 12 *ulnas usuræ loco pro qvavis fundorum hundreda.* 12. *ulnas pro qvavis boum, vervecum & eqvorum hundreda, sed dupplicem usuram* (ɔ: 24. ulnas) *pro qvavis hundreda vaccarum & lactariæ pecudis, & præterea plenum jus tres marcas qvotannis.* Mirum qvod sibi etiam non fortem adjudicaverit, qvod forte alio fecit tempore, sed hac vice certas ob causas distulit.

2) *Finnsarfr*, hæreditas Finniana; Fuit Finnus Thorvardi civis diœceseos Holanæ opulentus & bonæ frugis vir, qvi hæredes habuit, ut videtur, nepotes ex filia, qvos agnati exhæredare voluerunt, confugit itaqve pater eorum ad Ogmundum, ejus auxilium deplorans, qvod ea conditione nactus est, ut hæreditatem ei cederet, Præsul vero unum ejus filiorum educaret, & si ad id aptus esset, ad sacerdotium promoveret. Constitit autem hæreditas ex 80 hundredis fundorum, & præter nummos ut & auream & argenteam supellectilem ut & omnia utensilia domestica, qvæ venditor qvanta fuerint nescivit, in 620 imperialibus.

3) *Ara-arfr*, hæreditas Ariana; Arius Andreæ Ogmundo inter paucos carus, sed dissolutæ vitæ, qvi liberos non habens Ogmundo nobile prædium Bæ in Raudasand, partim mulctarum nomine, qvas Episcopo ob delicta debuit, partim testamento addixit. Sed cum Arius moreretur, & hæres ab intestato justo tempore non adesset, Ogmundus Arium sibi usuræ nomine CCX. hundredas debuisse prætendit, qvapropter Judices ei prædium cum universa sorte addixerunt; Qvibus accedunt ingentes summæ ab hæredibus Biörni Godvinidæ, Biörno Thorlevi, Solveiga Thorlevi, aliisqve expressæ.

§. 26.

§. 26.

Ultimum, aut inter ultima, ejus hoc modo acta, videtur fuisse conciliabulum Reykholtense, cum 24 assessoribus habitum 1539, de clade Videyensi, qvam Claudius de Merwitz & Dietericus de Minden huic cœnobio ipso pentecostes festo intulerant, ubi post allegationem Juris Cæsarei, Papalis, & Jonæ Archiepiscopi, suffraganeorum concluso, Merwitzius & Dietericus, cum omnibus asseclis, summo anathemate feriuntur, omnesqve eorum possessiones in Islandia cœnobio & templis, Skalholtensi scilicet & Videyensi, qvæ vero in Dania sunt, fisco Regio, adjudicantur, & qvicunqve iis convescuntur aut cum illis qvicqvam communicant, eidem anathemati illigati censentur. Singulariter ibi notatur Dietericus Mindensis, qvod hic plurima gravissima scelera perpetraverit, & Clerum, tam Sacerdotes, qvam Monachos, afflixerit & contemserit; Et sub finem ipse Præsul in specie Petrum Enari monet, qvod se deseruerit, & nefariis hisce se associaverit, scripseritqve contra leges divinas & humanas litteras qvasdam (*umbods-bref*) & indicem omnium cœnobii possessionum, qvapropter ei summum anathema indicit, prohibetqve ullam cum Christianis conversationem, usqvedum ad se reversus pœnitentiam egerit.

§ 27.

Insaniæ esset si omnia hujus viri acta, omnes ditescendi modos & mangonia enumerare conaremur, hæc autem in medium protulimus, ut historia, qvantum fieri potest, perfecta prodatur, & genius seculi ac hujus viri ingenium noscatur, cujus unica intentio fuisse videtur, ut templa, se, ac clerum, ditaret ac eveheret. Unum tamen ejus factum cæteris sordidius, qvod animum abjectum & ex qvavis re per fas & nefas lucrum faciendi appetentem ostendit, qvod se sic habet: Retulimus Tom. 2. pag. 39. n. b. Episcopum Arnam Thorlaci filium dedisse Monasterio Bergensi insulas Vestmannejas, ex qvo tempore Norvegicus decimandi modus ibidem obtinuit, ita ut decimum qvemqve piscem decimarum nomine darent, qvæ Sacerdotibus cesserunt, ita ut eas inter se dividerent; sed post incendium templi Skalholtini, Ogmundus, nullo mendacitatis aut exactionis generi parcens, eam prætendit juris speciem, qvam *Jus Eccl.* cap. 15. permittit Episcopo, decimas in casu necessitatis a templis abalienare; jam vero necessitas templi cathedralis exigebat, ut decenter exstrueretur,

qvam tertiam decimarum Veſtmanneyenſium partem Sacerdotibus abſtulit, qvod etiam alibi feciſſe videtur, ſed poſtqvam templum exſtructum fuit, ceſſare debuit hæc exactio, hic vero contra fas & jus perennavit usqve in annum 1538 aut 39, cum redacto in Regis poteſtatem monaſterio Michaëlis fama fuit hunc illam decimarum partem ſibi & fiſco debitam adſcribi velle. Qvo audito, tantum abfuit Ogmundus ut easdem veris poſſeſſoribus reſtitueret, & Regem de vera cauſæ conſtitutione inſtitueret, aut humili deprecatione pro miſeris Sacerdotibus intercederet, ut illis ſcriberet confictam eſſe hanc famam. Regem enim nihil minus qvam hoc cogitare, cum literas ad ſe dederit & ne verbum qvidem hac de re fecerit, contra autem illis exprobrat, qvod templo Cathedrali ſuam partem haud bona fide reddiderint, cumqve ſibi injunctum ſit, ut æqvitati ubiqve ſtudeat, præſertim ubi fors & hæreditas crucifixi pro noſtra ſalute decernenda ſit, cujus omnia, qvæ in terra & mari tractamus, poſſeſſio ſit, monet & orat, ut bona fide dent Deo decimum qvemqve piſcem, ſive parvus ſive ingens ſit, pingvis aut macer, ſe autem deinde ſuæ parti proſpecturum. Ut autem Ogmundus hoc facto ſordidam prodidit avaritiam, qvi in tantis opibus tantillum miſeris ſubduxit Parochis, ita etiam impiam mentem, qvæ in cauſa tam injuſta, ſanctiſſimo Dei nomine abuti non verebatur, & qvicqvid ſit, humili hoc ſordidoqve facto tertiam decimarum partem Sacerdotibus Veſtmannicis abalienavit, nam Rex eam paulo poſt, ut Epiſcopo pendi ſolitam, ærario ſuo inferri juſſit, cum alii Parochi ſuas decimas ſartas tectasqve retinerent.

Pag. 525. §. 5. 1523; Lege: 1522.

Pag. 537. indulſurus; Lege: indulturus.

Pag. 538. §. 16. Anno 1533 die lunæ poſt Petri & Pauli in Comitiis Oxaraënſibus uterqve Epiſcopus & Qvæſtor Dietericus per Nomophylaces Erlendum Thorvardi filium & Arium Jonæ filium ac viginti qvatuor optimates legem figi fecerunt: " at aller hallde her med H. trú oc Guds " lögmál, ſem Gud hefur ſett oc H. Fedur hafa ſamþikt." id eſt: *ut omnes ſanctam fidem & jura divina, qvæ Deus injunxit, & Sancti Patres approbaverunt, ſervent*; qvam legem Epiſcopus Ogmundus ſuo & incolarum Islandiæ nomine eodem anno feſto Michaëlis Opſloæ a Senatu Regni Norvegici confirmari & ſtabiliri fecit. Ille etiam literas ſcripſit contra dogmata

mata Lutheri, qvas ex originali in Bibliotheca Magnæana aſſervato exſcriptas hic ſubjungimus (a);

Ff 2 Pag.

(a) " Vier Augmund under Guds þolinmæde biſcup i Schâlholte allra ómakligaztur under " þvi nafne heilſum ydur aullum i Schalholtz biſkupsdæmi Guds vinum ok vorum " kiærliga med Guds kvediu ok vorre. Kunngiörande ydur ad oſs angrar ſtorlega ſu " ſtora villa ok uantru ſem auſgazt i þeſſu fatæka lande fram ur aullum mâta med af- " ſkapligum illverkum ſem allsmectugur Gud vinne bót á. vndrar oſs ſtorlega ad god- " er beſtu menn ſem tekit hafa heilaga tru þa ſem grundvallat hefur Gud ſialfur med " ſinne bitru pínu ok blods uthelliugu, hier med utſendt ſina heilaga poſtula at predika " ſaumu tru um alla kriſtnina epter þvi ſem moder vor heilaug kirkia helldur ok ſungit " er. *In omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terre verba eorum.* Vitum " vier fyrir full ſanninde at þeſſi heilug trua má med aungu moti útverpazt eda ur lagi " ſærazt. þvi at hun er ſva ſterkliga grundvaullut yfer þad biarg eda hellu ſem alldrei " bifazt. ſem er vor herra Ihs Xtus. Enn nu af audrum parte haufum vier heyrt ad " upp hefur riſit einn grámunkr ok predikat nyia villu ok vantru. eigi ſidur i þeſſu " voru fatæka foſturlande enn aunarſtadar utſent ſina ſendiboda hverier ad miög ſiarri " ſtanda Guds poſtulum ok þeim heilaugu Doctoribus ſem utſkyrt hafa heilug gud- " ſpiaull ok Guds bodord. Finnum vær þat hvergi hvorke i Guds laugum nie manna " ad þeſſari villu ſie hlydanda i nockurn máta. þviat hun hefur upphafit illt ok efnis- " lauſt, middikit mâtalauſt, ok endann aſſkapligann. Því med beſtu manna ráde ſem " nærre oſs hafa verit lærdra ok leikra ſeigium vier i Guds nafni amen. fyrrſagda villu " ok vantru ónyta ok at eingu halldanda, ok vier fyrerbiodum aullum ok ſierhverium " i Schalhölltz biſkupsdæmi ad hallda med fyrſagdre villu á moti Guds laugum ſva " leingi ok þar til at hingat i landit kemur opit bref af paſalegu valldi ok keyſaralegu " Majeſtate. þauckum vier audmiukliga almattigum Gudi ok þeim heygbornazta herra " Konunginum ſem nu er ok audrum kriſtnum Konungum hans forverurum hverier " æ isfnan hafa ſkipat í ſinum brefum at hier ſkulu alltid ganga Guds log ok ſancte " Olafs. landinu til ſtyrks ok fatækum almuga til hialpar. Því aminnum vier ydur " alla ok ſierhveria i Schalhölltz biſkupsdæme ſem vier erum omakliga yferſkipader at " þier ſtandit faſt hier epter i heilagri tru ſem Gud ſialfur hefur ſett ok poſtularner hafa " kennt,enn forbiodum ſtreingiliga allar nyungar eda ſidleyſur. enn ef þeir eru nauck- " urer ſem þeſſu vilia frammhallda. ſem vier truum ecki, þá ſetium vier þá med þeſſu " voru brefi i ſterkazta forbod under bannz áſelli. epter því ſem opit bref þar um giort " utviſar þeim til handa ſem i þriótzſku ok oſbelldi hafa blifit ok blifa. Enn vier " biodum oſs hier til i dag at lata afleyſa þá ſem ſínu radí vilia ſinna til betrunar ok " ſannrar idranar ok taka þa under frid ok frelſe heilagrar kirkiu ſem ſannliga vilia " vidſkiliazt ſin laugbrot. epter þeirre makt ſem vor herra hefur oſs gefit i vorre vigſlu- " giaurd. Eru þeir nockurer ſem ottazt ſiarſekter firer fyrſkrifat truarbrot. aſſeigium " vier þat í nockurn máta at hafa nockura ſiepínu a þeim ſem ſannliga vilia idrazt ok " hallda hier epter ſtaudugliga tru ſem tilber. Biodum vær ok ſkipum aullum vor- " um kennimönnum at leſa þetta bref opinberlega hver ad ſinne ſoknarkirkiu. bidium

" vier

Pag. 575. §. 3. Magnam his lucem adferunt literæ Michaëlis, qvæ ex originali exſcriptæ hujus ſunt tenoris:

In

---

" vier biodum ok ſkipum firir Guds ſonar deyd ok pinu at þier fylgit þeſſu voru brefi
" fram med audmykt ok litillæti firir utan allann þióſt ok harduíge. ok til ſanninda
" hier um feſtum vier vort inſigli firer þetta bref ſkrifat i Schalhollte ipſo die ſancti
" Gregorii anno domini M.D.XXXIX. Id eſt: *Nos Ogmundus divina tolerantia Epiſcopus ſkalholtenſis, eo nomine indigniſſimus vos omnes dioeceſeos ſkalholtenſis incolas, Dei & noſtros amicos ſalutatione Dei & noſtra amice compellamus; Notum vobis facientes qvantam ægritudinem nobis adferant magna illa hæreſis & incredulitas, qvæ ſupra omnem modum in pauperi hac terra enormibus junctæ ſceleribus incrementa capiunt; Adſit ſuo cum auxilio Deus Omnipotens! Miramur magnopere in his deprehendi viros egregios, qvi ſanctam fidem acceperunt, ab ipſo Deo acerba ſua paſſione & ſangvinis effuſione, qvin & ſanctorum ſuorum apoſtolorum miſſione ſtabilitam, qvi eandem fidem per totum orbem chriſtianum prædicarunt, ſecundum id qvod mater noſtra ſancta eccleſia tenet ac canit:* In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum; *Certiſſime ſcimus neqvaqvam licere hanc fidem abjici aut depravari, illa enim firmiter admodum ſuperſtructa aſt ſaxo ſive petræ qvæ nunqvam movetur, ſcilicet domino noſtro Jeſu Chriſto. Nunc vero ex altera parte audivimus ſurrexiſſe monachum qvendam griſeum & novam hæreſin infidelitatemqve prædicaſſe, non minus in pauperem hanc noſtram patriam, qvam alio emiſiſſe apoſtolos ſuos, qvi procul diſtant a Dei apoſtolis & ſanctis doctoribus, qvi ſacra evangelia & divina præcepta explicarunt; Reperimus nuspiam nec in Dei nec hominum legibus huic hæreſi qvodam modo obtemperandum eſſe, habet enim principium malum & ſcopo carens, medium abſqe modo & finem deformem; Conſilio igitur optimorum, qvi nobis præſentes fuere, clericorum & laicorum, in nomine Dei amen! declaramus ſupradictam hæreſin & incredulitatem ficulneam & floccipendendam, & prohibemus omnibus & ſingulis in diœceſi Skalholtenſi prædictam hæreſin contra leges divinas ſeqvi, donec & qvouſqve in regionem hanc veniat a Papali potentia & cæſarea majeſtate patens mandatum. Gratias agimus humillimas omnipotenti Deo, & nobiliſſimo domino Regi, qvi nunc eſt, & reliqvis chriſtianis regibus ejus anteceſſoribus, qvi ſemper in ſuis edictis juſſerunt ut heic jugiter Divinæ leges & ſancti Olai valeant, in firmamen regionis & auxilium pauperis vulgi. Monemus igitur vos omnes & ſingulos in diœceſi Skalholtina, cui indigni præfecti ſumus, ut poſthac in ſancta fide, qvam ipſe Deus conſtituit & apoſtoli prædicarunt, firmi perſiſtetis, prohibemus autem ſevere ſingulas novitates aut irreligionem. Qvod ſi ulli ſint, qvod non credimus, qvi hæc promovere velint, illos noſtris his literis ſub pœnam excommunicationis ſeveriſſimo interdicto demandamus, juxta patentes de illa re compoſitas literas ad eos qvi in pertinacia & violentia permanſere atqve permanent; Verum heic hodie profitemur nos abſolvi curaturos eos, qvi a malo inſtituto deſiſtere volunt, veram pœnitentiam acturi, & ſub pacem & libertatem ſanctæ eccleſiæ recepturos illos, qvi vere a ſuis contra leges delictis liberari cupiunt, ſecundum poteſtatem qvam dominus noſter in noſtra inauguratione nobis dedit. Si qvi ſunt qvi mulctas pecuniarias ob prædictam fidei violationem verentur, prohibemus omnino ulla pecuniaria pœna*

*affici*

*In nomine Domini amen. Uniuersis presens spriptum cernentibus, Michael Johannis prelatus & officialis ecclesie Holensis notum facio per presentes quod reverendus in Christo pater & dominus, dominus Johannes bone memorie dei gracia episcopus Holensis me ad ecclesiam suam Holis caritative uocauit: cum autem ad prouinciam suam perueneram literas testimoniales quas de Noruegia & patria mecum portaueram super conuersacione fama & natalibus diligenter inspexit & attente examinauit. quo facto cognouit parentes meos securus factus de fama & conuersacione hactenus habita, petiuit & optauit me fieri clericum ecclesie sue Holensis peticioni vero & voluntate suis gratuitis humiliter acquiescenti contulit mihi canonice ecclesiam vacantem in Breidabolstadha & cum hac prepositoram adiacentem que uulgariter dicta est Hunauatzthing & super utroque dedit mihi suas patentes literas sub sigillo suo maiori inpendente. procedente vero tempore tradidit mihi thesaurum suum nec non & ecclesie sue Holensis custodiendum me in diversis ecclesie negociis & procuratoriis sepius experiendo. Comperiens autem me fidelem in commissis assiduum & vigilantem in omnibus preposuit me ulterius per ecclesiam suam debere sustinere labores & ut onus honos consequeretur prestiti, ut uoluit, pro ut juris est ecclesie sue, & sibi suisque successoribus juramentum fidelitatis. Elapso tandem parvo tempore cepit ipsum repentina infirmitas & licet lente, repente tamen ut erat sapiens & expertus in medicinis cognovit quod sibi non esset spes de vita cepit igitur statim disponere de rebus ecclesie de familia & familiaribus & officialibus & procuratoribus qualiter post mortem suam melius staret ordinauit &c. & fecit testamentum de singulis prout de jure potuit, conuocauit tunc clericos & laicos & colonos ecclesie quos presentes habere potuit habens colloquium & maturam deliberacionem cum ipsis de singulis. Placuit autem sibi & omnibus pro tunc presentibus concorditer ut me eligeret & constitueret officialem tam in temporalibus quam in spiritualibus & licet uoluntati sue & consensui eorum in hac parte sepius resisterem requisitus tum ab ipso sub juramento per me ecclesie & sibi ipsi prestito mandato ipsius & uoluntati eorum acquiescens assumpserim onus & officium & potestatem*



---

*affici eos qvi vere pænitere & in futurum firmam, uti decet, fidem servare volunt; Jubemus atqve monemus omnes nostros sacerdotes, ut singuli has literas apud suæ paræciæ templum coram recitent: Obsecramus, monemus atqve jubemus, per filii Dei mortem ac passionem, ut has nostras literas submissi & humiles absqve omni impostura & duritie promoveatis. Et in horum veritatem sigillum nostrum præsentibus literis apponimus, scriptis Skalholti,* ipso die sancti Gregorii, anno domini MDXXXIX.

*testatem officialatus & procuratorum & yconomiam de manu domini mei quibus assumpsit idem dominus meus in continenti assignavit mihi propria manu omnes claues res & clenodia curam & liberam administracionem omnium rerum ecclesie omnem etiam ipsius familiam & familiares & officiarios qui michi omnes iuxta mandatum domini mei sponte promiserunt fidelitatem ex parte ecclesie quousque successor canonice intrans superueniret. super istis autem fecit dominus meus immediate literas fieri quas proprii sigilli munimine pluribus fide dignis presentibus roborauit. Istis autem factis disposui de munitis officiis cuilibet prout necessitas exegit illis tum que prius habuerant hoc adiecto quod omnes in fidelitate mea pro ut promiserat ex parte ecclesie perveniret. Defuncto tamen domino meo conuenerunt aliqui clerici & laici qui omnes unanimiter dederunt mihi consensum ad preuissa inter quos primus erat Thorkillus Gudberti presbiter qui insuper omnes fidelitatem & firmam assistenciam in omnibus promisit conficiens super hijs literas quas ipse primus & ante alios contentos in eadem litera sigillo suo proprio sigillavit. Conuocantur postmodum alij clerici & laici & conuenerunt die statuta videlicet dominica proxima post purificationis in cenobio Modruvalla ut & eorum consensum acquirerem, non quod jus hoc exegit sed propterea ut singulorum fauorem desideraui efficiuntur vero aliqualiter discordes & hoc propter aliquos qui omni nisu conantur effici officiales non propter commodum ecclesie nec ob salutem animarum, sed solummodo propter temporale lucrum volentes vocari rabi & sic dissipare bona ecclesie decerpendo ecclesie populum ducendo ceci cecos & sic utrique in foueam cadentes inter quos principales erant Thorkillus presbiter prelibatus qui mibi ut premittitur fidelitatem & assistenciam prius promiserat & alter cum eo Aro Thorberni presbiter qui se jam gerit pro officiali de facto, licet de jure minime possit hij in tantum clamorem & inauditos strepitus prorumpunt quod ex hijs tumultus magnus generatur in populo. jam omnes surgunt jam pro maxima parte parant se ad domum dicentes se non velle nec posse se ulterius intromitti de istis sed qvod una erit vox omnium qvod ille sit & maneat officialis, qvi de jure & justicia esse poterit & sic dispersi qvilibet arripit viam suam nisi solummodo Thorkillus & Aro prenominati & complices sui hij dicant hij scribunt & conficiunt literas secundum velle suum qvod Aro sit officialis & aliam qvod ego renunciaveram juri meo inferentes in hijs literis presentes & absentes qui nunquam in eodem acto fuerant nec aliquem discretum credo easdem literas sigillaturum. permulta falsa & plura non verisimilia in eisdem literis aperte continentur. fferia vero tercia*

*proxima*

*proxima veni ad ecclesiam Holen.ˢ & curiam Holensem, credens eam in pace & tranquillitate & fidelitate mea fore ut antea fuerat. pervenerat ibi dictus Thorkillus presbyter ad curiam & ecclesiam Holensem & omnes claues vi predictorum & fallacia jam adeptus fuerat & omnes qui infideles ut promiserat esse voluerunt, extra curiam violenter expulerat, clausit curiam, clausit domos infra ponendo armatos, clausit quoque & seravit ecclesiam retinuit vi & violentia cum armata manu qvasi laicus. pluribus armatis stipatus omnes res meas & libros & servitorum meorum similiter & omnes literas meas quas portaui de Noruegia & patria ac eciam literas domini mei episcopi Holensis super ecclesia Bredabolstadh in prepositura prenominata & licet sepius ablata petierim mihi restitui subiciens me velle stare jure semper non potui rehabere iota unum. Sequenti vero die venit Aro presbyter & omnia que Thorkillus prefatus jam gesserat & attemperaverat collaudat & ratificat sibi assistenciam in premissis omnibus faciendo & me & meos in fugam propulerat & nisi sic spoliatus absque dilacione vias transissem ipsi cum suis complicibus me & meos aut occisos seu laceratos dimisissent aut captos in custodia tenuissent donec securi facti fuissent quod propter injurias & dampna & prodiciones mihi & meis per ipsos factas nunquam agerem contra ipsos. Nunc vero de nouo ut prius feceram te Aronem Thorberni presentem & Thorkillum moneo primo secundo tercio & peremptorie ut michi omnia ablata infra X dies ab ista die computando integra restituatis alioquin summas excommunicaciones quas vos ipsi ipso facto incurreratis propter premissa ac eciam propter sequencia faciam amodo denunciari nam primo ultimam voluntatem domini mei episcopi & vestri impedistis ymo verius fraudulenter & perperam de facto licet de jure vel racione nunquam poteratis infregistis secundo injecistis manus violentas in Aronem Thorgrimum & Steinmodum dyaconos ipsos increpando crudeliter tractantes quod noluerint sic eciam non potuerint fouere injusticias vestras Tercio nitimini cotidie infringere facta domini nostri premissi ipsos destituendo quos ipse instituit tam in ecclesiis per ipsum rite collatis quam in prepositvris & alijs perpetuis officiis illos destituendo qui vestre violencie & injusticie noluerint esse participes volentes non instituendo nam Thorstano Helming laico contulistis ecclesiam curatam in Miklebæ destituendo Asgrimerem Stendori dyaconum qui ad eandem ecclesiam est ordinatus & que plura alia inaudita que ad presens longum esset enumerari que tamen suo loco & tempore enumerabuntur. Insuper per presentes te Aronem Thorberni presentem & Thorkillum presbyteros ad sedem metropolitanam cito peremptorie ita ut nos personaliter*

*ſonaliter infra annum a craſtino Tiburcii & Valeriani proxime futuro computando coram domino meo metropolitano Nidroſienſi compareatis mihi de omnibus & ſingulis premiſſis & ceteris alijs cauſis que inter nos vertuntur ſeu verti poterint ſecundum juris exigenciam penſuri obligans me una vobiscum ad penam talionis inhibens vos firmiter in virtute ſancte obediencie & ſub pena excommunicacionis ne vos ulterius in negociis ſic violenter & injurioſe adeptis amodo intromittatis precavens etiam omnibus & firmiter inhibens ex parte dei & officij mihi commiſſi ſub pena excommunicacionis ne predicto Aroni tanqvam officiali cum non ſit nec de jure eſſe poterit amodo obediatis nec ſibi aut ſocio ſuo vel complicibus ſuis aliqvaliter aſſiſtenciam in premiſſis qvidem & juſticiam faciatis omnibus eciam ex parte eccleſie loca & beneficia predia & terras tenentibus mando ut ad me abſque dilacione veniatis & nihil contra me ſeu abſque conſilio & conſenſu meo in contemptum faciatis nec alteri redditus ſeu proventus eccleſie Hollenſis ſoluatis preter michi & quibus ego commiſero ſubleuanda niſi quicunque contra fecerit voluerit his reddere ad ipſum & preter hoc eccleſie & michi pro inobediencia & omni dampno intereſſe & injuria ſecundum leges integras reſpondere. Datum Modruualla in Eyafiord Anno domini MCDXXIII. non. April. meo ſub ſigillo.*

Pag. 576. not. b. Aut Jonas Wilhelmi idem eſt cum hoc noſtro, qvod tamen fides annalium vix admittit, aut ille, prius qvam in Islandiam venit, alteri epiſcopatui deſtinatus fuiſſe videtur, nam in originali ejus libro epiſtolarum & viſitationum ita exſtat:

*Anno Domini MCCCC triceſſimo primo & conſecrationis Venerabilis patris in Chriſto Domini Johannis filii Wiliallmi anno ſexto, in ſecunda viſitacione in prepoſitura Vodlaþingh tali modo viſitabat &c.*

Pag. 577. not. 6. dederat; Lege: data.

Pag. 591. §. 1. Olaus ſacerdos factus eſt anno 1450, aut prius, tunc enim Aſſeſſor ſententiam dixit de conjugio Vidnæmi Ionæ filii & Helgæ Einari filiæ. Sed anno 1452. Epiſcopi Gotſcalki Legatus, in Dania præſens, literas collationis ad præbendam Oddenſem nactus eſt a Marcello Archipoſtulato, ſcriptas Hafniæ feria tertia poſt Dominicam judica 1453.

Pag. 591. §. 2. emendicatus eſt; Lege: emendicavit.

Pag. 597. Addatur hæc §. 8. B.

Non prætereunda eſt inſtitutio diei ſupplicationum a noſtro hoc anno facta, utpote qvæ poſtea annis 1562. 1633 & 1726 ſolenniter repetita ad

noſtra

noſtra uſqve tempora duravit. Plura ipſum inſtrumentum ſuppeditat, qvod hujus eſt tenoris:

(a) " In Nomine Domini Amen. Þridiodaginn fyrſtann i Einmánudi,
" þá er lidiþ var frà hingadburdi vors Herra Jeſu Chriſti MCCCCLXX.
" oc VII. ár, á Grund í Eyafirdi, komu ſaman lærder oc leiker mille Varg-
" ár oc Glerár, oc tauludu um þau undur oc ógnir ſem þa yfergengu af
" elldgángi, ſandfalli oc auſku, myrkrum oc ógurligum dunum af þeſſ-
" um undrum þreifſt fenadur ei vid, enn þó var ſniálaus jörd. kom þad
" þeim áſamt at þetta munde ordet hafa fyrer ſyndagiölld oc ránglæte
" manna, þvi kom þat aullom ſaman at leita þángad nádar oc miſkunn-
" ar ſem nóg er til, ſem er Gud ſiálfur, at hann med ſinne nád oc miſkunn
" villde ſnúa af oſſ bardaga reide ſinnar, þvi ſkulum vier ekki beidaſt fram-
" ar undan Guds hirtingum oc rádníngum hans her á jardríke, enn ſvo,
" ad hann byrge ei fyrer oſſ himnarike. Kiörum ver at Gud geöri rád fyr-
" er oſſ aullum bæde í brád oc lengd, þann er allt veit oc má, oc á þann
" veg vill ſem beſt er. At upphafe hetum ver allzvalldanda Gudi þann
" ſem er upphaf alls ens góda. Þar næſt til hinnar dýro Drottníngar Jóm-
" frú S. Marie, ens heilaga Michaëlis Höfut-engils oc allra Guds Engla,
" ens heilaga Johannis Baptiſte, til Petrum, Paulum oc Johannem, oc
" allra Guds Poſtula, til Stephanum, Thomam, Olavum oc allra Guds
" Píníngarvátta, til Martinum, Nicolaum, Auguſtinum, Thorlacum,
Johan-

(a) *In nomine Domini amen. Die Martis primo menſis hyemis ultimi, anno poſt natum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum MCCCCLXXVII. in Grund in Ejafiörd, convenere clerici & laici inter Vargaa & Gleraa habitantes, & locuti ſunt de terribilibus prodigiis, qvæ tunc premebant, eruptio (nempe) ignis, diſperſio decidentis arenæ atqve cineris, tenebræ & horrendi ſtridores; Horum prodigiorum cauſa pecora alimentis deſtituebantur, terra licet nive vacua eſſet; Convenit inter eos hoc profecto accidiſſe in peccatorum & prævaricationum humanarum pœnam; hinc omnes in id conſenſerunt, ut gratiam & miſericordiam ibi, ubi abundat, ſcilicet apud ipſum Deum qværerent, ut ille ſuæ iræ vindictam â nobis avertere vellet; Non igitur ulterius divinas caſtigationes & pœnas in hoc mundo deprecabimur, ne autem regnum cælorum nobis occludat, elegimus, ut deus, qvi omnia ſcit atqve poteſt, & ea qvæ optima ſunt vult, nobis omnibus & in præſens & in futurum conſulat. In primis votum vovebamus omnipotenti Deo, illi qvi eſt fons omnium bonorum; Illuſtri deinde Reginæ Virgini ſanctæ Mariæ; Sancto Michäeli Archangelo, & omnibus Dei angelis; Sancto Johanni Baptiſtæ, Petro, Paulo, & Johanni, & omnibus Dei Apoſtolis; Stephano, Thomæ, Olafo, & omnibus Dei Martyribus; Martino, Nico-*

" Johannem, Gudmundum, Benedictum, oc allra Guds Játara; Mariam
" Magþalenam, Ceciliam, Margretham, Brigidam, allar Guds Mejar oc
" allaGuds helgu menn, bidium vier at þier ſieud oſſ árnande allrar hiálp-
" ar oc miſkonar bæde í þeſſom heime oc audrom vid Jeſum Chriſtum
" Faudr Son oc Helgann Anda. Þeſſu heite hetu ver oſſ oc alþýdu til
" fridar oc farſælldar fyrer ſál oc líf, til hæilſo oc hægenda, til árs oc
" audráda, veideſkapar oc vedráttu gódrar, til ſætta oc ſamþyckes allra
" manna í mille, aullom oſſ til gagns oc góda þeſſa heims, enn til eylífrar
" ſælu annars heims. I fyrſtu heitum ver ad hallda aull þau heite, ſem
" her hafa ádur heiten vered oc her greiner: Inprimis: at aller buſaſter
" menn eru ſkyllder ad koma til Grundar í Eyafyrde þridiudaginn fyrſtann
" í Einmánadi, oc hallda þar laugſamkomu, oc hafe þar loſmeſſu af Vorri
" Frú. Skal hver madur ſá ſem í búi er gefa ſlíka ölmuſu ſem Gud ſkytr
" honum í hug, ei minna enn alin þeir ſem koma, enn þeir ſem ei koma
" oc er í ſkatte, gealldi eyrir, enn þeir ſem minni ſe eigu, oc ei koma,
" gealldi halfann eyrir. enn búlauſer menn ſem æiga X. C. gefe klipping,
" enn þeir ſem eiga V. C. gefe kálfſkinn. Skal þeſſi aulmuſa gefaſt þeim
" ſem í bui liggia, oc lúka ei ſeirna enn í fardögum, oc Reppſtiórnarmenn
" giöra rád fyrir ſitt ár í hverium repp. Item, ad hver madur ſem í búi
" er,

---

*Nicolao, Auguſtino, Thorlaco, Johanni, Gudmundo, Benedicto, & omnibus Dei Confeſſoribus; Mariæ Magdalenæ, Ceciliæ, Margaretæ, Brigidæ, omnibus Dei virginibus; & omnibus Dei ſanctis; eos rogamus ut nobis omne auxilium & miſericordiam & in hac & in altera vita per Jeſum Chriſtum, patrem, filium & ſpiritum ſanctum procurent. Hocce votum vovimus pro noſtra & populi pace & felicitate animi & corporis, ſanitate & commodo, annona & abundantia, captura & clementia aëris, reconciliatione & concordia inter omnes homines, in omnium noſtrum in hac vita bonum & utilitatem, ſed ad æternam in altera vita beatitudinem. Primo promittimus nos præſtituros omnia illa vota quæ antea nuncupata ſunt & hic memorantur:* In primis, *ut omnes coloni villicationem habentes teneantur venire ad Grund in Eyiafiördo die Martis primo menſis hiemis ultimi, ibiqve legitimum habeant conventum & de virgine Deipara miſſam ibi audiant; Qvivis, cui eſt villicatio, tantam eleemoſynam, qvantam Deus ejus animo ſuggeſſerit, erogabit, non minus qvam ulnam qvi veniunt, verum qvi non veniunt & tributa ſolvere debent, unciam expendunto; Qvibus autem tantum bonorum non eſt, & non veniunt, ſemiunciam; aſt villicationis expertes qvi X hundredas poſſident, pellem ovillam; qvi autem V hundredas, pellem vitulinam pendunto. Dabitur hæc eleemoſyna iis qvi in villicatione aliena ſuſtentantur, non ſerius qvam tempore migrationis ſolvenda, Inſpectores tribuum, in ſua qvisqve curia ſingulis annis de his conſtituunto.*

*Item*

" er, gefe máísverd á Gudmundardag, hálfa þridiu mörk smiörs, edur " annann jamnvirdann mat. Hermed er hver madur skylldugur at syngia " *Pater noster*, sá sem er XII. vetrom ellri, oc IX sinnum *Ave Maria*, Ma- " rio messu í fausto. Sva oc heitum ver at syngia skylldi enn' fimm mess- " ur á hverri alkirkio. Su fyrsta af H. Anda. aunnur af Vorri Fru. þridia " af aullum Guds Englum. Fiórda af Patronus þeirrar kirkiu. Fimta af aull- " um Helgum. Skylldu her med þeir sem messurnar láta sýngia gefa máls- " verd eda fæda fátækann mann med hverri messo. her til skylldi almúginn " sýngia III. *Pater Noster*, Psaltara, oc II Mario versa Psaltara, oc hafa " úti hvertveggi fyri Páſca. Svo oc hæitum vier at hallda heilagt Visita- " tio Marie, at helgi oc tídageörd sem adrar Mariomessor, oc þurfasta fy- " rir messudaga Johannis hvöritveggi oc ens Góda Gudmundar. Sva oc " lofudum ver at hallda betur Drottensdaga oc laugarqvelld, oc vinna ej " framar enn kirkiurettur útvísar, oc allar hátíder oc sva faustotíder oc " einkanlega friádaginn. Nu siái Gud oc signi vort hæit, hvert ver festum " med vorri Drottinnlegri bæn *Pater noster*, hveria vier syngium ollum " oss til hiálpar med þessum bænum. *Ostende nobis Domine* &c. *Salvum fac* " *Populum* &c. *Fiat* &c. *Sancte Deus* &c. *Domine exorat* &c. *Protector in te* " *spr.* Samþykker þetta vort hæit Hr. Abóte Einar á Múkaþverá, Semíngur



---

*Item ut qvivis colonus loco prandii festo Gudmundi sesqvi libram butyri vel alium æqvipollentem cibum erogct. Præter hæc unusqvisqve* Pater noster *pronunciare tenetur qvi plusqvam duodecim annos natus est, et novies* Ave Maria *in festo Annunciationis Mariæ. Promisimus etiam qvinqve missas celebrandas in qvovis templo primario; primam de Spiritu sancto, secundam de Domina nostra, tertiam de omnibus Dei angelis, quartam de patrono ejus templi; qvintam de omnibus sanctis. Tenentur adhuc qvi missas celebrandas procurant, portionem cibi expendere vel hominem pauperem ad missam qvamlibet cibare. Cantabit præterea plebs ter* Pater Noster, *Psalterium, & bis Psalterium versuum de Maria, & utrumqve ante Pascha finiet. Promittimus solenniter celebrare visitationem Mariæ qvoad sacra & eorundem peractionem, qvemadmodum reliqva Mariæ festa, & in sicco jejunare ante festum Johannis utrumqve atqve Boni Gudmundi. Promisimus qvoqve dies dominicas melius celebrare & dierum Saturni vesperas, nec diutius, qvam jus Ecclesiasticum præcipit, laborare, & omnia festa jejunia & præprimis feriam passionis. Aspicito nunc Deus nostra vota, iisqve benedicito; qvæ firmamus oratione nostra dominica* Pater Noster, *qvam cantamus in omnium nostrum salutem cum his precibus;* Ostende nobis Domine *&c.* Salvum fac populum *&c.* Fiat *&c.* Sancte Deus *&c.* Domine exorat *&c.* Protector in te sper: *Approbat hoc nostrum votum Dominus Einar Abbas Munchathveraaensis*

" prestr Magnusson. Brandur Jónsson Lögmann, oc allir góder Bændur oc
" almúgi í greindu takmarki.

Pag. 600. § Dignæ sunt Archiepiscopi binæ literæ, hac occasione in Islandiam missæ, qvæ hic legantur:

Vær Gautho med Guds myskund Erchibiscopær i Nidaaross oc pafaligs Setis Legatus sende edhr ollom Guds vennom oc vors andeligom sonom som i Hole Biskopsdome halff kærkær haffua i wono a ydrs Jordom Q. Guds oc vora ændilega blatzan. Waar vyrdaliga brodher Biskop Olaff i holæ haffuer oss theth kwnukt giort ath hannom goress enghen rekningzskaff af halff kirkiom i sinæ biskopsdomæ een thoo ath han haffuer ther offtha omtalet oc krafft edhr ad gera segh rekningzskaff aff for de halffkirkiom ssva ssvom han tykkans at ret till haffue. Thy wilium vær edhr undherwise hwat oss tykkær ther oom ræt væra. haffuom wær theth i warom Kristnom retti: ssva ssem wær tenckiom ath their muni ok haffva i ydrom ath biscopar skule radhe ssore Kirkiom allom. och haffuom wær theth wæl hort at reikning gores Biscopi i Skalholltz biscops dómme aff adhrnessndom halffkirkiom ollom. eer theth och ollom her meth oss nogh kunnugt ath yfer allt Norrighæ værdha rekningh giort aff ollom Kirkom ssva minsta ssem mæsta æ hveriæ aaræ. Thy tykker oss theth radh wara kæra wener ath their och gerith ydrom Biskopi reikningsskaff aff offtnessndom halfkirkiom theth mynstæ eet sinnæ i hans daghæ. och wahrer hannom lydoghe og essterladeghe ssva ssom edher bóór ydar andeligum Fadhr ath væra i theim luth ok adrom ssom han aff edher rættælighe och skilliga bægærandi eer hopes oss ath their wiliæ theth gernæ gera effter wara wndherwison ok radhe, och at eigi skuldhe osstar ssore oss kommeædhr klagat wardhe. wilia their ok mothe stande, tha kræssuum wær ydhr ath skrisswa oss thil edhr bodh sende ssore hvath sakær ath their willia theth eige gera ssva ssom allir adrer giærer bodhe i Islande och odrom londom. Gömha edhr Gudh och sancte Olaff Konning evindeliga. Skriffuat i Bergwin in crastinæ exaltacionis sancte Cruce. Undhr wart hangende Secret. Anno Domini MCDLXX. Octavo.

Vii Gauto meth Guds Naad Erchebiskop i Nidaroos och paveligx Sætte Legatus giorum witurleget allom them leikom ok lerþom monnom som

*thveraaënsis, sacerdos Semingus Magni filius, Legifer Brandus Jonæ, & omnes coloni primarii & plebs intra dictos terminos.*

ſom boo a Hole Biſkopsdómi á Islandi at waar wirdaliga brodhr Biſkoff Olaff kerdi ffor oſſ, och meth innceglodom brefom bewiiſte huruleideſſ Raffn Brandſon Logmann kalladhr i ſomæ Biſkopsdomæ aa Islandi haffuer nocket nidrat heilagræ Kirkæ rætt och Chriſtnelogh. fforſt ffore thy ath han ſialffuer ei vill nockan regnigsſkap goræ aderneffndom ſinom rette Biſkope Olaff aff ſine halffkirkæ í Skridu, ock ingen geſtning æller koſtnat hallæ efter thy ſom hanom burte i rætte viſitatio. annadh ath fornefndom Raffn Brandſſon haffuer ey eneſte thette rangelege gært a ſinar egnæ vegnæ. ætthn jaffnwel fforbodet allom Konungx thegnom ath nockann rekningſkap Biſkopenom aff ſinom hálfkirkiom ath giora. Thredie ath hann forbaudh allom Konungx thegnom ath boo aa nockrom Biſkops Jordom ock Kirkionæ æller honom nockræ thieniſtæ at veitæ, ædr hans landboolom. Fiordæ ath han haffuer tacket einæ utlægæ qvinnæ ſom heiter randidæ biarnædotter under ſit vald ock forſvar then ſom leighet haffver meth ſin egen fadhr, ſom han ſialffer openbarlighe bekiendes uppa, hvilkæ qvinnæ offuerkommen war the hælgæ kirkio ræt til forn, ock haffuer han hollet hennæ ock ſamnöyt, ock henne huſendes, hemmendes ock ſtirkiendes i theſſo obothamale ock moot Guds ock the helge Kirke forbodh. ffemthe ath fornæmde Raffn brandſſon haffuer forbodhet adrneffndom Biſkop Olaff aa holæ ock hans Preſtom ath nockat dóme offver heilagar Kirkeomal oc ſet ſegh in i Kirkionæ vald i marge ſaker ther han haffde intheth med at giore. For hvilkæ ſaker ock mange andræ ſagdho Biſkopp Olaff fornæmde haffuer ſeth fforbodh mot fornæmde Raffn Brandſon at gaa i Kirko ællor nockræ Guds tieneſte höre i heilagre Kirkio med ſang edher læsning. ock framvegeſſ ſæt hannom triar logligar áminningar ath hann ſkulle kommæ till owerbothæ ock bætring meth lydne wit heilaga Kirkia hvilket offtnefndr Raffn Brandſom ei gert haffuer wthen hællær i ſamme trioſke bliwendes, ock faret ut aff landeno meth tyſkom ſkipom. Nu aff thy ath ingom ſkall hiælpæ trioſkæ, ællr óhlydnæ moth heilgræ Kirkio, tha ſamtycke wi ock fullbordæ alle thee retganga ock logliga Kirkione forbodh, ſom adrneffndom biſcopp Olaff giort haffuær ock dómt mot fornæmdom Raffn Brandſon i allom ſinom greinom ſom hanz breff ther om wtwiſæ, ock thaa domæ ſom adrneffndr Raffn Brandſſon dompte ædhr læt dóme om fornemde Randide Biarnedatter ock annet Kirkione máleffnæ, ſeghe wii ogiliæ ock ónyttæ værk ock biódum nu fornemde Raffn Brandſſon ock allom them ſom i forſkrifnom domæ meth hanom

 ſathæ,

ſathæ, ædhr framdeles vilia ſegh motſætte the helge Kirke rætt i theſſe maale ædhr odrom ſom Kirkione tilhörer, ock ey moghe domes undær leikmane valdæ ath the bliſſue i rette lidno wed the helge Kirko ock hanom. lægendes hanom rætt effter thy ſom theirræ ſok kan finnez under bannspino ock ſtórſte ſaalehaaſko ſom han them aleggiende vorder ſo hann a mothgeora ock hvat hann loglighe gior them reffſende ſom brotlige finnis. Stadfeſte wii ock fulborde i allæ maathæ och wilia thæth yttær mæir fullfilgiæ hvar that kann vidturffva. ock maa han them hiit for off ſtemſne, om the vilia ey annarz i lydno bliſſue. En fornæmde Biarne Oleffſſon faro aff lande ee ſom förſt till Rom ock andre helge ſtædz effter thy ſom fornæmde Biſkop Olaff honom forlagt haffuær ock framdeles gærer ſcall ath bótha theſſæ ock adræ ſinæ aabroth. Enn eff han havær a moth trioſkæs ſcal hand i fult band lyſis aff fornæmde Biſcopp Olaff, ædhr them ſom han thæth beſallar. en om thettæ forſmoor ſtanda tha ſin ægin æſſwntyr meth wærældzwaldet effter ſialffs ſyns werk. En fornæmde Randide taka vit ſtraffe heimæ i landeno effter Biſkops raadhe, och the ſom rangleghæ haffuee giort meth henne æller honom ſſaræ effter Chriſtenrætten ock Kirkionelagh. ock till meere viſſo ock ſtadfæſtelſe her om all forſkriffuen ſtycke wii henghe wart Secret ſſor dhettæ breff Dat. Berg Sabbato qvatuor temporum ante feſtum beati Michäelis Archangeli Anno Domini MCDLXXX primo.

Pag. 609. graſſare; Lege: graſſari. Præterea ad not: a. adde: Expreſſe ſcribit *GUDBRANDUS* Epiſcopus in *Apologia Tertia* qvod Olaus Epiſcopus in vivis fuerit 1497. Qvod cum allatis a nobis Documentis nullo modo conciliari poteſt. Lectoris itaqve judicio ſubmittimus, qvænam pars potior habenda ſit; noſtra autem conjectura eſt Gudbrandum ab electione Gotſkalki, qvæ anno 1498 facta eſt, ſupponere Olaum aut eodem, aut præterito anno, obiiſſe, ſed de tantillo cum nullo digladiabimur.

Pag. 614. not. canentur; Lege: canantur.

Pag. 616. §. 1. Benedictus pater Rögnvalldi dicitur fuiſſe frater Gotſkalki prioris. Gotſkalkus ſecundus Sacerdos factus erat, dum anno 1488 teſtis ſubſcripſit literis Epiſcopi Olai Rögvalldini de electione Erici Einaridæ in Abbatem Thveraënſem.

Pag. 617. §. 2. voluit; Lege: voluerit.

Pag. 623. §. 6. Dicitur Jonas duxiſſe Biörgam ante 23. annos, qvod non eſt verum; cum id factum ſit 1497. Similis error iteratur pag. 623. n. a,

ubi

ubi Biörgam anno 1493 duxisse refertur, Sed perperam: Causa est, qvod binæ Jonæ nuptiæ confunduntur, priores secundum *BIORNEM* de *SKARDSA* factæ sunt 1492. Sed secundum Gudbrandum Episcopum in *Apologia pro Sigismundino* scripta factæ sunt 1493. Sed posteriores cum Biörga 1497. In prioribus Asgrimus Jonæ frater occisus fuit, sexennio priusqvam Gotskalkus Holanam cathedram ascendit, ut ea causa nihil ad eum pertineret, posteriores autem nuptiæ factæ sunt anno anteqvam Gotskalkus electus fuit; expungenda itaqve nota illa est, cum computus Gotskalki dicto modo salvetur.

Pag. 625. §. 7. læserit; Lege: læserint.

Pag. 627. §. 13. nullius; Lege: nullus.

Pag. 635. not: Sacerdoti marcam; Lege: Sacerdoti dimidiam marcam.

Pag. 643. Jón Arnason; Lege: Jon Arason.

Pag 644. §. 1. Alteræ; Lege: Alterius.

Pag. 648. Addatur hæc §.

Tales exercens navigationes, cum sæpius in Norvegia, & forte Nidarosiæ, hyemaret, Archiepiscopo & Canonicis innotuisse videtur, eorumqve amicitiam nactus præbendam Oddensem in dioecesi Skalholtensi sitam emendicasse, eoqve modo Canonici Nidarosiensis honorem & titulum adeptum fuisse, qvod ut credam, inducor: a) literis Ogmundi ad Archiepiscopum Walchendorphium datis anno 1523. In his, postqvam Dominum Jonam ut furem, fugitivum, & excommunicatum diffamavit, & Episcopi officio indignum pronunciavit, addit: *Mittimus ad vos Sacerdotem nostrum Dominum Hallum* (Sc. Thorsteni qvi cum eo in Norvegia fuerat) *ea de causa præcipue, qvod præbendam Oddensem adipisci desiderat, cum Dominus Jonas Arii nihil eorum præstiterit, qvæ vestra Gratia, in Codicillis ei datis, ipsi injunxit, sed præbenda fere desolata est.* b) literis ad Archidiaconum Olaum Engelberti, ubi se ita exprimit: *Mittimus vobis Sacerdotem nostrum Dominum Hallum Thorsteni, rogantes ut in eum conferatis præbendam Oddensem, nam Dominus Jonas Arii nihil eorum præstitit, qvæ Archiepiscopus ei injunxit, contra autem præbendam hanc omnibus modis vastat & contemnit, eaqve de causa dicam scripsit Jonæ Enaridæ, ut coram vobis compareat. Speramus & oramus ut qvod justum est cuivis eorum tribuatis.* Sed qvamdiu Jonas eam retinuerit, incertum, id modo certum est, qvod anno 1528. undecim magni nominis Sacerdotes die lunæ ante festum Corporis Christi, præsidente Ogmundo Episcopo, sententiam dixerint, Og-

mundo

mundo tutum fuiſſe hanc præbendam in ſuam tutelam ſumere, & legitime adminiſtrare, unde colligi poteſt Jonam Arii eam tum dimiſiſſe, aut nil curaſſe, ſed ab Ogmundo occupatam fuiſſe.

Pag. 652. ad not. adde: *Kot*, thorax, Angl: *coat*, derivatur a Celtico *cutten*, tegere, unde & Germanorum *mönchs-kutte*. *Surkot*, Angl: *Surcoat* vel *ſurtout*, Latine *Sorcocium* vel *ſorticium*, denotat pallium aut ſupertunicale. *Surcot* apud Gallos anno 1179 denotavit tunicam regalem.

Pag. 654. §. 9. Jonam Arii anno demum 1524 enavigaſſe plures annalium autores ſcriptum reliqverunt, qvos nos ſecuti ſumus, usqve dum ſummi viri A. Magnæi excerpta ex Ogmundi Diario, partim manu propria, partim per notiſſimos nobis amanuenſes, qvorum manus facile adhuc cognoſcitur, incidimus; ex qvibus didicimus qvod Jonas 1523. navi cathedræ Holenſis vectus in Norvegiam transmiſerit, indeqve in Daniam ad Fridericum 1mum, ut confirmationem electionis nanciſceretur, profectus eſt, ſed priusqvam eam accepit, Regi homagium præſtare neceſſum habuit, & hoc ſine dubio eſt illud homagium ad qvod digitum intendit in literis ad Hvitfeldium & Comitia, datis 1541. Conf. Tom. 2. p. 660. §. 17.

Pag. 655. §. 10. Conf. ea qvæ ſupra pag. 213 ſqq. notavimus ad Tom. 2 pag. 523. Sententiam Reykenſem a nobis loc. cit. pag. 214 exhibitam Ogmundus a Clero Holano feria qvinta poſt feſtum Jonæ Holenſis Epiſcopi Holis confirmari curavit, ſimulqve renovari, eo qvod Jonas navem & bona Eccleſiæ Holanæ diripuerit, eoqve facto excommunicationem promeruiſſe, & reſtitutionem damni ac ſexaginta marcarum mulctam S. Eccleſiæ Holenſi, totidemqve Ogmundo, ſolvere debere adjudicatur. Sed omnes iſtæ ſententiæ autoritate Capituli Nidaroſienſis elevatæ ſunt, ut ſeqvens ſententia abunde probat:

(a) " Vier Hoſkulldr med Guds nád Biſkup i Stafángri, Magnús Bi-
" ſkup til Hamars, Olafr Biſkup til Birkin med ſamre nád, Hr. Andres
" Nielſſon, Hr. Olafr Wilhiálmſſon, Hr. Knutr Peturſſon, Hr. Petr Jonſſon
" Canócar i þrandheime, Meiſtari Petr Peturſſon, M. Hans Reff, M. Hen-
" rich

(a) *Nos Hauſkuldus Dei gratia Epiſcopus Stafangrienſis, Magnus Epiſcopus Hamrenſis, Olafus Epiſcopus Bergenſis eadem gratia, Dominus Andreas Nielſon, Dominus Olafus Wilhialmſon, Dominus Canutus Petri, Dominus Petrus Jonæ, Canonici in Thrandia; Magiſter*

" rich Nielſſon, Hr. Biörn Peturſſon, giörum öllum vitanlegt med þeſſu
" voru opnu brefe, ad árum epter Guds burd 1524. vigilia Laurentii á
" Erchibiſkupſins gardi í Biörgvín, vorum ver tilſkickader af vorum verd-
" ugaſta födur med gude, Erchebiſkupe Olafi í Þrándheime, til ad ſkoda oc
" ranſaka oc yfer ad dæma um þær ſaker ſem verdugr fader med gude biſk-
" up Augmundur af Skálholti kiærdi uppa Hr. Jón Araſon ſem i þann
" tíma var poſtuleradur til Hóla ſtiftis i Islandi, oc nú var perſónulega hiá
" oſſ. Kom þar fram fyrer oſſ i ſama ſtad oc degi heidurlegur mann Hr.
" Jón Einarſſon út af Skálholtz ſtifte med bref oc bevíſingar ſo hliódande,
" ad Biſkup Augmundur hafdi hönum fullmagt gefid ad klaga oc kæra allar
" þær ſaker ſem Biſkup Augmundur hafdi Biſkupi Jóni til ad tala, oc
" ſýndi i fyrſtu Hr. Jón Einarſſon þriú dómsbref ſo hliódande, ad biſkup
" Augmundur hafdi dæma látid yfer fyrrnefndum Hr. Jóne Biſkupe oc
" hann i forbod oc i bann ſett, þar til dæmt af honum ſinn heidur, æru,
" gótz oc peninga under Biſkups Augmunds nád. Item ſýnde fyrrnefnd-
" ur Hr. Jón Einarsſon þar fyrer oſs eitt opid bref med 3 innſiglum ſo
" hliódande, ad nockrer preſtar af Hóla ſtifte hefde revocerad þad kiörs-
" bref ſem þeir hefdi fyrrnefndum Jóni Araſyni gefid. Her í mót kom
" Hr. Jón Araſon fram fyrer oſſ, oc tiede ſín bref ſem Erchibiſkup Erich
" Walchen-

---

*giſter Petrus Petri, Mag. Hans Reff, Mag. Henricus Nielſon, Dominus Biörn Petri, notum facimus omnibus per patentes haſce noſtras literas; qvod anno poſt natum Chriſtum 1524. vigilia Laurentii in ſede Archiepiſcopali Bergis, juſſi eramus a digniſſimo noſtro patre in Deo, Archiepiſcopo Olafo de Thrandia, ad videndas, examinandas & judicandas cauſas, quarum reverendus pater cum Deo epiſcopus Augmundus de Skalholto incuſabat Dominum Jonam Aræ filium, qvi eo tempore poſtulatus in diœceſin Holenſem in Islandia, & nunc in perſona apud nos, erat. Siſtebat ſe ibidem nobis eodem die & loco venerandus vir, Dominus Jonas Einaris ex diœceſi Skalholtina cum documentis & argumentis ejus tenoris, qvod epiſcopus Augmundus ei plenam dederit poteſtatem poſtulandi agendiqve omnes cauſas qvas epiſcopus Augmundus contra epiſcopum Jonam habebat; producebat primum Dominus Jonas Einaris tres literas judiciales, ejus tenoris, qvod epiſcopus Augmundus contra prædictum epiſcopum dominum Jonam ſententiam tulerit, eiqve interdixiſſet & ipſum excommunicaſſet; eidem inſuper honorem, exiſtimationem ſimplicem, res mobiles & immobiles ſub epiſcopi Augmundi arbitrium abjudicaſſet; Item monſtravit nobis antenominatus dominus Jonas Einaris patentes cum tribus ſigillis literas, ejus tenoris, qvod aliqvot ſacerdotes literas, qvibus antedictum Jonam Areſonium elegerant, revocaſſent. E contrario ſiſtebat ſe nobis Dominus Jonas Areſonius, & produxit literas qvas Archiepiſcopus*

" Walchendorph piæ memoriæ hafdi honum gefid. 2) Sýnde hann fyr-
" er off eitt oped bref med Cancellerans innſigle af Þrándheime, ſo hlióð-
" ande, ad Canócarner bádu oc ſkipudu oc fullmakt gáfu preſtum Hóla
" Biſkupsdæmis ad útvelia oc til ſín ſenda einn mann ſem þeir vildu hafa
" ſer til Biſkups oc Hóla Dómkirkiu forſtandara. 3) Sýnde hann off eitt
" opid bref med 24 hángande innſiglum ſo hlióðande, ad preſtar Hóla
" Biſkupsdæmis hefdu hann útvalid ad vera ſinn Biſkup oc Hóla Dóm-
" kirkiu forſtandara. 4) Sýnde hann off eitt bref med innſiglum ſo hliod-
" ande, ad hann hefde med ráde preſta Hóla Biſkupsdæmis appellerad
" fyrrnefndar ſaker oc málefne under Erchebiſkupſens nád i Þrándheime
" oc hans rád oc yferſión, enn undan dóme Biſkups Augmundar oc hans
" preſta, því ſyrer þá ſök ad Biſkup Augmundur var ei vígdur Biſkup til
" Hóla Dómkirkiu, oc ei hafdi hann befalningu neina af vorum nádugaſta
" födr Erkibiſkupe i Þrándheime edur Capitula ad taka nockra Biſkups
" rentu i Hóla Dómkirkiu ſtifte, enn þó líka vel ad hann være tilſkickad-
" ur ad vera tilhiálparmann þar i ſtifted; því fyrer allar þeſſar fyrrnefnd-
" ar ſakir, dæmdum vier þad revocations bref ſem fyrrnefndur Hr. Jón
" Einarſſon hafde, oc alla þá dóma ſem Biſkup Augmundur hafdi dæma
" látid um fyrrnefndann Hr. Jón Araſon, ſídan hann var útvalinn til Hóla
" Dómkirkiu, öngva makt hafa edur haft hafa, því off ſýndiz ſama revo-
" cations

*ſcopus Ericus Walchendorph piæ memoriæ ei dederat.* 2) *Monſtrabat nobis patentes, cum Cancellarii ex Thrandia ſigillo, literas ejus tenoris, qvod Canonici rogarent, juberent & poteſtatem darent ſacerdotibus diœceſis Holenſis eligendi & ad ipſos mittendi virum aliqvem qvem ſuum epiſcopum & templi Holenſis antiſtitem optarent.* 3) *Monſtrabat nobis literas patentes, qvibus* 24 *ſigilla appenſa erant, ita ſonantes, ut ſacerdotes diœceſis Holanæ eum elegiſſent ſuum epiſcopum & templi cathedralis Holenſis antiſtitem.* 4) *Monſtrabat nobis literas cum ſigillis ejus tenoris, qvod juxta conſilium Sacerdotum diœceſis Holanæ antedictas cauſas ad Archiepiſcopi Thrandiæ gratiam ejusqve conſilium & providentiam, verum a judicio epiſcopi Augmundi & ejus ſacerdotum, appellaverit. Ob eam igitur cauſam qvod Epiſcopus Augmundus non ordinatus erat epiſcopus templi cathedralis Holani, nec in mandatis habebat ullis a clementiſſimo noſtro patre Archiepiſcopo in Thrandia vel Capitulo qvalecunqve epiſcopale tributum in diœceſi eccleſiæ cathedralis Holanæ ſumere, qvamvis in eadem coadjutor conſtitutus eſſet. Hinc propter omnes antedictas cauſas, judicabamus literas revocationis, qvas ſupra nominatus dominus Jonas Einaris habebat, & ſingulas ſententias qvas de prædicto Domino Jona Arii filio, a qvo electus erat ad templum Holenſe, ferri curaverat epiſcopus Augmundur, nullum habere vel habuiſſe valorem,*

" cations bref oc Biſkups Augmundar dómar med nockre öfund giörder
" hafa verid. So oc dæmdum ver ad fyrrnefndur Hr. Jón Araſon mætte
" vel hafa oc behalda ſínum heidre oc öllum ſínum peningum ſem hann
" kann ad bevíſa ad Biſkup Augmundur hafe frá ſier tekid.
" Samþykte &c. "

Pag. 658. noluit; Lege: voluit.

Pag. 669. §. 24. Adde: Gefferat præterea per triennium (vide Tom. 2. pag. 269) diœceſeos Holanæ præfecturam, a qvo tempore plerasqve præturas in diœceſi Holenſi per ſuæ partis homines aut clientes adminiſtraſſe videtur, ita ut ſolus omnia in qvarta boreali plerumqve dirigeret, & nihil ibi contra ejus & filiorum nutum fieret.

Pag. 669. §. 25. Præſul non ſecus; Lege: qvam Præſul non ſecus.

Pag. 671. ut hic ipſe; Lege: ut hic ipſi.

Pag. 672. ſubmiſſurum; Lege: ſubmiſſuram.

Pag. 679. ab Ormo poſtulavit, ut qvod &c. Lege: ab Ormo negatum iri, qvod ejus eſſet officii, ſi modo ab eo peteret, ut legitimo indicto conventu, ex legis præſcripto de controverſiis pronunciaret, qvi etiam ſtatim ac rogatus fuit, in Davidis gratiam &c.

Pag. 688. not. b. Lege: credam Martinum.

Pag. 695. not. a. Lege: ſkrautlegan tel eg.

Pag. 697. Addatur hæc nota (a) ad §. 44.

Pag. 715 ad §. 52 adde: Subleſtam qvoqve Ormi fidem præter alia facit ejus pactum, qvod adhuc in originali exiſtit, cum Biörno Jonæ Areſonii filio initum, qvo huic ſuum auxilium pollicetur, ut Biörnus jus ſuum



*rem, cenſuimus, easdem enim literas revocationis & epiſcopi Augmundi ſententias invidiam qvandam ſpirare nobis viſum eſt. Judicavimus præterea ſupra nominatum dominum Jonam Arii filium jure habere & retinere poſſe ſuum honorem omnesqve pecunias qvas ſibi eripuiſſe epiſcopum Augmundum probare poteſt.*

*Approbavit &c.*


(a) Si qvis Arii Jonæ filii occupationem officii Nomophylacis ad annum 1530 referre velit, pro ſe habet ſententiam eodem anno dictam ſupra Tom. 2. pag. 254. exhibitam, in qva Thorleifus Pauli vocat ſe a Rege conſtitutum Nomophylacem, qvo officio nolentem, aut ſine vi, ceſſiſſe, non eſt veriſimile. Sed obſtare videtur annalium ſilentium, qvi jam nil de aperta vi, ſed de Epiſcopi technis & autoritate, qva uſus fuerit, loqvuntur, ut & tam diutinum Regis ſilentium, qvi eam rem tandem poſt elapſos 21. annos vix recoxerit, ſed anno 1551 ut nuperum crimen objicit.

ſuum exſeqvi qveat, inprimis contra Davidem Gudmundi & alios in ſua (Ormi) provincia & ditione. Datum Stadarfelli in Medalfellsſtrönd, feria qvinta proxima ante Dominicam Palmarum. 1550.

Pag. 727. ad not. a. adde: Neſcio qvid ſibi vult qvod in hac Inſtructione inter rebelles nominetur Jonæ Epiſcopi affinis (*Svoger*), id eſt ſocer aut gener, cum talem, qvi ei adſtiterit, nullum habuerit. Generum qvidem habuit Einarum Ejulfi filium de Dal ad Eyafiöll, ſed qvi nunqvam ſeditioſis ſe immiſcuit, nam unus ex illis eſt, qvibus Rex tanqvam fidis ſubditis hoc anno literas miſit. Jonas Magni Svalbardenſis ſocer Biörni, & Thorleifus Grimi Mödruvallenſis ſocer Arii, Epiſcopi filiorum, nunqvam eorum partes ſecuti ſunt, & etiam inter eos occurrunt, qvibus Rex ſcripſerat ut ſuis opem ferrent.

Pag. 731. ſkiríke; Lege: ſkilríke.

Pag. 741. not. tenellum filium ita; Lege: tenellum filium Fridericum ita.



## TOM. III.

Pag. 9. §. 6. Addatur hæc nota: In *Novis Literariis Wielandianis* anni 1725. pag. 497. dicitur Bucholtius e Livonia oriundus, uxoremqve duxiſſe Eliſabetham Urne, ac improlem ſubitanea morte deceſſiſſe anno 1602 in prædio ſuo Voldersleygaard.

Pag. 35. lin. 15. lege: poſſet.

Pag. 37. §. 6. Hæc nota addatur: Noſter erat Canuti Gedde ex nobili concubina filius, ſed celeberrimi illius Thalaſſiarchæ Owe Giedde pater.

Pag. 40. Adde: Anno 1601 præfuit Herluff Daa armatæ claſſiculæ, qvam Rex ad obſervandum Nordlandiæ & Finnomarchiæ oras emiſit, primumqve in ſinu Titisfiord intra Finmarchiam juſſu Regis templum exſtruxit, & anno 1602 Thalaſſiarcha factus præfectus fuit claſſi 6 liburnicarum, & trium minorum navium claſſi, qvæ Principem Johannem Chriſtiani IV. fratrem in Moſcoviam vexit. Anno 1610 ſub Archithalaſſiarcha Magno Ulfeld, qvi 32 navium claſſi præfuit, Herluff Daa, ut *Vice-Admiralis*

*Admiralis* bellicam navem *St. Annam* rexit. Anno 1611 ſub Lindenovii imperio ut Vicarius Admiralis cum 180 armatis 16 ſcaphis vectus media nocte, 7 liburnicas Svecorum ad Elfsburgum in anchoris ſtantes tanta celeritate adortus eſt, ut prætoriam navim prius caperet, qvam propugnatores hoſtem adeſſe ſcirent, qvo facto reliqvas facile in ſuam redegit poteſtatem, omnesqve victor Havniam deduxit. Tandem anno 1619 die 16 Maji ob male adminiſtratam in Islandia rempublicam, ab officio depoſitus & 3000 Joachimicis multatus fuit.

Pag. 43. lin. 7. *lege* Johannis Friſii & Chriſtiani Friſii Cancellariorum ex fratre Henrico nepos.

Pag. 92. lin. 23. eligiſſent, *lege* elegiſſent.

Pag. 97. lin. 10. Monalium, *lege* monialium.

Pag. 107. Ex iis qvi hoc modo confirmati erant, unum fuiſſe Jonam Magni filium, Paſtorem Mælefellenſem jam pridem demortuum, accepimus.

Pag. 111. lin. 8. non omnino, *lege* ſi non omnino.

Pag. 123. ſpoſpondebat, *lege* ſpondebat.

Pag. 126. §. 42. *lege* in oculos incurrens.

Pag. 171. lin. 21. Thorneſenſem, *lege* Thorſkafiordenſem.

Pag. 172. lin. 18. anno 1551. *lege:* anno 1557 a Giſlao Epiſcopo.

Pag. 178. §. 18. ex qvo *lege* ex qva.

Pag. 181. lin. 4. *lege:* auctoritati.

Pag. 182. §. 21. *pro* 1450 *lege* 1552.

Pag. 183. lin. 20. *lege* Thingeyrenſi.

Pag. 184. §. 26. Gudmundus Einari primo Collegam ſcholæ Holanæ aliqvantiſper egit.

Pag. 185. *lege* utrumqve.

Pag. 189. Loco notæ a. hæc ſeqvens ſubſtituatur: (a)



(a) Sub hoc nomine *Thorleifus Erici* duo ſimul exſtiterunt Sacerdotes, unus *Breidabolſtadenſis*, alter autem *Melenſis* Eccleſiaſtes; Prior frater Ericidarum, Jonæ Myſtæ Vatnsfiordenſis, de qvo eadem pag. 189. & Tom. 2. pag. 666. §. 24. ut & Sæmundi Coloni de Aſi, hicqve eſt ille Thorleifus, qvi pag. 189. Ordinationem Eccleſiaſticam accipere recuſaſſe fertur, ideoqve aut ſtatim, aut paulo poſt, officium depoſuit, & præbendam amiſit, qvam nolens & ſucceſſoribus multa mala ominans, Jonæ Biarni tradidit. Hac vice, ſeu 1542. licet ſenium cauſaretur, qvo minus officium gerere poſſet, nihilominus poſt octennium anno 1550 Thingvallis adeſſe, & ſigna Jonæ Aræſonii Ec-

cleſiam

Pag. 192. §. 5. Addatur hæc nota (a):

Pag. 193. not. a. illum *lege:* illud.

Pag. 196. lin. 1. *expungatur:* ei.

Pag. 198. §. 12. Clariſſimus & doctiſſimus ſcholæ Holanæ Rector, Mag. *HALFDANUS EINARI* nos monuit, Olaum Jonæ natum eſſe 1560, apud Eggertum Nomophylacem Johannis filium, & hujus generum Magnum Jonæ filium, educatum fuiſſe, inde paſtorem Saudlauksdalenſem 1590, ſed Sandenſem 1596, factum fuiſſe, & anno 1627 deceſſiſſe.

Pag. 200. lin. ult. crus, *lege* manum & digitos.

Pag. 204. §. 18. Epiſcopus *GUDBRANDUS* in Præfatione ad *Viti Theodori Summaria Bibliorum* innuit Ottonem qvosdam Veteris Teſtamenti libros in vernaculam tranſtuliſſe.

Pag. 206. §. 19. Addatur hæc nota (b).

Pag. 206. §. 20. 1527 *lege* 1520.

Pag. 207. §. 20. *Adde:* Anno 1533 ab Epiſcopo in jus vocatus fuit qvod unum ſacerdotem ita verberaſſet, alterum autem punxiſſet, ut utriqve ſangvis manaverit, qvod Præſulem ad Regis tribunal citaſſet, qvod mœcham domi aleret, viva adhuc uxore, & alia ejus modi, propter qvæ excommunicatio & mulcta 360 marcarum, ut & abſolutio a Præſule petenda,

---

cleſiam Lutheranam infeſtantis inter primos ſeqvi potuit, unde etiam ab Aræſonio, Skalholtum relinqvente, Officialis titulo inſignitus, & ad ſuum reditum Vicarius conſtitutus fuit. *Melenſis* autem *Thorleifus* fuit filius *Erici* illius, qvi anno 1497 nobilem virum Paulum Jonæ occidit, ſed nepos Halthori Abbatis Cœnobii Helgafellenſis, vir dives, ſed inſignis decoctor. Huic Ögmundus Epiſcopus prædia Varmalæk, Mauluſtadi, Heggſtadi, Grimaſtadi, & Belgsholt abſtulerat, de qvo vide pag. 318. §. 21.

(a) Verum qvidem eſt Jonam Enari, Ögmundi gratia diu floruiſſe, & forte non penitus excidiſſe; Sed anno 1530 Præſul eum inſimulavit qvod (ad minimum) conſcius fuiſſet calumniæ, qva Thordus Enaris, Jonæ frater, ſacerdos Hytardalenſis, Ögmundum apud Archiepiſcopum denigraverat, ideoqve ei dicam ſcripſit, Jonas autem judicum ſententia, jurejurando ab intentato crimine ſe liberare jubetur; qvod feciſſe veriſimile eſt, cum ex Præſulis gratia non penitus excidiſſe legatur.

(b) De Oddi Gotſkalkidæ vita & morte varii varia ſcripſerunt, ſed *Thormodi Asmundini* relatio, qvi in ipſius famulitio fuit cum moreretur (vide Tom. 3. pag. 227) de ejus morte, ut de ejus in juventute factis peregrinationibus aliis præferenda videtur, illæqve ad hujus normam corrigendæ ſunt. Qvod Thordus Gudmundi, poſtea Nomophylax, Petri Oddidæ tutelam ſuſceperit, inde fluxit, qvod in matrimonio haberet Torunnam ſororem Petri uterinam, ex Thordo ſacerdote Hytardalenſi, & Thurida Petri matre prognatam.

tenda, & ad pœnas competentes, prout placeat Episcopo præscribere, exantlandas, judicum sententia ei injunguntur; si autem tergiversetur, aut vim opponat, ab Episcopo capiendum, & carceri includendum esse, usqvedum pœnitentiam agat, & satisfactionem præstet; Unde patet ei nunqvam cum Ogmundo infucatam fuisse amicitiam, magis itaqve ut ei ægre faceret, qvam ex veræ religionis amore, *Ordinationem Ecclesiasticam* anno 1540 tam facile admisisse videtur.

Pag. 207. lin. 8. *pro* 27 *lege* 34.

Pag. 211. §. 24. Petrus Einari Ogmundum deseruisse & ad Merwitzium & Mindensem se contulisse videtur, anno 1538 aut 37, nam anno 1539, cum cœnobium Videyense occuparunt, in eorum satellitio certe fuit, aut saltim scribæ locum tenuit. Qvapropter Ogmundus, in concilio Reykholtensi hoc anno habito, eum solenniter excommunicavit, ita enim ipse sub finem conclusi verba facit:

(a) "Enn sakir þess ad þú Petur Einarsson hefur rofed þessa trúlofan vid oss, oc samnetiast þessum bannsettum mönnum sem svoddan ógiörninga hafa giördt, þvert á móte Guds lögum oc lands; Hiermed hefur þú skrifad umbods bref yfer Videyar Klaustur, oc öllum þess pengingum, þvert á móte Guds lögum oc manna, því setium vier þig í hid sterkasta bann oc forbod, oc fyrerbiódum þier ad hafa nockra handtiering med annad kristed fólk, fyrr enn þú kemur til — oc yferbótar."

Pag. 213. §. 25. Addatur hæc nota (b):

Pag.

---

(a) *Tu autem Petre Einari fili siqvidem hoc pactum nobiscum initum violasti, & hominibus illis excommunicatis, qvi talia scelera contra leges divinas & humanas commiserunt, socium te præbuisti, præterea & literas collationis super monasterium Videyense & omnia illius bona contra leges canonicas & civiles scripsisti; Qvare Nos te strictissimo anathemate & interdicto ferimus, teqve ullum commercium cum Christianis hominibus habere vetamus, usqve qvo pœnitentiam acturus adfueris.*

(b) Perfectam & solennem monasteriorum occupationem post Ögmundi fata factam fuisse verum est, unde seqvitur qvod Præsul Petro Enari eapropter offensus esse non potuerit, alias itaqve ejus indignationis causas exstitisse oportet, qvarum prima & præcipua fuit Petri ab Ögmundo ad Merwitzium defectio. Moris fuit Episcopis magnatum filios ac divites juvenes suo adjungere satellitio, præcipue audacia, robore, aut arte aliqva excellentes, eosqve jurejurando obligare, ut ad omnia imperata parati essent, sine venia non discederent, & nunqvam sibi adversarentur, qvo non solum illos, sed & eorum parentes & cognatos sibi devinctos & fidos habuerunt; In horum numero apud

Ögmundum

Pag. 219. §. 31. *pro* 1541 *lege* 1545.

Pag. 225. lin. 7. domui *lege* domi. Præterea huic §. addantur notæ (a) & (b):

Pag. 234. not: tritavus, *lege* atavus.

Pag. 252. §. 8. Cum instrumentum seqvens innuere videatur Gissurem anno 1541 Qvartam orientalem visitasse, & magnam lucem affundat historiæ de diminutione salarii sacerdotum, qvæ tempore Reformationis mature contigit, illud adscribere haud dubitamus:

(c) "G E. Gióre gódum mönnum kunnugt med þessu mínu opnu "brefe, ad nockurer prestar i austfiördum hafa sig klagad oc fyrer mig "komed um þad ad bændur bygde í burtu bænhús kúgyllde, enn þeir "feinge eingar skylldur eda kaupgialld sem tilheyrelegt være, hvad mer "litst þó i eingann máta lída meiga, ad kennemennerner seu svo sinne "rentu oc rettugheitum afelldar, ad þau kúgillde byggest frá bænhúsun-"um

Ögmundum fuit Petrus Enari, sed cum ad Lutheranam inclinaret religionem, cujus Ögmundus summus osor fuit, & qvod instabilis animi esset, religionis tamen prætextu utens, a Præsule ad Merwitzium ipsius infensissimum hostem defecit, in cujus, aut Mindensis, satellitio, scribæ locum tenuit, cum Videjam anno 1539 occuparent, qvapropter Ögmundus Petrum in Synodo Reykholtensi eodem anno habita, ob perjurium, transfugium & sacrilegium excommunicatum, (*fallen i ædsta bann*) declaravit. Qvo Petrus (ut videtur) adactus ad exteros abiit, ut si non una cum Gissuro Enari, certe eodem anno ac ille Havniam petiverit.

(a) Libellum de obsessis qvem Sigurdus in lingvam vernaculam transtulit, Islandi vocabant *Oriemus*, qvod sine dubio corruptum est ex voce Latina *Oremus*, qvam Exorcistæ in suis cæremoniis crebro adhibuerunt, unde etiam ipsam obsessionem vocarunt *Oriemus* ex. gr. *hann er oriemus* ɔ: obsessus est. Ut & ipsas larvas & malos genios, ut *þar er oriemus* ɔ: mali genii & larvæ ibi sunt. Imo etiam ad hominum affectus subinde transferebatur, ut *honum er þad oriemus* ɔ: valde ei displicet, subtristis est, nolens & coactus facit.

(b) Concilium Tridentinum finem tandem habuit anno 1563, sed anno 1552 abruptum & dissolutum fuit, ob bellum a Mauritio Electore Saxonico, Imperatori Carolo V. illatum, nec priusqvam anno 1560 denuo colligi potuit. Hanc dissolutionem Sigurdus anno 1552 audiens, de hoc concilio penitus actum esse putavit, ideoqve anno 1553 hoc condidit Documentum, ne coactus ad Lutheranos transiisse postea dici posset.

(c) *G. E. per has patentes bonis omnibus notum facio, qvod qvidam sacerdotes de qvarta orientali me convenerint, deferentes qvod colonorum qvidam armenta sacellorum elocent, isti autem nullam mercedem aut tributa sibi debita accipiant, qvod mihi videtur haudqvaqvam tolerandum, ut pastores suis reditibus & jure priventur, cum illa sacellorum armenta, ex*

"um ſem ſtanda eiga fyrer þeirra fæde. Hvar fyrer ad eg em alla oc ſerhvöria ſem þetta giöra eda giört hafa, áminnande, þá oc ſem Sacramenta heilagrar kriſtni vilia verda af kennemannſins hende niótande; ſeu af þeſſum ſínum úvana oc raungu uppſátri aptrhverfande, því ſvo vottar heilög ritning ad Drottinn hafe þeim tilſkickad af gudſpiallenu ad lifa ſem gudſpialled boda, er því hæfelegt ad þeir ſem kennemannlegt embætte fremia hafe þar fyrer ſitt uppheldde oc vidrlífe í gódan máta af þeim ſem hluttakendur verda kriſtnennar helgana af þeirra hende. Treyſte eg ad aller gódſúſer kriſtner menn mune þeſſa mína áminning taka ſer til góda, ſem fyrer gude vilia rett giöra, oc fyrer mönnum ſvarlega, viliande þad vid alla oc ſerhvöria forſkullda. Oc til ſannenda &c. in die transfigurationis Domini anno 1541."

Pag. 257. §. 15. Giſſurus hac vice Hafniæ 17 hebdomades egit, victu ad menſam Domini Chriſtierni Torchelli uſus, inde Roſtochium venit Dominica 3 Adventus, unde Hamburgum tetendit, ibiqve usqve ad 6 April. permanſit. Giſſuri comites tunc erant Snorro Hialmi filius, Gislaus Jonæ, & Eggertus Johannis.

Pag. 264. lin. 2. qvam, *lege:* qvæ.

Pag. 265. lin. 1. *lege* permiſit.

Pag. 269. ad notam (a) *adde:*

Pag.

*ex qvibus paſtoribus alimenta erant petenda, elocentur. Qvare ego omnes & ſingulos, qvi hoc faciunt aut fecerunt, qviqve ſacramentorum ſanctæ eccleſiæ de manu ſacerdotis participes fieri cupiunt, monitos volo, ut a mala iſta conſvetudine & perverſa contumacia revertantur, Sacra enim Scriptura edicit Dominum præcepiſſe, ut Evangelium denunciantes ex Evangelio vivere debeant. Congruum igitur eſt, ut qvi ſacerdotalia munia peragunt, victum & honeſtam ſuſtentationem invicem reportent ab iis qvi bonorum ſanctificantium eccleſiæ ab eorum manu participes fiunt. Omnes benevolos chriſtianos, qvi coram Deo ſancte & coram hominibus juſte vivere deſiderant, boni hanc meam admonitionem conſulturos fore confido, ego viciſſim eorum omnium & ſingulorum favorem demerebor. In qvorum teſtimonium &c. in die transfigurationis Domini anno 1541.*

(a) Inter libros a Giſſuro Epiſcopo relictos occurrunt *Biblia Islandica,* qvod ſi verum eſt, ut nullus dubito aliqvid veri habere, modo hic non error calami irrepſerit, oportet tum temporis exſtitiſſe talem Verſionem Sacri Codicis ſub Papatu factam, de qva, tam apud antiqvos qvam recentiores hiſtoricos, biographos, genealogos & Annalium conditores, altiſſimum non modo eſt ſilentium, ſed contraria aſſertio freqvens, qvod Oddus Gotſkalki

Pag. 291. §. 12. lin. ult. *lege:* decreverunt.

Pag. 291. §. 14. Codicilli Regii Martino Epiſcopo miſſi anno 1554 Tom. 2. pag. 227. Lit. MM. qvibus Havniam evocabatur, negotium religionis, ut unicam hujus profectionis cauſam adferunt, ſed tum temporis de religione nihil actum eſſe invenitur. Unde Annales & Biographi innuunt eum & Jonam Biarni, hoc anno evocatos ad dicendum cauſam cædis Aræſonii & hujus filiorum, eorum inſtinctu patratæ anno 1550. Qvæ eo modo conciliari poſſe videntur, qvod aut duo eodem anno diplomata Martinus acceperit, aut ſub prætextu de religione agendi ad dicendum cauſam accercitus fuerit. Sed utcunqve hoc fuerit, non tamen eſt vero diſſimile, qvod hæc Præſulis peregrinatio *Conventioni Beſſaſtadenſi*, qvæ anno 1555 facta fuit, & eam ſeqventibus mutationibus, viam ſtraverit, id autem certum eſt, qvod Martino, ut dimiſſionem peteret, calcar addiderit.

Pag. 299. ad not. (a) *adde:*

Pag.

---

Gotſkalki hoc opus primus omnium, aggreſſus fuerit, qvi N. T. in lingvam Iſlandicam transtulit, qvem proxime ſecutus eſt ipſe Giſſurus, qvi verſionem Proverbiorum Salomonis & Libri Syracidæ adornavit; Accedit qvod tales Verſiones ſub Papatu illicitæ fuerunt, & ideo nulli uſui, qvapropter univerſa Biblia in Iſlandicum ſermonem tranſlata Giſſuri tempore exſtitiſſe, ut credam, a me non poſſum impetrare; Sed ſi conjicere licet, fuerunt hæc *Biblia* aut antiqva Bibliorum Paraphraſis a Brando Epiſcopo circa annum 1260 adornata, dicta communiter *Stiórn*, qvæ circa Reformationis tempora a qvibusdam *Biblia* vocata fuiſſe videtur, conf. Tom. I. pag. 371. n. a. Nec plane negavero Giſſurum in aliqvo Monaſterio in unum aut alterum Bibliorum librum in Islandicum idioma tranſlatum, incidere potuiſſe, qvi inſcriptus fuerit *Biblia;* Nam tale qvid qvondam exſtitiſſe, ſed metu pœnæ clam habitum fuiſſe, negari non poſſe probant reliqviæ antiqvæ Verſionis Danicæ in celeberrima Bibliotheca Excellentiſſimi herois Domini *OTTONIS TOTT* exſiſtentes. Conf. D. *Voldikes* Exercitat: de tali Codice, inter *Acta Societ. Scient. Havnienſ.* Tom. 2. No. 1. Sed utut ſit, integra Biblia Iſlandica apud Giſſurem exſtitiſſe tuto negari poſſe putamus.

(a) Giſlaum legitimum cum Chriſtina conjugium iniiſſe, qvamdiu Ögmundus Skalholtinæ diœceſeos ephoriam geſſit, non eſt probabile, ſed factum id eſſe ante annum 1550 certum eſt, cum *Jonas Egilli* aliiqve ſcribant Chriſtinam hoc anno poſt diſceſſum mariti ab Aræſonio excommunicati, unacum tenellis liberis e Selardalo ejectam ad fratrem ſuum Magnum confugiſſe, & ab eo ſuſceptam & ſuſtentatam fuiſſe usqvedum maritus ſeqvente anno rediit. Veriſimillimum itaqve videtur, Giſlaum, a qvo Skalholtum reliqvit, anno circiter 1540, aut prius, eam, more ſeculi, concubinam (*medbiálf*) habuiſſe. Sed deinde, ſeu circa annum 1543, cum ipſe Præſul uxorem duceret, eam ſibi

conjugem

Pag. 301. lin. 5. *lege:* Gislaus.
Pag. 302. §. 5. lin. ult. *lege:* 27 Septembr.
Ibidem not. a. lin. 1. *lege:* creduntqve.
Pag. 305. §. 8. *expunge:* facta.
Pag. 310. ad not. *hæc observa:*

14) Prædium Saurbær pertinet ad parœciam Holtensem a Rege ei additum, sed Guthormshagi (ibid. n. 4.) ab Episcopo eidem adjectum est.

15) Stærreborg in Grimsnese exstat qvidem inter prædia a Bucholtzio anno 1580 huic usui destinata, sed nihilominus occurrit in Catalogo prædiorum Cathedræ Skalholtensis, adornato 1674 qvæ ad nostra usqve tempora, seu annum 1754, ejus canones retinuit, qvod ita conciliari debet: Prædium Stad in Grindavik antiqvitus Cathedræ Skalholtensi solvere debuit 6 C. pisces, seu 15 Joachimicorum valorem; Sed cum Sacerdoti sæpe pergrave esset tantam multitudinem piscium expendere, Episcopi illis dimidium cesserunt loco hujus prædii, qvod pro 3 C. piscibus seu $7\frac{1}{2}$ Joachimicis ad Cathedram translatum fuit, nos autem anno 1754 id sacerdoti Grindavicensi penitus concessimus.

Pag. 329. ad not. *observetur:* (a)
Pag. 334. lin 18. *lege* 1584.
Pag. 339. §. 9. lin. 3. *lege:* ipsi.
Pag. 355. not. b. *lege* 1753.



conjugem adsciviſſe, nam id factum fuiſſe ante annum 1546, cum Magnus Christinæ frater præbendam Selardal Gislao affinitatis nomine cederet, valde est verisimile. Havniæ autem commorans anno 1550 Regium illud privilegium, qvod exhibetur Tom. 2. pag. 335. (forte instinctu Palladii apud qvem diversabatur, & cui rem omnem detexerat) ut rem aliqvo modo palliare posset, postliminio acqvisivit, qvod si conferatur cum Tom. 3. pag. 298. 299. omnia sat bene & probabiliter cohærent.

(a) *Peturs Orda* seu *consvetudines Petrinæ*, qvæ hic exhibentur, nomen habere videntur a Petro Apostolo, cui templum & cathedra Skalholtensis dicata & consecrata fuit; Ut ipsum Documenti argumentum & consvetudo perantiqva esse videntur, ita egregie docent, qvalis antiqvi temporis disciplina domestica fuerit, qvæ in ipsa episcopali sede observabatur. Ipsum autem hocce documentum scriptum videtur sub Episcopo Martino Enari, forte a Jona Biarni filio, qvi annis 1548. 1549 & 1550. Cathedræ primus Qvæstor fuit sub hoc Episcopo, nam in solum Martinum hæc ordinationis verba qvadrant: "af þeim góda herra M. E. sem kónglig nád hefer þar til skickad og látid vígia." Nam nec Magnus Enari 1135, nec Magnus Ejulfi, 1477. Regum gratia & autoritate constituti & ordinati dici potuerunt.

Pag. 357. Ipſe Olaus Epiſcopus in teſtimonio edito Kalmanstungæ 1558 dicit patrem ſuum per 18 annos in qvartam occidentalem piſcatum iviſſe, & 84 annos natum obiiſſe.

Pag. 359. In Islandiam redux, aut ſua ſponte & ſeculi moribus illaqveatus, aut Aræſonii minis & timore inductus, jurisjurandi, qvod Hafniæ Regi præſtiterat, oblitus eſt, mox enim ad prius ingenium rediit, Epiſcopumqve anno 1547 in diœceſin Skalholtenſem irrumpentem, non tantum ut vulgaris aſſecla ſtipabat, ſed manipuli cujusdam præfectus eſt primarius dux, Indridum Ketilli filium ſuis ſpoliavit facultatibus, & varia affecit injuria. conf. Tom. 2. pag. 736. De ejus apoſtaſia graviter conqveritur *PALLADIUS* in Epiſtola ad Ormum Sturlæum & Petrum Enari data 1546; Sed noſter tandem ad meliorem mentem rediit.

Pag. 360. §. 4. Hic locum ſibi vindicat apocha, data cum noſter cimelia templi Holani Legatis Regiis, & hi iterum ærario Regio tradiderant. Illa ex Regio Tabulario Cancellariæ Danicæ exſcripta hujus eſt tenoris:

"Chriſtian p. Giöre alle witterligt, at oſſ elſkel. *Axell Jull* till "Willeſtrup landsdommer vdi wort land Nörre Jytland, oc *Chriſtoffer* "*Trundſſen*, wore mend oc tienere, oc *Her Oluff Hieltesſen*, Superinten-"dent vdi Hole Stigt paa wort land Islandt, haffue nu giordt oſſ rede oc "regenſkaff for hves Guld Sölff Daler Krogeſtaffue aff Roſmertand beſla-"gen mett Sölff, oc Kalkonſke Nödder beſlagen met Sölff oc Kober, ſom "the paa wore wegne hagde vppeboret aff *Huole Domkircke* norden paa "Islandt, oc vdi III Munke-Clöſtere, ſom ere, Munketueraas Cloſter, "Mödreualdt Cloſter, oc Tingör Cloſter. Sammeledes for hves the hag-"de vppeboret efter Biſcop *Joens* Sönner ther ſammeſteds, oc belöb ſeg "offueralt the vdi ſaa maade vpboret hagde epter theris Regiſters oc Re-"genſkaffs Lydelſe, en Henricus Nobell, VII Goltgylden, VI deſſuen-"ter Gylden, en Guldkalck met Dyſk, et Maſtrandtie met VIII Glartaf-"fler, ny forgylte Kalk oc Dyſk. LXXXXIII Daler VI Skilling Lubſk, "3790 lod Sölff, 3 Krogſtaffue aff Roſmertandt beſlagene met Sölff, 3 "kalkonſke Nödder beſlagen met Sölff, en beſlagen met Kobber. The-"ris vdgift theraff förſt ſom the haffue antuordet oſſ ſelff til hande, en "Guldkalck met Dyſk, et Maſtrantie met otte Glartaffler, weyede LXVI "Loedt, ny forgylte Kalck oc Dyſk, 3 Krogeſtaffue aff Roſmertand be-"ſlagene met Sölff, 3 Kalkonſke Nödder beſlagene met Sölff, en beſla-"gen met Kobber. Thesligeſte antuordede the oſſ elſkel. *Eſkeld Oxe* wor

"Rente-

"Rentemester en Henricus Nobell, 7 Goltgylden, 6 Deffuenter Gylden,
"93 Daler, 6 Skill. Lubsk, 3676 loedt Sölff. Sameledis haffue wi oc om-
"draget met thennom otte oc XL loedt Sölff, som restedt i theris leffue-
"reringh efter Kolneske Wegt, thi the hagde thet indtaget met Dalere oc
"Norske Wegt. Sameledis haffue wii oc naadeligen vnt oc skenkt for-
"skreffne *Axell Jull* oc *Christoffer Trundsen* 1 Sölff Kande, 1 Skolle aff Sölff
"oc 2 Sölff Stobbe, som icke vdi forskreffne hoffuitsum beregnet er. Oc
"thermet er theris Regenskaff paa forskreffne theris Indtegt uppeböring
"ther emod clart oc fuldgiort, oc bleffue the ther aff intet ydermere skyl-
"lig efter theris Registers oc Regenskaffs Lydelse. Item haffue the oc nu
"antuordet off 37½ löde Mark forgylte Kobber, som the oc vdi forskreff-
"ne Domkirke oc Klöster uppebaaret hagde; Thi lade wii forskreffne
"*Axell Jull*, *Christoffer Trundsen* oc *Her Oluff Hieltesen* oc theris Arffuinge
"efter samme theris Registers oc Regnskaffs Lydelse quitt, frii, ledig oc
"löess aff off wore Arffuinge oc Efftterkommere Koninger vdi Danmark
"for forskreffne Guld Sölff Daler Krogestaffue oc Kalkonske Nödder, som
"forskreffuit staar vdi alle Maade. Datum Haffniæ Löffuerdagen post
"sancti Galli Dagh. p. 1551."

Pag. 362. not. a. lin. 2. *lege* transfusa sunt.

Pag. 365. ad finem §. 10. *adde:* Ille etiam anno 1562 constitutionem Olai Rögnvalldi filii de die supplicationum, ultimo hiemis mense ineunte, celebrando, repurgavit & renovavit. vid. supra pag. 232 sqq.

Pag. 365. not. b. *lege: Mannskadahóll* 60 C. sive sexaginta hundredæ (qvæ villa 30 tantum hundredis hodie æstimatur).

Pag. 371. §. 5. lin. 5. *adde:* cognovit.

Pag. 381. not. *lege:* 79) *Adami Francisci*.

Pag. 396. ad §. 24. *addatur:* Qvam arroganter Jonas Nomophylax Gudbrandum Episcopum tractaverit, eiqve molestias creandi avidus fuerit, ex literis Gudbrandi colligi potest, qvibus ad Jonæ Epistolam (a) ob-

 jurgatoriam

(a) Scriptæ videntur hæ epistolæ (vid. Tom. 3. pag. 432) orta qvidem eorum inimicitia, sed anteqvam odia aperte eruperunt, ut ex Episcopi humanitate colligi potest. Jonas itaqve, si plura his similia intercesserunt, majorem odiorum causam, qvam Præsul, subministrasse videtur. Mentio Præbendarum Bardensis, ut adhuc in Nomophylacis potestate sitæ, & Melstadensis ut vacuæ, svadent hæc facta esse circa annos 1589 aut 90, qvo tempore Nomophylax absentis Præfecti vicariatum gerere potuit. Sed utcunqve hoc sit, nimis petulanter scripsisse videtur.

jurgatoriam respondet, in qva Præsuli objecisse videtur multiplicem officii neglectum & injustam administrationem in præbendarum collatione, scholæ sustentatione, eleemosynæ Regiæ inter pauperes Sacerdotes distributione, & templorum cura se exserentem. Qvæ Præsul aut luculenter diluit, aut ad ea tam modeste respondet, ut qvi viri, acre, ac injuriarum ut & petulantium expostulationum impatiens ingenium noscunt, tantam patientiam & humanitatem satis mirari neqveant, præsertim cum hæc nihil ad Nomophylacem ejusqve officium pertinerent, ut ex pura puta polypragmosyne & irritandi pruritu orta videantur, nec qvo excusari qveant. facile invenitur, nisi Jonas tum temporis Præfecti Vicarium egerit, nam & ad ejus & Episcopi officia horum pleraqve conjunctim pertinent.

Pag. 407. lin. 2. *lege* mortuus. & ibid. §. 33. lin. penult. *lege:* cupiditati.

Pag. 409. §. 35. *adde:* Nostram de aliqva hoc anno in Gudbrandum renovata actione aut qverimonia, conjecturam confirmare videntur Illustr: *SLANGE & SCHLEGEL* in *Vita Christiani Qvarti* ad annum 1605, dicentes eum *ob polypragmosynen & imperiositatem, qvam Catholicorum Episcoporum more in rebus politicis usurparet, accusatum, a Rege graviter monitum fuisse, ut sub pæna depositionis ab officio a talibus abstineret;* Qvod monitum si unqvam in Islandiam venit, cum Jona Nomophylace sepultum, seu a Præfecto in gratiam Præsulis, aut a Præsule, connivente Præfecto, suppressum fuisse videtur, cum de eo apud hujus temporis scriptores, ut & in actis publicis, altum sit silentium.

Pag. 414 post §. 39. *adde:* Causa qvæ Episcopum ad hujus libelli editionem adegit, non fuit odium, & jam mortuum Nomophylacem, ut & alios suos adversarios, denigrandi ac ulciscendi pruritus, ut illi volebant, sed, si ipsi credendum, sacrosanctus avi sui amor, & ipsius existimationem tuendi ac ab aspersa perjurii infamia purgandi piissimus zelus, cujus novam anno 1608 occasionem nactum se esse scribit, cum in suas manus incideret Stephani Episcopi autographum cum affixo ejus notissimo sigillo, datum Videyæ anno 1516, cum hic Præsul Jonam absolveret a criminibus qvæ in diœcesi Skalholtina perpetraverat (a), diversum plane ab ea absolutionis forma & jure jurando qvod vulgi manibus tereretur (b); cujus mutationis

(a) Qvod infra in vita Sigmundini exhibebimus.
(b) Vide Tom. 2. pag. 518.

tationis Thorleifidæ posteros insimulat, ut hoc modo controversa hæreditas a Godvinidis ad Thorleifidas transferretur, sed Sigmundino perjurii nota inureretur, qvi sciens & volens injustas pronunciaverat sententias, & alios, ut idem facerent, induxerat (a). *Apologeticus* hicce *libellus* bimembris est: prior pars de hac mutatione & juramenti depravatione agit, Jonamqve ab omni perjurii & falsitatis crimine absolvit, qvi conatus taxari aut vitio verti non potuit. Sed cum hic etiam data opera & sine omni necessitate in Jonam Nomophylacem invehatur, criminandi pruritum ostendere videtur, cum ille ab hoc crimine omnino liber fuerit. Posterior autem libelli pars nihil novi adfert, maxima enim ex parte est priorum Apologiarum compendium & tædiosa ejusdem crambes recoctio, pari, ac illæ, in adversarios repleta acerbitate & scommatibus, qvæ licet non multum a veritate forte abludant, inepta tamen, indigna, ac odiosa, esse videntur.

Pag. 417. post §. 42. *addantur seqventes* §§.

§. 42. B.

Judices causæ Gudbrandianæ fuerunt viri inter populares sapientia spectati, autoritate & divitiis magna ex parte primas tenentes, sed in Præsulem ita affecti, ut causæ eum succubuisse non sit mirum, nam;

1) Magna eorum pars, aut illorum filii, cognati aut affines fuerunt, vel fratres, qvorum sententia anno 1592 hac causa ceciderat.

2) Primi & spectatissimi horum fuerunt demortuo Nomophylaci proxima cognatione juncti, qvatuor scilicet fratres, filii, & alii affines, qvorum caput & primipilus fuit *Jonas Magni*, qvem ipse Præsul in epistola ad Rosenkrantzium data 1522 non obscure partium studii arguit.

3) Hos omnes scriptorum, qvæ jam censenda erant, acerbitate offenderat, & saltim obliqve per adversariorum latus perstrinxerat.

4) Omni-

(a) Secundum prius Apographum Jonas juravit *se judicia, sententias & conclusa, contra legum tenorem, sanctæ Ecclesiæ jura, ejusqve Ministrorum privilegia fecisse & statuisse,* præterea *qvod injustas sententias dixerit, & dicendas curaverit in controversia Biorni Thorlevii, & Biorni Godvinii intercedente de hæreditate qvam Biörnus Thorlevi reliqvit, qvas se revocaturum promittit.* Sed in posteriore juramento, cujus authentiam defendit Episcopus, jurat & promittit *se revocaturum si qvid contra Ecclesiæ & Cleri jura statuisset, & qvod posthac velit eorum jura ac commoda tueri & promovere.*

4) Omnibus notum fuit ipſum Regem ob hæc ſcripta animo ab eo eſſe alieniſſimo, ut de gravioris in eum dictæ ſententiæ confirmatione, modo legibus penitus aut aperte non adverſaretur, certi eſſent. Hinc ſtatim in ejus ruunt condemnationem, qvaſi ea illis unice injuncta & agenda eſſet, haudqvaqvam obſervantes, qvod hæc mandati verba: *Da bede wii dig og wille at du dets leilighed med ſliid forfarer*, commodiſſime ita interpretari & poſſe & debere, ut cauſæ origo ab ovo (ut dici ſolet) cum omnibus circumſtantiis & partium velitationibus facta inqviſitione tam clare referretur, ut qvaſi in tabula depicta, Regi ſiſteretur, ut ipſe de ea ex actis & probatis ſententiam ferre poſſet, cujus occaſionem (a) ſi mens non læva fuiſſet, ſeqventia *og hannem derſom hans bröſt derudi findis med low og ret derfor tiltale lader*, collata cum *Ordinat. Eccleſ.* verbis de Epiſcoporum delictis agentibus fol. 84, optatiſſimam illis obtulerunt.

§. 42. C.

Sed cum Epiſcopi adverſarios penitus abſolvere, ipſum vero condemnare, ſibi propoſuiſſent, tam juſta & lenis procedendi methodus placere non potuit, unde ſtatim omnes ejus catachreſes, duras invectiones & injurioſa verba ita adferunt, acſi ea ut aggreſſor & nulla adactus cauſa in viros innocentes evomuerit, nullamqve ejus excuſationem aut limitationem

(a) Qvam facile fuerit hiſce judicibus aut cauſam extenuare, qvod mox indicabo, aut etiam judicandi periculum declinare, oſtendit ipſum Commiſſorium (ut dici ſolet) maxime autem *Ordinat. Eccleſ.* l. c. dicens: *Findis hand i nogen aabenbar Laſt eller Kiætterie, da ſkal mand klage hannem for Kongen, ſaa ſkal hand ſtædes til ords udi 2 eller 3 andre Superintendenters nærværelſe, og derſom hand ikke retter ſig, ſkal hand ſættes fra ſit Embede.* Sed ejus perniciem ſitiiſſe videntur:

1) Qvod Jonæ Nomophylacis factum fidelitati in Regem tribuunt.

2) Qvod expreſſe dicunt eum, qvæ ſcripſerat, non poſſe legitimis teſtibus ſecundum patrias leges probare (*med löglegum vottum efter landſens lögum*) qvaſi alia documenta qvam duo oculati aut auriti teſtes non poſſent eſſe æqve valida teſtimonia ac teſtes ipſi, ideo qvod leges Iſlandicæ, concinnatæ rudi ſeculo, cum ſcriptionis uſus perrarus eſſet, poſcit duos teſtes, non vero alia documenta.

3) Non perpendunt temporis anguſtiam, qvod tam longe diſſitus paucis diebus a citatione accepta, teſtes, etſi eos haberet, producere non poſſet.

4) Ipſum ut aggreſſorem depingunt, nam ne verbum de adverſariorum irritationibus faciunt.

5) Tandem duriſſimam edicunt ſententiam, cujus vim & periculum inde fluens ipſis nota fuiſſe, ipſa interceſſio credere ſvadet.

tionem admittunt, probationem enim a Nomophylacis in Daniam itinere ad diffamandum Episcopum suscepto, ductam, ita invertunt, ac si illis videatur eum hoc iter ex fidelitate in Regem fecisse, sed Episcopi assertionem calumniam esse, eum itaqve tanti reum esse, qvanti ille fuisset, si causa cecidisset, ɔ: ex eorum mente mendax diffamator, infamis & scelestus, talis enim Jonas, si succubuisset, æstimari debuisset; Qvod autem addunt, hæc tantum de pœna, id est (ut videtur) mulcta pecuniaria intelligenda esse, idem est acsi dixissent: Solvat multam ut scelestus & infamis (ɔ: *böde sine tre Mark*).

§. 42. D.

Talem cum de levissimo, qvod Præsuli objiciebatur, crimine, dixissent sententiam, reliqva omnia Episcopo admodum periculosa, qvæ libellus continet, & legitimis testibus secundum leges Islandicas probari non posse dictitarunt, ad Regem remittunt, ut is pro sua gratia, aut ira, in eum vindicet prout libuerit, qvasi ejus delicta tanta essent, ut qvantamvis pœnam promeritus sit; Cumqve prius sententiæ membrum expresse ad jus talionis in casu infamiæ retulerint, posterius aliqvid gravius, carcerem scilicet aut proscriptionem, indigitare videtur, sed ne crudeles esse & Præsulis perniciem sitire videantur, hæc omnia commiserationis larva palliant, supliciter orando, ut Rex magnis viri meritis aliqvid dare velit, & tam provectæ ætatis seni de commerita pœna aliqvid remittere, haud secus ac clerus catholicus qvondam fecerat, cum aliqvem ob hæresin aut gravia crimina ad rogum vel tale qvid condemnaverat, monere solebat, ut misericorditer cum miseris ageretur.

§. 42. E.

Tolerandum, imo laudandum fuisset, si Nomophylacem, suum qvondam amicum, cognatum & affinem, sed jam defunctum, a malignæ criminationis culpa, ut & alios Præsulis adversarios ab infamiæ nota, sed sine injuria in eum, absolvere voluissent, qvod facile fieri potuit (a), si sincere

(a) Capita criminationum, qvarum accusabatur Episcopus, dilutu haud fuerunt difficilia, si æqvos nactus fuisset judices; Qvod enim Jonas Nomophylax ejus adversariis patrocinatus, ipsi autem adversatus fuerit, testantur qvotqvot illius temporis historiam referunt,

fincere veritatem confeffi fuiffent, dicendo verum qvidem effe qvod Jonas Epifcopi adverfariis patrocinatus fuerit, ut & qvod infames illos codicillos, qvi Epifcopo & ejus familiæ fuiffent dedecori, ad Regem & Regni Senatum detulerit, id autem non prorfus fua fponte, fed ex judicato feciffe, cum Satrapa ipfe & 24 Delegati judices anno 1592 eam pro publico tribunali pronunciaverint fententiam, ut univerfa de illis controverfia ad Regem referretur, Jonam autem id omnium nomine fuiffe. Siqvid ergo criminationis id factum continuiffet, non illi foli ut maligno criminatori, fed univerfo judicum confeffui tribuendum effe, caufamqve poft tot annos, ipfo jam mortuo, inepte refricatam, ejus manes & famam lædere nullo modo debere. Simili fere modo in caufa falfi fratribus Marco & Jonæ Olaidis imputata procedere potuiffent. Marco enim, qvi falfos illos codicillos protulit, dudum mortuo, id factum, poft multos annos, nocere nec poffe nec debere; cum Jona, adhuc fuperftite, Epifcopum anno 1593, ut & cum Jona Nomophylace in gratiam rediiffe, in eo itaqve peccaffe, qvod dudum mortuam & fepultam caufam refufcitaverit, & ignominiofis verbis exaggeraverit, qvi procedendi modus ad criminationis titulum pertineat qvidem, & jure talionis rependendus fit, fed cum idem titulus *Mannh.* cap. 26. expreffe dicat: *Eingenn á fauk á faunnum rógi.* ɔ: Nemo ob veram criminationem plecti poteft, & pleraqve crimina ab Epifcopi adverfariis imputata, aut ex aliqva fui parte vera fint, aut verifimilitudinis qvandam fpeciem habere videantur, licet jam poft longum tempus legitime probari non poffint, Præfulem allegatæ claufulæ beneficio

runt, qvod etiam ex ejus actis & fententiis difcere licet. Qvod eum apud Regem & Senatum Regni diffamaverit, teftantur Refcripta Regia data 1593. Qvod ei tandem qvovis modo, etiam in rebus ad eum nihil pertinentibus, moleftus fuerit, verifimile facit refponfum Epifcopi Tom. 3. pag. 432. Qvod Marcus & Jonas Olaidæ controverfa prædia Hol & Beffaftade emerint, negari non poteft. Qvod falfa protulerint documenta, ut ea retinerent, qvibus Epifcopo ac ejus familiæ nocerent, omnibus notum fuerit. Qvod Jonam Sigmundi mortuum bona fama horrendis mendaciis privare voluerant, qvæ ei, fi in vivis fuiffet, vita ftetiffent, nemo ignorabat. Cumqve talibus recens fcriptis documentis in fui commodum & aliorum perniciem uterentur, nihil æqvius & juftius fuit, qvam ut, aut horum autores proderent, aut ipfi ut eorum autores & falfarii punirentur, minime enim Jonam Olai a crimine falfi liberavit jusjurandum, qvod ipfe id non fcripfiffet, cum per alios id facere potuerit. Capita itaqve & fundamenta rerum ac caufarum vera fuerunt, fed intemperans Epifcopi calamus, qvi adverfariorum crimen plus nimio exaggeravit & odiofe denigravit, excufari non poteft.

neficio extra falsæ criminationis periculum constitutum esse videri, in eo autem ejus delictum consistere, qvod pactum cum adversariis anno 1593 initum sine necessitate fregerit, non qvidem eos in jus trahendo, sed emittendo libellos, qvibus anteacta & obliterata nimis dure & invidiose refricet, ut adversariis tam vivis qvam mortuis ignominiæ notam inuret. Qvo qvantum peccaverit, & qvantam pœnam promeruerit, ab ipso Rege ex *Ordinationis Eccles.* fol. 84. præcepto dijudicandum esse. Hoc modo si processissent judices, Regis mandato satisfecissent, se ab invidiæ & injustitiæ nota, Præsulem a falsa criminationis suspicione, & ejus adversarios ab ignominia, liberassent.

Pag. 418. §. 44. lin. 2. *expunge:* unde.

Pag. 419. ad not. *adde:* Ingens ille dens seu Monocerotis cornu qvod Gudbrandus Regi hac vice transmisit, inter cimelia Regia adhuc in Musæo Regio adservatur, cujus mentionem facit Celeberr. *SCHLEGEL* in Vita Christiani Qvarti Not. 281. Num vero aliqvid mulctæ eo nomine remissum fuerit, non liqvet.

Pag. 422. ad not. (a) *addatur:*

Pag. 427. lin. ult. *lege:* in patriam.

Pag. 477. lin. 19. *lege:* removeret.

Pag. 491. lin. 7. Christianus Qvintus, *lege:* Fridericus Tertius. *&* lin. 12 *lege:* verum.

Pag. 510. lin. 10. villa *Veigastader in Svalbardströnd* in Pastoris Thaunglabackensis usus data est.

Pag. 519. §. 33. Primus qvi ob magiam vivicomburio in Islandia puni-

 tus

(a) Ut Datum hujus supplicis libelli Islandorum vitiatum esse facile concedi potest, atqve revera ad seqventes annos 1578 vel 79 forte pertinere, (licet ultima verba, qvibus sibi Bucholtium Præfectum expetunt, optime qvadrare videantur in annum 1576, qvo ille abitum ex Islandia paravit), similiter qverimoniam de inutilibus propolarum mercibus, qvam supplicantes proferunt, Gudbrandum Episcopum non tangere; Ita certum esse videtur, hæc mercatorum exempla hic allegari, ut Gudbrandianæ petitioni obstaculo sint, eamqve retundant, ut sensus sit, periculosum esse ei hoc privilegium concedere, ipsius enim mercaturam facile, imo certo certius, ad eandem ignaviam & negligentiam degeneraturam fore, ac peregrinorum monopolium, qvod, ut revera fuit, incolis valde perniciosum esse afferunt, qva ratione, ne exaudiatur, præstruere volunt, & ut ei in posterum ægre faciant, abolitionem Rescripti de prædiis ecclesiasticis eorum jurisdictioni non subjiciendis, recurrunt.

tus eſt, erat Jonas Rögnvaldi filius, frater Thorvalldi de Saudaneſo, poëtæ haud obſcuri, qvi & magiæ ſuſpectus habebatur.

Pag. 519 lin. antepenult. *lege:* acceperint.

Pag. 538. §. 15. *lege:* abnepos.

Pag 545. lin 16. *lege:* Vidalini. Ubi ſenſus non eſt qvod a Vidalino fuerit rude donatus ſcholaſtica, ſed qvod in ejus domo unum ſemeſtre literis operam impenderit, a tempore qvo rude donatus fuit ſcholaſtica.

Pag. 547. §. 25. lin 2. *lege:* de qvo ſupra §. 19. egimus.

Pag. 548 Clariſſ. & Eruditiſſ. Mag. *Halfdanus Einaris* nos monuit Thorſteinum Illugonis per multos annos Paſtorem Vallenſem & Præpoſitum Nomarchiæ Vadlenſis fuiſſe, inter doctores jubilæos recenſendum.

Pag. 556. §. 5. ad finem *adde:* Hujus frater, junior ejusdem nominis, Paſtor Grunnavikenſis ab anno 1678 fuit, cujus exſtat enodatio carminis lepidi, ſed archaiſmis referti, dicti *Alldarhàttr*, qvod inſignem Poëtam Hallgrimum Petræum autorem agnoſcit. Obiit Halldorus Jonæ ſenior anno 1704, junior autem anno 1726.

Pag 556. §. 6. lin. 1. *lege:* ex patruo pronepos. *&* lin. ult. *lege* 1637.

Pag. 557. lin 2. *lege* 1674.

Pag. 557. lin. antepenult. Jonas Eyulfi cæpit ubi Sigurdus Gislaj deſivit, qvi hanc Paraphraſin poſt Hallgrimum Petræum primus continuavit.

Pag. 578. §. 31. lin. penult. *lege:* moles ei vitam eripuit, qvam cum morte.

Pag. 584. lin 25. Cuiqve *lege* Cui qvem.

Pag. 585. § 4.. *Bardus* de *Vatnsdal* Skalholtenſibus majore jure adnumerari debet, qvam Holanis; denominatio enim non a tractu *Vatnsdal* in Toparchia Hunavatnenſi, ſed a prædio *Vatnsdal* in Toparchia Rangarvallenſi ducta eſt.

Pag 592. §. 49. lin. 5. proficiendum, *lege*: perficiendum.

Pag. 602. §. 1. Decembr. *lege:* Septembr.

Pag. 606. lin. 16. *lege:* excuſarent.

Pag. 612. lin. 1. *lege*: in leges referri curavit.

Pag 619 §. 21. Hanc a multis retro annis de genuino hujus Reſcripti ſenſu a nobis amplexatam ſententiam veram eſſe, omnes qvi id ſine præjudicio legunt, & perpendunt, confeſſuros fore ſperamus, præſertim ſi obſervaverint de nullo alio maris rejectamentorum genere tum temporis diſputatum fuiſſe, qvam de navibus, tam integris, qvam laceratis, qvæ ab hominibus deſertæ, nulliusqve juri ſubjectæ, in littora ejiciuntur, qvas

ut

ut res a priſtinis poſſeſſoribus derelictas, & jam nullius aut incerti domini factas, Rex ſibi adjudicat; de qvovis autem ligno, furca aut ſtipite, ut cum pauperculis egenæ ac ſylvis deſtitutæ regionis incolis litigaret, ne Regi unqvam in mentem veniſſe putamus. Prætorum autem & admodiatorum avaritiæ, ex qvavis re lucello inhiantis, perverſa illa debetur explicatio, qvæ cum tempore obtinuit. Qvæ, ne gratis aſſerere videamur, duos adducemus teſtes, omni exceptione majores, & ab omni præjudicio ac partium ſtudio liberos, qvi Islandorum ſuper hac re contentionum prorſus ignari ex Documentis in tabulariis ſeu Archivis Regiis, repertis, & adhuc obviis, hiſtoriam referunt. Sunt hi duo viri illuſtres, hiſtoriæ ac juris conſultiſſimi, Chriſtiani Qvarti vitæ ac geſtorum Scriptores luculentiſſimi, *NICOLAUS SLANGE*, tribus qvondam Regibus, avo, filio & nepoti ſucceſſive a Conſiliis Conferentiæ Status & Juſtitiæ, &c. ut & *JOH. HENRICUS SCHLEGEL*, Conſiliar. Juſtitiæ, Hiſtoriographus & Philoſophiæ in Acad. Havnienſi Profeſſ. P. &c. Hi, inqvam, viri nobis ex aſſe conſentiunt, ut & ex *Hiſtoria Chriſtiani Qvarti* per eosdem concinnata, ſed per poſteriorem emendata ac edita, ſatis patet. Ita enim ad annum 1595 hac de re ſuam exprimunt ſententiam: "In Island ward eine Verordnung „wegen der geſtrandeten Schiffe gemacht, das der Bergungslohn jedes„mahl, nach der maſe der ausgeſtandenen Arbeit und Gefahr von dem „Syſſelmand jedesmahl geſezt werden ſolte, und das Güther, von denen „man keinen Herrn wuſte, Jahr und Tag verwahrt werden ſolten, um dem „Eigenthümer, ſo bald er ſich gehörig meldete, abgeliefert zu werden, „nach der zeit ſolten ſie an den König verfallen ſein." Hic habemus Celeberrimorum virorum hujus Reſcripti explicationem, qvi ejus ſenſum ad peſſundata navigia & merces in illis contentas unice reſtringunt; Nec huic ſententiæ parum præſidii & roboris accedit, ex communi legum hac de re conſenſu, qvæ voculam *Vrag* de navigio, nunc lacerato, nunc integro, ſed nullos vehente homines, ab undis in terram ejecto conſtanter uſurpatur. ex. gr. *Chriſtiani IV LL. Norvegicæ* Tit *Landsl. Balk* cap. 21. "Men derſom nogen Vrag kommer driffvendis til Land, ſom ingen Mand „hos er, da ſkal den der det finder bierge det, og giſve Kongens Ombuds„mand eller hans Foget det tilkiende." & Tit. *Kiöbe-Balk.* cap. 26. ubi poſt variorum naufragii caſuum enumerationem additur: "Alt det Vrag „ſom i alminding inddriſver, det ejer Konningen." Similiter etiam *Chriſtiani 4ti Receſſ* ubi LL. Norvegicæ emendantur, explicantur, aut novis additamentis locupletantur. Lib. 2. Cap. 1. Art. 3. "Alle Kongl. Lens-

 „mænd

"mænd ved Söefiden skulle (Kongen til beste) for et billigt verd, sig til-
"forhandle, hvis Vrag udi deres Lehne kunde hende at strande, oc haff-
"ue flittig indseende at det Folk som med noget Vrag bliffuer bierget, oc
"selff acte deris Goeds at beholde, det for en billig Biergelön kunde ny-
"de, oc icke udi nogen maader nödis til noget aff deris Goeds imod de-
"ris vilge at affhende." Præter qvæ observari meretur *Codicis Christianei* Norvegis dati anno 1687 Lib. 4. Cap. 4. in qvo vocula *Vrag* sæpius occurrit, sed nunqvam aliam, qvam diximus, tolerans explicationem. ex. gr. "Goeds eller Vrag som kunde være tilbage." Ubi *Goeds* sine dubio significat vecturam, sed *Vrag* navim. Perinde ac in novissimæ Ordinationis Negotiatoriæ (vulgo *Octroj*) de 15 Aug. 1763 Art. 16. ubi voculam *Vrag*, nullum alium obtinere sensum res ipsa loqvitur. Et ne per singula eundo nauseam Lectori creemus, verbo dicamus qvæ sentimus, voculam scil. *Vrag* in Legibus Norvegicis & Islandicis nunqvam aliud notare qvam naves, earumqve fragmenta & instrumenta, excepto tantum Friderici III. Rescripto de 3 Maji 1650, ubi ea depravatam illam ab Islandorum Prætoribus, de qva supra diximus, notionem sustinere videtur. Regius enim Secretarius, qvi istud Rescriptum formavit, illa in eodem sensu usus est, qvem Bielkius more Islandorum in propositione petiti usurpaverat, qvorum pleriqve vocem *Vrag* omnia maris lignea ejectamenta significare putabant, sed perperam, ut ex adductis pericopis patet.

Pag. 625. lin. 6. licet sententia Ormi in legibus fundata approbaretur.

Pag. 647. lin. antepenult. *insere:* curam.

Pag. 651 & 667 not. *deleatur:* Mag.

Pag. 666. §. 3. lin. 3. *lege:* Brynjolfus præsenti tradidit.

Pag. 668. §. 7. *pro* 1693 *lege:* 1691.

Pag. 677. Not. No. 15. *pro* in 12mo *lege* in 8. & ibid. No. 28 *pro* in 6. *lege* in 16.

Pag. 678. not. lin. 2. *lege:* Dominici.

Pag. 679. lin. 1. *lege:* literarum cura reparatione & id genus.

Pag. 698. lin. 22. *lege:* multo minus ut vivo aliqvid detraheret, impetrari potuit.

Pag. 713. not. a. *adde*: nisi sit illa ad Communicantes parænesis, qvæ doctrinæ ejus catecheticæ annexa est.

Pag. 714. lin. 12. *lege*: hic tamen nihil de solita. Ibid. lin. 16 *lege* contulerat.

Pag. 723. lin. 19. *lege*: potuisset.

Pag.

Pag. 736. lin. 2. *pro* 110 *lege* 100.
Pag. 750. lin. 17. *lege*: Sigfuso Bergmann.

# TOM. IV.

Pag. 32. §. 7. *pro* 1251 *lege* 1246.

Pag. 35. §. 18. *adde*: Anno 1430 una cum pluribus testimonium edidit, præbendam Greniadarstad semper ab Episcopo Holensi collatam fuisse, usqve qvo Jonas Pauli nuper collationem ab Archiepiscopo adtulerit.

Pag. 39. lin 28. *adde*: Exstant adhuc literæ originales, scriptæ festo Scolasticæ Virginis anno 1550, qvibus Helgo Abbatiam & cœnobium resignavit, senium, valetudinem adversam & qvædam impedimenta caussam prætexens. Cui tunc suffectus est Biörno Jonæ Episcopi filius, qvi in ordine sacerdotali cœnobium regeret, usqve dum Regulam castitatis suscipere sustineret.

Pag. 45. §. 13. *adde*: Anno adhuc 1345, feria qvinta ante festum Georgii Martyris, Abbas Stephanus Höfkulldi filius Ormo Episcopo dimidium Miklagardi in Eyafiördo vendidit. Vid. supra Tom. 2. pag. 197.

Pag. 69. §. 11. *adde*: Ille adhuc vixit anno 1351, tunc enim Flosius Jonæ fil. Præpositus sententiam dixit de salmonum captura in Straumfiardaraa inter illum & Arium Grimi filium, incolam villæ Fáskrúdarbacke.

Pag. 69. §. 13. *adde*: Ille etiam monasterio acqvisivit villas Hedara Lón & Botn.

Pag. 70. §. 16. *Observetur*: Anno 1417 abbatia vacasse videtur, tunc enim nomen Abbatis omittitur in literis, qvibus Leyffus (forte *Leptus*) Guttormi filius monasterio Arneyam vendidit.

Pag. 72. No. 24. *lege*: Hafey, tanqvam accessorium villæ Husavík. Acqvisivit etiam villam Borgarhollt in Biskupstúngum.

Pag. 78. §. 1. Certe anno 1224 obierunt duæ moniales, Halthora & Thurida, filiæ viri celeberrimi Giffuri Halli filii, qvæ ambæ in matrimonio vixerant. Vid. *Annal. Reg.* apud *LANGEBEK Script. Rer. Dan.* Tom. 3. pag. 85.

Pag. 100. §. 3. *Observetur*: Anno 1378 in octava Assumtionis, sacerdos Audinus cœnobii Administrator vice monasterii a Sacerdote Arngeire emit villas Torfuvikam & Gunnarsstadas. Idem Arngeir vendidit Priori

Erlendo

Erlendo & Dispensatori Audino cum Fratrum consensu, præsumtaqve & speranda Jonæ Episcopi approbatione, villam Aland. Mödruvallis festo S. Hilarii (á geisladagenn) 1379 Præterea Sacerdos Arnor ex consensu Prioris Snorri & aliorum Fratrum vendidit villam Aland Sacerdoti Arngeiro, sub speranda Episcopi Jonæ approbatione. Datum Mödruvallis feria sexta in hebdomade sancta 1380. Unde patet Erlendum anno 1379 adhuc in vivis fuisse, & ei Snorrium qvendam successisse, utrumqve autem hunc Priorem in temporalibus non magna autoritate præditos fuisse.

Pag. 109. §. 7. *adde:* Anno 1429 Holis die S. Jacobi Jonas Episcopus Holensis literas prædecessorum suorum Episcoporum Jörundi, Audini & Jonæ, de hoc monasterio confirmavit. Anno 1431 moniales hujus monasterii inauguravit Sigridam Sæmundi, Thoram Finni, Steinunnam Biörgolfi, Thoram Illugii, Helgam Biarnii, Arndisam Einari, Agnetem Jonæ, & Thordisam Finni filiam, ut ex originali ejus epistolarum codice, ubi & earum juramenti formula est, patet (a).

Pag. 111. §. 8. Anno 1459 festo Lucæ Evangelistæ, Helgam Finni filiam ex consensu Sacerdotis Sigurdi Thorlaci filii, cœnobii Administratoris, sustentandam recepit.

---

(a) " Anno Domini millessimo qvadringentessimo tricessimo primo in dominica sexagesima " vigdæ verdoligr herra herra Jon med Gudz naadh biskup a Holum i sogdum stadh til " systra j klaustur sancte Marie ok sancti Benedicti ath stadh j ræinisnæsi. Inprimis " systor Sigridæ sæmundar dottur, systor Þoro finnsdottur, Stæinunnæ biorgholfs- " dottor, Þoru illugha dottor, Hælgu biarna dottor, Andisæ einars dottor, Agnæs " jons dottor ok Þordiso finns dottor mædr suo firerskildræ losuan til Gudz þionostu " sæm her seger."

" *Ego soror sighrida filia semundi promitto deo & beate marie & beato benedicto & " omnibus sanctis stabilitatem meam in ista sacra religione & conuersione morum meorum, " & qvod ero obediens omnibus diebus vite mee abbatisse siue priorisse secundum regulam " beati patris nostri benedicti uiuendo in obediencia sine proprio & in castitate & ad ser- " uiendum deo in monasterio beate marie in stadh ath ræinisnæsi & hoc idem protestor " manu propria in presencia domini mei johannis diuina gracia episcopi holensis.*"

" Ek syster NN. dotter lofuar gudæ hæilagræ marie hæilogum benedicto ok öll- " um helgom mönnum stadhliga j þesso hæilago ræinlifuæ ok samlifnadæ minna sida " ath æk skal wæra hlydæn alla mina lifdagha mins lifs minnæ abbadis ædr priorisse efter " reglu wors hæilaga faudrs sancti benedicti, lifua skulandæ medh hræinlifui ok lydnæ " ok æigha ænga pæningha vtan minna systra vitordh ok þiona gudæ j hæilagrar Ma- " rie klaustre ath stadh j Reynisnæsi ok þetta sama stadfestir ek ok vitnar medh minnæ " æigenne hendi nærveranda herra (Jonæ) medh Gudz nadh biskup a Holum."



RECEN-

# RECENSUS PAROCHORUM DIOECESIS SKALHOLTENSIS

## POST REFORMATIONEM.

Constitueram, cum in conscribenda *Historia Ecclesiastica Islandiæ* a tempore Reformationis ad nostram usqve ætatem sudarem, multaqve, tam piorum verbi Ministrorum egregia in Ecclesiam merita, qvam seqviorum minus decora occurrerent exempla; omnium aliqvando, si Deus vitam & valetudinem concederet, qvalemcunqve concinnare recensum, ut inde perspici posset, qvibus, & qvam diversis, instrumentis ac operariis Deo Opt. Maximo in vinea sua uti placuerit; sed cum negotiorum ad officium pertinentium multitudo hucusqve, ut institutum perseqveremur, impedimento fuerit, jamqve tam ingravescens valetudo, provectam ætatem comitari solita, qvam corporis pariter ac animi vigor & vires paulatim, ut poscit naturæ humanæ præscripta lex & conditio, imminuentur, ne voti damner timeo, parvum itaqve nihilo præstare putans, seqventem Catalogum (paulo uberiorem qvam qvi ad nos pervenit) & nuda tantum nomina Verbi Præconum, qvi in dioecesi Skalholtina aliqvando sacro officio Parochi præfuerunt, exhibentem sisto, sed de Holanis nihil certi, qvod alicujus sit momenti, adferre possumus. De hoc tamen Catalogo notandum venit:

1) Variis locis lacunæ occurrunt, qvas implere nobis non fuit possibile.

| 3 | Jonas Jonæ | — | — | 1580 | |
| 4 | Jonas Bödvari | — | — | 1615 | |
| 5 | Gudmundus Jonæ | — | — | 1632 | 1670 |
| 6 | Sigurdus Halthori | — | — | 1670 | 1696 |
| 7 | Jonas Biörni | — | — | 1696 | |
| 8 | Gudnius Jonæ | — | — | 1713 | |
| 9 | Torfius Biarnii | | | | |
| 10 | Isleifus Pauli | — | — | | 1744 |
| 11 | Gudmundus Islevi | — | — | 1744 | 1758 |
| 12 | Jonas Sigurdi | — | — | 1759 | |

## §. 6. Setberg.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Asmundi | | | | |
| 2 | Thorvardus | | | | |
| 3 | Thorsteinus Oddi | — | — | 1563 | |
| 4 | Jonas Halthori | — | — | 1564 | |
| 5 | Asmundus Nicolai | — | — | 1566 | |
| 6 | Theodorus Halthori | — | — | 1568 | |
| 7 | *Skaptus Lopti* | — | — | 1571 | 1621 |
| 8 | Loptus Skapti | — | — | 1621 | 1630 |
| 9 | Vigfusus Illugonis | — | — | 1630 | 1669 |
| 10 | Illugo Vigfusi | — | — | 1670 | 1693 |
| 11 | Arnas Amundi | — | — | 1690 | 1700 |
| 12 | *STEINUS JONÆ* | — | — | 1700 | |
| 13 | Jonas Biörni | — | — | 1712 | 1726 |
| 14 | Jonas Magni | — | — | 1726 | |
| 15 | Runolfus Runolfi | — | — | 1745 | 1747 |
| 16 | *Vigfus Erlandi* | — | — | 1748 | |

## §. 7. Helgafell.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Christianus Villadtzi | — | — | 1571 | |
| 2 | Olaus Enaris | — | — | 1592 | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 3 | *Jonas Thormodi* | — | — | 1619 | 1622 |
| 4 | Sigurdus Jonæ | — | — | 1623 | 1624 |
| 5 | *Thorlacus Biarnii* | — | — | 1625 | 1673 |
| 6 | Gislaus Enaris | — | — | 1661 | 1688 |
| 7 | Enar Gislai | — | — | 1688 | 1705 |
| 8 | Vigfus Gudbrandi | — | — | 1705 | 1707 |
| 9 | Gudmundus Jonæ | — | — | 1708 | 1716 |
| o | Theodorus Theodori | | | | |
| 11 | *Snorro Jonæ* | — | — | 1719 | 1755 |
| 12 | Gunnlogus Snorronis | — | — | 1753 | |

## §. 8. Breidabolstadur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Thorsteinus Oddi | — | — | 1564 | |
| 2 | Magnus Svarti. | — | — | 1602 | |
| 3 | Jonas Thormodi | — | — | 1607 | |
| 4 | Ormus Narsi | — | — | 1620 | |
| 5 | *Asmundus Ejolfi* | — | — | 1650 | 1702 |
| 6 | Jonas Jonæ | — | — | 1702 | 1732 |
| 7 | Asmundus Jonæ | — | — | 1732 | 1757 |
| 8 | Jonas Asmundi | — | — | 1759 | 1763 |
| 9 | Arnas Sigurdi | — | — | 1763 | |

## Præpositi Toparchiæ Snæfellsnesensis.

1 Enar Snorronis
2 Martinus Enaris
3 Skaptus Lopti
4 Jonas Thormodi
5 Gudmundus Enaris
6 Thorlacus Biarnii
7 Biörnus Snæbiörni
8 Sigurdus Sigurdi
9 Asmundus Ejolfi
10 Theodorus Jonæ
11 Snorro Jonæ
12 Halthorus Brynjolfi
13 Gislaus Magni
14 Vigfusus Erlandi.

# CAPUT IX.

## DE TOPARCHIA DALENSI.

### §. 1. Saudafell & Snoxdalur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Magnus Petri | | | | |
| 2 | Jonas Vigfusi | | | | |
| 3 | Magnus Biörni | | | | |
| 4 | Sigurdus Olai | — | — | 1636 | 1643 |
| 5 | Jonas Johannis | — | — | 1673 | |
| 6 | Jonas Ormi | — | — | | 1685 |
| 7 | Thorsteinus Thorarini | — | — | 1686 | 1695 |
| 8 | Vigfusus Erici | — | — | 1695 | 1707 |
| 9 | Gudmundus Erici | — | — | 1708 | |
| o | Olaus Erici | — | — | 1717 | |
| 11 | Gudmundus Erici, *secunda vice* | | — | 1719 | 1734 |
| 12 | Magnus Arnæ | — | — | 1734 | |
| 13 | Benedictus Johannis | — | — | 1759 | |

### §. 2. Kvennabrecka.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Jonæ | | | | |
| 2 | Olaus Olai | — | — | | 1583 |
| 3 | Olaus Brandi | — | — | 1583 | |
| 4 | Jonas Ormi | — | — | 1626 | 1657 |
| 5 | Magnus Jonæ | — | — | 1658 | |
| 6 | Thorleifus Jonæ | — | — | 1670 | 1705 |
| 7 | Gislaus Sigurdi | — | — | 1705 | 1734 |
| 8 | Johannes Biörni | — | — | 1734 | |

### §. 3. Hiardarhollt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | *Olaus Gudmundi*, circa | — | — | 1530 | |
| 2 | Jonas Thorleifi | — | — | 1533 | |
| 3 | Petrus Enaris | | | | |
| 4 | Theodorus Brandi | — | — | 1581 | |

5 *Brynjol-*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 5 | *Brynjolfus Biarnii* | — | — | | 1656 |
| 6 | Erlandus Enaris | — | — | | 1669 |
| 7 | *Ericus Vigfusi* | | | | |
| 8 | Jonas Magni | — | — | 1689 | |
| 9 | *Jonas Thorarini* | — | — | 1699 | 1730 |
| 10 | *Thorarinus Jonæ* | — | — | 1731 | 1752 |
| 11 | *Gunnarus Pauli* | — | — | 1754 | |

## §. 4. Hvammur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Petrus Arnæ | — | — | 1560 | |
| 2 | Gislaus Gudbrandi | — | — | 1582 | |
| 3 | Torfius Finni | — | — | 1621 | 1638 |
| 4 | Sigurdus Olai (*Hvammensi parœcia excepta*) | | | 1634 | |
| 5 | *Ketillus Jörundi* | — | — | 1638 | 1670 |
| 6 | *Paulus Ketilli* | — | — | 1668 | 1694 |
| 7 | *Magnus Magni* | — | — | 1692 | 1720 |
| 8 | *Theodorus Theodori* | — | — | 1721 | |
| 9 | Thorsteinus Theodori | — | — | 1740 | 1754 |
| 10 | Enarus Theodori | — | — | 1754 | |

## §. 5. Skardsþing.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Magnus Petræus | | | | |
| 2 | Halthorus Rafni | — | — | | 1616 |
| 3 | Thorsteinus Oddi | — | — | | 1645 |
| 4 | Arnas Enaris | — | — | 1646 | |
| 5 | Hallus Arnæ | | | | |
| 6 | Erlendus Enaris | | | | |
| 7 | Gudmundus Enaris | — | — | 1655 | 1683 |
| 8 | Egillus Helgii | — | — | 1683 | 1695 |
| 9 | Magnus Thorvardi | — | — | 1695 | |
| 10 | Lydus Magni | — | — | | 1746 |
| 11 | Jonas Olai | — | — | 1729 | |
| 12 | Jonas Biarnii | | | | |
| 13 | Olaus Enaris | — | — | 1766 | |

§. 6. Saurbærþíng.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Olaus Oddi | | | | |
| 2 | Halthorus Tirfingi | | | | |
| 3 | Theodorus Olai | | | | |
| 4 | Gunnlogus Biarnii, *Paſtor plus 50 annis* | | — | | 1657 |
| 5 | *Jonas Lopti* | — | — | 1657 | 1710 |
| 6 | Arnas Jonæ | — | — | 1708 | |
| 7 | Olaus Erici | — | — | 1724 | |
| 8 | Jonas Jonæ | | | | |
| 9 | Gislaus Jonæ | — | — | 1747 | |
| 10 | Olaus Gislai | — | — | 1756 | |
| 11 | Jonas Thorlaci | — | — | 1768 | |
| 12 | Arngrimus Jonæ | — | — | 1770 | |
| 13 | Olaus Gislai, *ſecunda vice* | | — | 1771 | |

Præpoſiti Toparchiæ Dalenſis.

1 Olaus Gudmundi
2 Brynjolfus Biarnii
3 Ketillus Jörundi
4 Ericus Vigfuſi
5 Paulus Ketilli
6 Jonas Lopti
7 Magnus Magni
8 Jonas Thorarini
9 Theodorus Theodori
10 Thorarinus Jonæ
11 Gunnarus Pauli.

## CAPUT X.

### DE TOPARCHIA BARDASTRANDENSI.

§. 1. Garpsdalur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | *Biarnius Halthoris* | — | — | 1583 |
| 2 | Theodorus Thomæ | — | — | 1629 |

3 Thordus

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 3 | Thordus Jonæ | — | — | | 1662 |
| 4 | Gudmundus Halthoris | — | — | 1666 | |
| 5 | Egillus Helgii | — | — | 1680 | |
| 6 | Isleifus Thorleifi | — | — | 1683 | |
| 7 | *Jonas Jonæ* | — | — | 1688 | |
| 8 | Gudmundus Isleifi | — | — | 1720 | |
| 9 | Isleifus Pauli | — | — | 1730 | |
| 10 | Halthorus Biarni | — | — | 1732 | |
| 11 | Magnus Enaris | | | | |
| 12 | Magnus Halthori | — | — | 1746 | |
| 13 | Johannes Thorulfi | — | — | | 1771 |
| 14 | Jonas Sveni | — | — | 1771 | |

## §. 2. Stadur á Reykianese.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Thomas Olai | | | | |
| 2 | Jonas *cognomine* Smásveinn | | | | |
| 3 | Olaus Magni | | | | |
| 4 | Thorleifus Biörni | — | — | 1526. | |
| 5 | Gudmundus Jonæ | — | — | 1577 | |
| 6 | Enar Gudmundi | | | | |
| 7 | Jonas Arii | — | — | 1635 | |
| 8 | Gislaus Enaris | — | — | 1636 | 1660 |
| 9 | Gunnlogus Snorronis | | | | |
| 10 | Enar Torfii | — | — | 1681 | 1698 |
| 11 | *Ericus Thorsteini* | — | — | 1698 | |
| 12 | Gudmundus Isleifi | — | — | 1627 | |
| 13 | Jonas Olai | | | | |
| 14 | Benedictus Pauli | — | — | 1771 | |

## §. 3. Gufudalur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | *Jonas Thorleifi* | — | — | 1564 | |
| 2 | Teitus Halldori | | | | |
| 3 | Halldor Teiti, *ante* | — | — | 1628 | |
| 4 | Teitus Halldori | — | — | 1670 | 1680 |
| 5 | David Steindori | — | — | 1687 | |

6 *Gudmun-*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 6 | *Gudmundus Vernhardi* | — | — | 1708 | |
| 7 | Johannes Thorolfi | — | — | 1734 | |
| 8 | Fridericus Gudmundi | — | — | 1753 | |
| 9 | Jonas Sigurdi | — | — | 1754 | |
| 10 | Arnas Olai | — | — | | 1774 |
| 11 | Sæmundus Halfdani | — | — | 1774 | |

## §. 4. Flatey.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Arnas Jonæ | — | — | 1617. | 1655 |
| 2 | Gudmundus Enaris | — | — | 1645 | |
| 3 | Nicolaus Gudmundi | — | — | 1655 | 1708 |
| 4 | Sigurdus Sigurdi | — | — | 1708 | 1753 |
| 5 | Marcus Snæbiörni | — | — | 1754 | |

## §. 5. Bardaſtrandarþing.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Magnus Ejolfi | — | — | 1546 | |
| 2 | *GISLAUS JONÆ* | | | | |
| 3 | Ejolfus Asmundi | — | — | 1632 | |
| 4 | ögmundus Torfii | — | — | 1647 | |
| 5 | Johannes Jonæ | — | — | 1650 | |
| 6 | Biarnius Biarnii | — | — | 1672 | |
| 7 | Lydus Magni | — | — | 1690 | |
| 8 | Sigurdus Snorronis | — | — | 1694 | 1744 |
| 9 | Hallgrimus Jonæ | — | — | 1716 | |
| 10 | Sigurdus Theodori | — | — | 1726 | |
| 11 | Gunnlogus Sigurdi | — | — | 1759 | |
| 12 | Gudbrandus Sigurdi. | | | | |

## §. 6. Raudaſandsþing.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Kraki | — | — | 1560 | |
| 2 | Jonas Erlandi | — | — | 1570 | |
| 3 | Gudmundus Enaris | — | — | 1577 | |
| 4 | Magnus Eyulfi | — | — | 1578 | |
| 5 | Olaus Jonæ | — | — | 1590 | |

6 Sigurdus

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 6 | Sigurdus Enaris | — | — | 1600 | |
| 7 | Biörnus Biarnii | — | — | 1602 | |
| 8 | Torfius Biarni | — | — | 1618 | |
| 9 | Thorbiörnus Enaris | — | — | 1632 | |
| 10 | Jonas Olai | — | — | 1669 | |
| 11 | Thorvardus Magni | — | — | 1704 | |
| 12 | *Biörnus Halthori* | — | — | 1752 | |

§. 7. Selárdalur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Magnus Ejolfi | — | — | 1515 | |
| 2 | *GISLAUS JONÆ* | — | — | 1547 | |
| 3 | Sveno | | | | |
| 4 | Olaus Svenonis | | | | |
| 5 | Thorsteinus Thorarini | | | | |
| 6 | Halthorus Enaris | — | — | 1574 | |
| 7 | *Biarnius Halthori* | — | — | 1584 | |
| 8 | *Paulus Biörni*, Pastor plus 61 annis | | — | 1645 | 1706 |
| 9 | *Halthorus Pauli* | — | — | | 1733 |
| 10 | *Gudmundus Vernhardi* | — | — | 1734 | |
| 11 | Thorlacus Gudmundi | | — | 1738 | |
| 12 | Eggertus Ormi | — | — | 1749 | |

§. 8. Otrárdalur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Sveno Thorbiörni | — | — | 1551 | |
| 2 | Magnus Jonæ | — | — | 1574 | |
| 3 | Ingemundus Asgrimi | — | — | 1599 | |
| 4 | Ögmundus Torfii | — | — | 1650 | |
| 5 | Johannes Jonæ | — | — | 1672 | 1699 |
| 6 | Biarnius Johannis | — | — | 1697 | 1707 |
| 7 | David Steindori | — | — | 1708 | |
| 8 | Gislaus Sigurdi | — | — | 1719 | 1721 |
| 9 | Andreas Gislai | — | — | 1721 | |
| 10 | *Jonas Titi* | | | | |
| 11 | Vernhardus Gudmundi | — | — | 1756 | |

Præpofiti Toparchiæ Bardaftrandenfis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Thorleifi | | |
| 2 | Biarnius Halthori | | |
| 3 | Halthorus Titi | | |
| 4 | Paulus Biörni | | |
| 5 | Jonas Jonæ | | |
| 6 | Halthorus Pauli | | |
| 7 | Ericus Thorfteini | | |
| 8 | Gudmundus Vernhardi | | |
| 9 | Jonas Titi | | |
| 10 | Biörnus Halthori. | | |

## CAPUT XI.

### DE TOPARCHIA ISAFIORDENSI.

§. 1. Rafns - Eyre.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Bardus Petri | | | | |
| 2 | Halthorus Enaris | — | — | 1562 | |
| 3 | Jonas Erlandi | | | | |
| 4 | Gudmundus Skulonis | | | | |
| 5 | Sigurdus Snorronis | — | — | | 1647 |
| 6 | Torfius Jonæ | — | — | 1648 | |
| 7 | Hallus Arnæ | — | — | 1649 | |
| 8 | Sigurdus Halli | — | — | 1676 | 1724 |
| 9 | Hallgrimus Jonæ, *Paftor annis 52* | | — | 1725 | 1768 |
| 10 | Jonas Biarnii | | | | |

§. 2. Alftamyre.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Thorleifi | | | | |
| 2 | Eyfteinus | | | | |
| 3 | Jonas Stirkari | | | | |
| 4 | Giffurus Svenonis | | | | |
| 5 | Biörnus Thorlevi | — | — | 1684 | 1695 |
| 6 | *Paulus Petri* | — | — | 1696 | 1729 |

7 Asgeirus

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 7 | Asgeirus Theodori | — | — | 1732 | |
| 8 | Hacon Snæbiörni. | | | | |

§. 3. Sandar.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Gislaus Örnolfi | — | — | 1593 | |
| 2 | Olaus Jonæ | — | — | 1596 | 1627 |
| 3 | Thorleifus Biarni, *ante* | | — | 1633 | 1668 |
| 4 | Olaus Thorleifi | — | — | 1668 | |
| 5 | Jonas Thomæ | — | — | | 1707 |
| 6 | Jonas Theodori | | | | |
| 7 | *Magnus Snæbiörni.* | | | | |

§. 4. Dírafiardarþing.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Halthorus Titi | — | — | 1617 | |
| 2 | Biarnius Arnoris | | | | |
| 3 | Arnas Lopti | — | — | 1657 | |
| 4 | Biarnius Brynjolfi | — | — | 1671 | |
| 5 | Andreas Gislai | — | — | 1714 | |
| 6 | Biarnius Jonæ | — | — | 1722 | |
| 7 | Gislaus Biarnii | | | | |
| 8 | Asgeirus Biarnii | — | — | | 1772 |
| 9 | Jonas Asgeiri | — | — | 1772 | |

§. 5. Hollt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Olaus | | | | |
| 2 | Brynjolfus Jonæ | — | — | | 1581 |
| 3 | *Sveno Simonis* | — | — | 1582 | 1644 |
| 4 | *Jonas Svenonis* | | | | |
| 5 | *Jonas Jonæ* | — | — | | 1681 |
| 6 | *Sigurdus Jonæ* | — | — | 1669 | 1730 |
| 7 | Sigurdus Sigurdi | — | — | 1731 | 1761 |
| 8 | Jonas Eggerti | — | — | 1761 | |

### §. 6. Stadur i Súgandafirde.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Olaus Svenonis | — | — | 1583 | |
| 2 | Erlandus Snæbiörni | | | | |
| 3 | Gislaus Olai | — | — | | 1653 |
| 4 | Olaus Jonæ | — | — | | 1661 |
| 5 | Jonas Torfii | — | — | 1661 | |
| 6 | Torfius Isleifi | — | — | 1720 | 1735 |
| 7 | Tirfingus Finni | — | — | 1735 | |
| 8 | Bergsvenus Haflidi | | | | |
| 9 | Thorsteinus Thordi | — | — | 1755 | |
| 10 | Asgeirus Biarni | | | | |
| 11 | Gislaus Biarni | — | — | | 1773 |
| 12 | Thorsteinus Thordi, *iterum* | | — | 1773 | |

### §. 7. Skutulseyre.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Sigismundus Egilli | | | | |
| 2 | Jonas Magni | — | — | 1644 | |
| 3 | Snorro Jonæ | | | | |
| 4 | Isleifus Thorleifi | — | — | 1689 | 1700 |
| 5 | Paulus Theodori | — | — | | 1707 |
| 6 | Titus Pauli | — | — | | 1728 |
| 7 | *Jonas Sigurdi* | — | — | 1730 | |
| 8 | Hakon Snæbiörni | | | | |
| 9 | Thorbergus Enari. | | | | |

### §. 8. Ögursþing.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Grimi | — | — | 1602 | |
| 2 | Gudmundus Jonæ | — | — | 1609 | |
| 3 | Jonas Davidis | — | — | 1632 | |
| 4 | Jonas Magni | — | — | 1635 | |
| 5 | Sigurdus Gislai | — | — | 1643 | |
| 6 | Magnus Enaris | — | — | 1648 | |
| 7 | Theodorus Svenonis | | | | |
| 8 | Sigurdus Jonæ | — | — | 1657 | 1665 |

9 Biörnus

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 9 | Biörnus Thorleifi | — | — | 1665 | |
| 10 | Gudmundus Halthori | — | — | 1680 | |
| 11 | *Arnfinnus Magni | | | | |
| 12 | Asgeirus Biarni | — | — | 1730 | |
| 13 | Jonas Sigurdi. | | | | |

## §. 9. Vatnsfiördur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | *Jonas Erici* | — | — | 1517 | |
| 2 | Jonas Thorleifi | | | | |
| 3 | *Jonas Lopti* | — | — | 1564 | |
| 4 | Gislaus Enaris | — | — | 1596 | |
| 5 | *Jonas Arii* | — | — | 1636 | 1674 |
| 6 | *Gudbrandus Jonæ* | — | — | 1674 | 1690 |
| 7 | *Hialtius Thorsteini* | — | — | 1692 | |
| 8 | *Magnus Titi* | — | — | 1741 | |

## §. 10. Kirkiuból i Lángadal.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | *Snæbiörnus Torfii* | | | | |
| 2 | Torfius Snæbiörni | — | — | | 1667 |
| 3 | Snorro Asgeiri | — | — | 1668 | |
| 4 | Jonas Thomæ | — | — | 1689 | |
| 5 | Torfius Biarni | | | | |
| 6 | Thorleifus Thorlaci | — | — | 1713 | |
| 7 | *Gudlogus Sveni* | — | — | 1766 | |

## §. 11. Stadur á Snæfiallaströnd.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Halthorus | | | | |
| 2 | Greipus Thorleifi | | | | |
| 3 | Jonas Thorleifi, *circa* | — | — | 1588 | |
| 4 | Thomas Theodori | | | | |
| 5 | Johannes Benedicti | — | — | 1660 | |
| 6 | Gislaus Johannis | | | | |
| 7 | Torfius Biarnii | | | | |
| 8 | Olaus Jonæ | — | — | | 1755 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 9 | Gudlogus Svenonis | — | — | 1756 | |
| 10 | Olaus Enaris | — | — | 1766 | 1767 |
| 11 | Jonas Sigurdi | — | — | 1769 | |

### §. 12. Stadur i Grunnavík.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Theodori | | | | |
| 2 | Jonas Olai | | | | |
| 3 | Pantaleon Olai | | | | |
| 4 | Bödvarus Jonæ | — | — | 1575 | |
| 5 | Thorlacus Jonæ | — | — | 1582 | |
| 6 | Torfius Biarni | — | — | 1630 | 1647 |
| 7 | Sigurdus Gislai | — | — | 1648 | 1702 |
| 8 | Halthorus Jonæ, *junior* | — | — | 1678 | 1726 |
| 9 | Olaus Jonæ | — | — | | 1707 |
| 10 | Gislaus Johannis | — | — | 1712 | |
| 11 | Jonas Jonæ | — | — | 1749 | 1754 |
| 12 | Bergſvenus Haflidi | — | — | 1754 | |
| 13 | Thorſteinus Theodori | | | | |
| 14 | Jonas Thorlaci | — | — | 1772 | |
| 15 | Jonas Sigurdi | — | — | 1773 | |

### §. 13. Stadur i Adalvík.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Thorſteinus Jonæ | — | — | 1596 | |
| 2 | Arnas Clavi | | | | |
| 3 | Arnas Lopti | — | — | 1653 | |
| 4 | Theodorus Svenonis | — | — | 1657 | |
| 5 | Vernhardus Erlandi | — | — | 1659 | |
| 6 | Enarus Olai | — | — | 1677 | |
| 7 | Jonas Enaris | | | | |
| 8 | Snorro Biörni | | | | |
| 9 | Vigfuſus Benedicti | — | — | 1757 | |
| 10 | Helgius Einari | — | — | 1776 | |

Præpoſiti

Præpositi Toparchiæ Isafiardensis.

*In parte australi:*

1 Sveno Simonis
2 Jonas Svenonis
3 Jonas Jonæ
4 Sigurdus Jonæ
5 Hialtus Thorsteini
6 Paulus Petri
7 Magnus Snæbiörni

*In parte boreali:*

1 Jonas Erici
2 Jonas Lopti
3 Snæbiörnus Torfi
4 Jonas Arii
5 Gudbrandus Jonæ
6 Jonas Sigurdi
7 Magnus Titi
8 Gudlogus Svenonis.

## CAPUT XII.

## DE TOPARCHIA STRANDENSI.

### §. 1. Arnes.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Salomon | | | | |
| 2 | Jonas Thormodi | | | | |
| 3 | Jonas Asmundi | — | — | 1574 | |
| 4 | Gunnarus Thorgeiri | — | — | 1583 | |
| 5 | Jonas Grimi | — | — | 1615 | |
| 6 | Thorvardus Magni, *Pastor annis plus 50* | | — | 1615 | |
| 7 | Gudmundus Biarni | — | — | 1666 | 1707 |
| 8 | Halthorus Magni | — | — | 1707 | 1734 |

9 Magnus

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 9 | Magnus Halthori | — — | 1731 | |
| 10 | Marcus Snæbiörni | — — | 1746 | |
| 11 | Illugus Jonæ | — — | 1754 | |
| 12 | Erlendus Thorsteini | — — | 1760 | 1764 |
| 13 | Magnus Enaris | — — | 1764 | |

## §. 2. Stadur í Steingrímsfirde.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Theodorus Olai | | | |
| 2 | *Erlendus Thordi* | — — | 1568 | |
| 3 | Olaus Halthori | — — | 1606 | |
| 4 | Thorarinus Sigurdi | — — | | 1616 |
| 5 | *Enar Sigurdi* | — — | 1616 | 1670 |
| 6 | Enar Torfii | — — | 1670 | |
| 7 | *Magnus Enaris* | — — | 1681 | 1707 |
| 8 | *JONAS ARNÆ* | — — | 1707 | |
| 9 | Halthorus Enaris | — — | 1724 | 1738 |
| 10 | *Jonas Pauli*, Pastor annis plus 50 | — | 1739 | 1772 |
| 11 | *Asgeirus Jonæ.* | | | |

## §. 3. Tröllatúnga.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Clemens | | | |
| 2 | Steingrimus | | | |
| 3 | Arnas Jonæ | — — | 1583 | |
| 4 | Oddus Thorsteini | | | |
| 5 | Thorsteinus Oddi | — — | 1598 | |
| 6 | Arnas Jonæ | — — | 1606 | |
| 7 | Snorro Haqvini | — — | 1617 | |
| 8 | Asgeirus Enaris, *officio fungitur annis 65* | — | 1637 | 1702 |
| 9 | Snorro Asgeiri | — — | 1697 | 1717 |
| 10 | Jonas Jonæ | — — | 1718 | |
| 11 | Olaus Erici | — — | 1744 | 1748 |
| 12 | Gislaus Biarni | — — | 1748 | |
| 13 | Asgeirus Jonæ | | | |

14 Bene-


| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 14 | Benedictus Pauli | — — | 1767. | |
| 15 | Jonas Olai | — — | 1771 | |

§. 4. Preſtbacke.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Jonas Grimi | — — | 1616 | |
| 2 | Theodorus Jonæ | | | |
| 3 | Titus Enaris | — — | 1645 | 1695 |
| 4 | *Thorbergus Illugonis* | — — | 1696 | 1706 |
| 5 | Olaus Olai | — — | 1706 | |
| 6 | Jonas Pauli | — — | 1712 | |
| 7 | Olaus Brÿnjolfi | — — | 1739 | |
| 8 | Gudmundus Jonæ | — — | 1746 | 1772 |
| 9 | Jonas Svenonis | — — | 1756 | |
| 10 | Ejolfus Sturlæ | — — | 1772 | |

Præpoſiti Toparchiæ Strandenſis.

1 Erlendus Theodori
2 Snæbiörnus Torfii
3 Jonas Arii
4 Enarus Sigurdi
5 Gudbrandus Jonæ
6 Magnus Enaris
7 Thorbergus Illugonis
8 Jonas Arnæ
9 Jonas Pauli
10 Asgeirus Jonæ.



# VITA JONÆ SIGMUNDINI.

(Ad Tom. 2. Per. 4. Sect. 4. Cap. 6.)

## §. I.

Cum in præcedentibus non tantum virorum ecclesiasticis functorum officiis, & qvi Ecclesiæ, dictis, factis, scriptis & moliminibus aliqvid emolumenti aut decoris attulerunt, succinctum vitæ dederimus curriculum, sed etiam eorum qvi aliqvod notabile intulerunt damnum, aut turbarum & scandalorum autores exstiterunt; Non inconsentaneum videtur, ut famosorum Duumvirorum, qvi seculo 16. ineunte floruerunt, *Jonæ* scil *Sigmundini*, & *Biörni Godvinidæ*, vitæ demus sciagraphiam, licet neuter eruditione, pietate, aut singulari philanthropia, aliis palmam aut præriperet, aut dubiam redderet; Uterqve tamen talibus, aut fortunæ, aut naturæ, dotibus præditus fuit, aut ita se gessit, ut ejus nomen tam in Historia Ecclesiastica qvam Civili perenne & non incelebre sit. Uterqve enim nobili genere natus, divitiis pollens, honesto fungens officio, acri ingenio, valido satis corpore, gravium uterqve turbarum maxima pars, si non fax & tuba, qvæ Ecclesiam non minus qvam statum civilem, non tantum dum in vivis fuerunt, sed etiam longo post eorum mortem tempore inqvietarunt, & utriusqve posteris noxiæ fuerunt; Uterqve enormium insimulatus fuit criminum, ob qvæ uterqve diris devotus & ex communione Ecclesiæ ejectus occubuit; Tandemqve in eo similes fuerunt, qvod uterqve nobilissimarum in Islandia familiarum progenitor exstiterit, nam ex Jonæ posteris, præter alios magnates, prognati sunt novem Episcopi & sex Nomophylaces. Horum itaqve vitam ita exponemus, ut summa tantum heic tangantur capita, reliqva autem aut plane omittantur, aut, qvæ antea sparsim exposita sunt, indigitentur, & Lector ad ea in præcedentibus qværenda remittatur.

## §. 2.

*JONAS SIGMUNDI* filius natus esse videtur Videdalstungæ in Toparchia Hunavatnensi, circa aut paulo ante annum 1460, patrem habens

bens Sigmundum Steindori filium, qvi ſub Olao Rögnvaldi filio ad qvoddam tempus fuerat Præpoſitus Toparchiæ Hunavatnenſis, ſed Eccleſiaſtes Parœciæ Breidabolſtadenſis, & ad tempus Miklabajenſis intra tractum Skagfiordenſem ſitæ, virum ingenio & viribus pollentem, ſed factioſum & temerarium, ut ex ejus cum Olao Epiſcopo & ejus Officiali Jona Broddi filio controverſiis diſcere licet; Tom. 2. pag. 595. § 7. Matrem vero agnovit Jonas Solveigam Thorleifi filiam, Biörni Divitis, de qvo agitur Tom. 2. pag. 234. §. 5, ſororem, qvæ cum Sigmundo more ſeculi conſvevit. In juventute patrem & conſobrinum Enarum Biörni ſæpius ſtipavit, & ut facinorum ab illis patratorum particeps ac inſtrumentum plus ſimplici vice excommunicatus fuit. Vide Tom. 2. pag. 596.

§. 3.

Anno 1482 Videdalstungæ cum Gudruna Gunnlaugi filia primas celebravit nuptias, ad qvas, inter alios, ſe contulit Olaus Philippi filius ejusqve fratres, qvibus cum Jona controverſia qvædam interceſſerat, qvam heic intempeſtive refricantes, Jonæ jam ſponſum agenti moleſtiam crearunt, qvam averſurus Asgrimus hujus frater, illius loco ſe eis oppoſuit. Sed inter pugnandum, Smidus qvidam illum a tergo inſidioſe invadens, trajecit, confeſtimqve in templum Videdalstungenſe, ut tutiſſimum facinoroſorum aſylum, confugit; Qvo cognito Jonam templi januum aut frangere aut gladio lædere conatum fuiſſe, Gotſkalkus Epiſcopus poſt 20 annos accuſavit. Vide Tom. 2. pag. 623. §. 7. Epidemica autem lues qvæ totam Islandiam anno 1495 & 96. valde exinanivit, uxorem ei abripuit, cum aut ipſa, aut ejus filii plurimorum cognatorum hac peſte abreptorum bona hæreditate acceperant, nam ex hac uxore Jonas duos ſuſcepit filios, Enarum, qvi ad maturam pervenit ætatem, de qvo vide Tom. 2. pag. 625. & alium, qvi triennis in lebetem, ardens continentem juſculum, incidens periit, cujus hæreditas ad patrem devolvebatur, ita ut hoc modo opulentus evaderet.

§. 4.

Qvando Jonas fuerit Toparcha Hunavatnenſis provinciæ, non liqvet. Aliqvando autem id officium geſſiſſe, ut & Toparchiæ Bardaſtrandenſis

ſtrandenſis adminiſtratorem fuiſſe, expreſſe dicit ejus nepos Gudbrandus Epiſcopus, ſed tempus non determinat. Cum vero aſſerat Thylium Petri eum in jus vocaſſe ob impedita nomina in negotio admodiationis Toparchiæ Hunavatnenſis, id poſt annum 1516 factum eſſe oportet. Si conjicere liceret, dicerem videri Jonam bis Toparcham Hunavatnenſem egiſſe: primo tempore Olai Epiſcopi & prioribus Gotſkalki annis, qvamdiu ejus amicitia fruebatur, ſeu usqve dum eum prima vice diris devovit, qvod anno 1507 ſeu 1508 factum eſſe videtur, nam hos amicos primo fuiſſe, & Jonam circa ſeculi initium præbendam Breidabolſtadenſem Gotſkalki conceſſione aliqvot annis tenuiſſe certum eſt; ſed eorum inimicitiam ex parvula qvadam re ortum traxiſſe Gudbrandus expreſſe teſtatur. Sed qvod Prætoris officium excommunicatus amiſerit, non eſt qvod dubitemus, cum tales ut civiliter mortui æſtimarentur, & certo conſtat, Enarum qvendam Oddi filium Jonæ hoſtem infenſiſſimum, tempore Gotſkalki Epiſcopi hoc officium geſſiſſe. Cum vero Tylius, qvi ab anno 1516 ad 20 Præfecturam qvartæ borealis geſſit, eum impeditorum nominum poſtularet, veroſimile eſt Jonam poſt abſolutionem & reconciliationem cum Gotſkalko, qvam 1510 nactus eſt, denuo id officium geſſiſſe.

§. 5.

Poſt obitum prioris uxoris Jonas anno 1497 ad ſecunda vota transiit, cum Biörga Thorvaldi filia, elocante eandem germano fratre Jona Thorvaldi filio Abbate Thingeyrenſi, qvi omnes, qvas præſcribit jus Eccleſiaſticum, cautelas de conjugium ineuntium cognatione & affinitate ſollicite adhibuit, ut ex pactis dotalibus, qvæ adhuc ſuperſunt, ſatis conſtat; Nec qvisqvam de eorum cognatione muſſitavit, priusqvam ipſe Gotſkalkus Cathedram aſcenderat, qvod utrum ab ipſius Epiſcopi technis, an vero malevolorum ſuſurris, ortum habuerit, non liqvet. Qvod qvam primum Jonæ innotuit, Holas ſe contulit, & Epiſcopo ſolidis argumentis, præſente Abbate Thorvaldino, ſe purgavit, & ſi qvid peccaſſet emendationem obtulit, qva Præſuli plene ſatisfeciſſe videbatur. Callide Præſul ad tempus occultum virus diſſimulavit, ſed ſexennio elapſo, anno ſcil. 1505, cum ei omnino conſtitutum eſſet Jonam ob parvulam qvandam offenſam ulciſci, & per fas & nefas, qvanticunqve conſtaret, penitus

tus perdere, dicam ei ſcripſit, ut Holis coram duodecimvirali Sacerdotum conciliabulo, intentata crimina dilueret (a).

## §. 6.

Coram delegatis judicibus, præſidente ipſo Præſule, Jonas metu carceris non comparuit, crimina autem, qvorum accuſabatur, fuerunt: Primo qvod 6 vaccarum æqvamenta de prædio Kvíar abegerit, eaqve integrum qvinqvennium unacum eorum uſu fructu retinuerit, nec, licet poſtulata fuerint, reſtituere voluerit. Haſce vaccas aut earum æqvamenta & plenam uſuram reſtituere jubetur, niſi legaliter probet ſe eadem vero poſſeſſori reſtituiſſe. Altera cauſa fuit tria vaccarum æqvamenta, qvæ pater ejus Sigmundus Epiſcopo debuit, ſed triennali tempore detinuerit: hæc cum uſura reſtituere jubetur, niſi jure jurando negare poſſet, ſe ex paternis bonis qvidqvam accepiſſe. Tertia fuit retentio hoſpitalitatis Epiſcopi a tribus templis qvorum curator fuit, ut & compenſatio antiqvi bovis. Qvæ omnia Jonæ injunxit ut intra qvatuordecim dies, 14 hundredis, id eſt 56 Joachimicis ſolveret, & ſi id non præſtaret, pro qvovis templo 15 penderet marcas. Qvarta, qvod triennii decimas Epiſcopo debitas non ſolverit, qvas ſtatim, & pro primo anno præterea tres marcas pœnæ loco, pro ſecundo duplicatas decimales penſiones, pro tertio autem omnia ejus bona publicanda eſſe, & Regis ac Epiſcopi fiſco inferenda, ni intra 14 dies probet, ſe omnia ex legis præſcripto rite ſolviſſe. Qvinto qvod pauperum decimas, Denarium Petri, & decimas Epiſcopo debitas in parœcia Videdalstungenſi rapuerit. Qvæ omnia duplicata reſtituere & tres marcas pro qvavis uncia Denarii Petrini, niſi duobus teſtibus, intra qvatuordecim dies, probet ſe nihil horum contrectaſſe. Sexta qvod Jonæ Thorval-



(a) *Gudbrandus* in *Apologia* prima pro avo ſuo Sigmundino contra Gotſkalki Epiſcopi acta & ſententias de eo dictas, conſtanter aſſerit Jonam duxiſſe Biörgam 1497, vivo adhuc Olao-Epiſcopo, ſed minus recte, nam ſola deſponſatio (vulgo *kaup*) feſto Purificationis anno 1497, ſed nuptiæ non fuerunt celebratæ priusqvam 1498, ut Tabulæ nuptiales expreſſe teſtantur, cum Olaus, procul dubio, dudum mortuus eſſet. Vide Tom. 2. pag. 609. Pari modo dicit Gotſkalkum qvinto tandem Epiſcopatus anno 1505, ſed octennio a nuptiis elapſo, Jonam primum ob hanc cauſam in jus vocaſſe, qvod etiam minus recte aſſeritur, cum Gotſkalkus indubie Cathedram aſcenderit Epiſcopalem anno 1499. Unde patet Præſulem, vulgi calculum & parum ſubactam Chronologiam in his ſecutum eſſe.

Thorvaldino promiserit, se nunqvam templo Holano adversaturum, documentum obsignaverit sigillo, cujus sculptura fuerit, *Jon Vilhialmsson*, sed non *Sigmundson.* Præterea ibidem producta fuisse documenta, qvæ Illugus Gudmundi & Jonas Biörni jurassent, Jonam Sigmundi falso sub suo nomine scripsisse; Ob hocce crimen falsi, omnia Jonæ Sigmundini documenta nova & antiqva, qvicqvid tandem contineant, ut falsa & ficta æstimanda esse, illum enim nullius documenti ope frui debere, qvi falsa aliqvando confecerit. Septimo accusabatur Jonas, qvod sciens & volens duxerit Biörgam Thorvaldi filiam, qvarto cognationis gradu se attingentem, qvapropter templo Holano 15 marcas, ob primam ejus imprægnationem 15 marcas, ob secundam 30, ob tertiam 60 marcas pendere debeat. Ob sacrorum usum qvovis anno tres marcas, ob qvemvis in templa introitum sedecim majoribus festis commissum 12 uncias, aliis vero diebus dominicis & festis 6 uncias, sed diebus profestis 8 ulnas, præterea excommunicatum, ab Episcopo in templo Holano absolvendum esse.

§. 7.

Cum Jonas carceris & cruciatuum metu, qvæ se exspectare scivit si unqvam in Episcopi manus incideret, nec Holas venerit, nec Præsuli unqvam sui fecerit potestatem, Episcopus, hanc sententiam in dicasterio generali, anno (ut videtur) 1506 publice pronunciari curavit, Jonamqve monuit, ut Holas se conferret, absolutionem accepturus, & pœnas condignas exantlaturus. Hoc ille pœnarum metu non fecit, sed anno proximo in Dicasterio Generali, præsente ipso Præfecto Regio, prolixam huic sententiæ oppositam publice pronunciavit Apologiam, qva sat luculenter omnia sibi intentata & objecta crimina, ne micam habere veritatis, sed falsa, & ex pura puta malitia afficta esse, indubitatæ fidei Documentis demonstravit, præterqvam qvod crimen falsi sibi affricatum non tangit; unde Episcopus ejus nepos in ejus examine prolixior est, nec eandem satis diluere posse videtur. Conjicit enim aut Jonam hæc joci gratia fecisse, aut omnia pariter ac reliqva ab inimicis efficta fuisse, tandemqve ad Dei tribunal appellat. In ipsius Jonæ Apologia id notatu dignum est, qvod dicit Episcopum se ad ipsius Papæ absolutionem ablegasse, & tamen omnibus modis impedivisse, ne ex hac insula egredi posset. Sed in compendio sententiæ Holis dictæ 1505, qvod Gudbrandus exhibet, nulla papalis absolutionis mentio occurrit,

§. 8.

§. 8.

Hac Sigmundini Apologia irritatus Gotſkalkus, Jonam ſonantibus campanis & exſtinctis luminibus anno 1507 ſolenniter diris devovit, nam factum id fuiſſe anteqvam de Biörga ſententiam dixit, ex eadem concludi poteſt. Hanc autem hoc anno Holas vocavit, eiqve grandem pecuniæ ſummam abjudicavit. Vide Hiſt. Eccl. pag. 623. Cui ſententiæ ut ſatisfaceret mœſta mulier, Præſuli prædia, qvæ habuit hæreditaria, & inter illa Hol & Beſſaſtadi, emancipaſſe fertur. Qvo facto, & exantlatis competentibus pœnitentiis, qvas ipſius Gratiæ præſcribere placuit, abſolutione accepta, & præſtito juramento, vacua & omnibus bonis ſpoliata dimittitur.

§. 9.

Anno 1508. Jonas a Præſule denuo in jus vocatus fuit, & accuſatus, qvod templa Urdenſe & Videdalstungenſe, eorumqve bona tam mobilia qvam immobilia rapuerit, eapropter de novo diris devovendus, qvi templo Cathedrali ſolvere debeat 15 marcas, ſed Videdalstungenſi duplex jus (30 marcas). Epiſcopo autem utrumqve prædium, ut & villæ Marſtadir & Hvammus, unacum omnibus templorum bonis adjudicantur, usqve dum ab iis, qvi hæreditarium habent jus, ea legitime redimat. Hic etiam Jonam inſimulat, qvod aliqvid templo Svalbardenſi ſurripuerit, qvod judices cenſent ab Epiſcopo idoneis teſtibus probari debere, eoqve præſtito, Jonam templo Svalbardenſi duplicatum juris pretium, ſed Cathedrali 60 marcas refundere jubent; tandemqve ob *Skriftrof*, *Sáttrof* & *Dómrof*, id eſt ob *pacti pœnitentialis*, *contractus* ut & *dictæ ſententiæ* cujusdam *violationes*, ſolitas indicunt multas, qvæ ſententia, licet qva cauſarum veritatem priori ſimilis ſit, in eo tamen paulo præſtantior eſt, qvod judices jam Epiſcopo, ut actori, accuſationis probationem injungant, qvod in reliqvis de Jona latis ſententiis plerumqve deſideratur, cum Præſul in illis actoris, teſtium, & judicis primarii, vices præſtet.

§. 10.

Hujus ſententiæ iniqvitatem Gudbrandus Epiſcopus in *Apologia* non minus fuſe qvam graviter demonſtrat. Sed cum Gotſkalko Epiſcopo propria

propria voluntas, ac dicta semel sententia pro jure & veritate staret, ipse statim cum suis affeclis prædium Urdar occupavit, omniaqve ibidem inventa Jonæ mobilia sua fecit. Jonam vero, qvi ibidem villicationem habuisse videtur, penitus expulit. Sed ejus primarium prædium Videdalstunga, ubi proprios fixerat lares, & ubi plurima ejus bona fuerunt, Episcopi loco occupavit Petrus Lopti, omnibusqve, tam prædio, qvam aliis facultatibus, in fiscum Episcopalem redactis, ipsum inde ejecit. Qvo autem Jonas tunc se contulerit, non liqvet. Si genuina est subscriptio codicillorum Gautonis Archiepiscopi ad Stephanum Episcopum Skalholtensem & Abbates Helgfellenses, datorum Nidarosiæ 16 Cal. Martii 15 9, oportet Jonam anno 1508 Norvegiam petiisse, & 1509 in Islandiam reversum fuisse. Sed Gudbrandus Episcopus ejus primam peregrinationem ad annum 15 9 refert, reditum vero ad 1510. Qvod si verius est, datum scripti archiepiscopalis vitiatum est, & verisimile Jonam ex Videdalstunga ejectum ad cognatum suum Biörnum Godvini confugisse, & apud eum hunc annum transegisse. Nos de re tam dubia nihil certi statuere ausi, cum facilis conciliatio in promptu non sit, id in medio relinqvimus.

## §. II.

Haud melior est autorum consensus de fatis Sigmundini, postqvam e Videdalstunga expulsus fuit. *Gudbrandus* Episcopus innuit eum anno 1509 ad exteros abiisse, & anno 1510 Nomophylacis officio ornatum reversum fuisse. Innuit, inqvam, non vero expresse dicit, aperte confitens, se ita conjicere, cum certis & authenticis destituatur documentis; Omnia etenim qvæ Jonas possedit & reliqvit documenta, Teitum Thorleifi filium accepisse refert, post Teiti autem mortem ea in Davidis Gudmundini manus incidisse, & pauca, qvæ habeat, ab ejus hæredibus se nactum esse fatetur. *Arngrimus* ejus officii initium refert ad annum 1512. Utriqve horum refragari videtur *Biörn de Skardsaa*, referens ad annum 1514, qvod tunc Sigmundinus Nomophylacis officium gesserit, ut sensus esse possit, eum ante hunc annum (scil. 1513) hoc officio potitum fuisse, & qvod anno 1510 judiciis in foro generali non Sigmundinus sed Finnbogus Jonæ & Thorvardus Erlendi præsederint, expresse dicit *Biörno*, cum illi hoc anno sententiam de sicariis pro tribunali pronunciaverint. Nos dubii prorsus cuinam horum nostrum calculum dare debeamus, conciliationem

tionem tentabimus, novam instituturi chronologiam, eamqve penitus artificialem & hypotheticam, ut certos habeamus annos, ad qvos exstantiora facta referri possint. Ponimus itaqve Jonam anno 1512 Nomophylacem factum esse, sed ita ut a nemine acceptus aut æstimatus fuerit, priusqvam post absolutionem 1510, & non nisi in annum 1514 aut 15 idem officium gessisse, licet a suis & se ipso diutius Nomophylax insigniatur, qvibus hic semel memoratis, ne sæpius eadem repetere opus sit, reliqva qvæ nobis de hoc viro innotuerunt, perseqvemur.

§. 12.

Seposita itaqve *Gudbrandi* Episcopi conjectura, qvod Jonas anno 1509 in Norvegiam & inde anno 1510 in Islandiam reversus fuerit, eandem enim Datum Codicillorum Archiepiscopi refellit, qvare hanc ejus peregrinationem ad annum 1508 referimus, in qva primo Archiepiscopum Gautonem convenit, eiqve qvestus est, qvantas a Gotskalko passus fuerit injurias, præsertim qvod uxorem sibi abripuerit. Hic Jonam, ut videtur, satis benigne audivit, scriptis ad Stephanum Episcopum Skalholtensem, ut & Abbates Helgfellenses, Haldorum jam emeritum, & Narfum ei adjunctum, litteris die 16 Martii anno 1509, qvibus ipsis injunxit, ut causam divortii sub novum examen revocent, Jonæqve uxorem suam, modo ei injuste ablata fuerit, restituant. Qvod examen utrum anno 1509, an vero 1510, instituerint, non liqvet. Gotskalkus autem qvam primum ei hæc Jonæ molimina innotuerunt, sibi conscius qvod falsam cognationem inter Jonam & Biörgam divulgasset, & juramentis firmari curasset, scil. qvod Ingegerda fuerit Enaris Erici & Grundar-Helgæ filia, Jonas enim ante testatum fecerat, Enarum & Helgam nullos habuisse liberos, nisi solum Biörnum Hierosolymipetam, cujus soror Ingegerda non fuerit, cum esset Thorsteini filia. Præsul itaqve, ut causam nihilo secius obtineret, mendaciorum scenam ita mutavit, ut jam confiteretur Ingegerdam Thorsteini Pastoris Saurbajensis & Helgæ filiam fuisse, sacrificulum enim hunc vivo adhuc Enaro eam ex Helga furtivo congressu suscepisse, & hoc modo Ingegerdam ex Helga natam fuisse, qvod omnibus antea ignotum mendacium, a duobus circumforaneis jurejurando confirmari curavit, & licet id judices haud lateret, nihilominus læti, qvod ficulneum hunc prætextum nacti essent, secundum Præsulem pronunciaverunt, ita ut Jonas denuo causa caderet.

§. 13.

Qvid autem Jonas a Pro-Rege Christiano Secundo, qvem etiam in Norvegia convenerat, cuiqve injurias sibi illatas conqvestus fuerat, solatii acceperit, non liqvet, præter qvam qvod Princeps Biörno Godvinidæ mandavit, ut qvasdam Gotskalki sententias de prædiis Jonæ extortis, Nomophylacis loco, cui id ratione officii competebat, cum delegatis pedariis examinaret Perfecisse hoc Biörnum in dicasterio anni 1510 Gudbrandus affirmat, & elevato Præsulis judicio Jonæ abjudicata prædia postliminio addixisse, Gotskalkum autem id, pariter ac Regis edictum, non modo susqve deqve habuisse, sed etiam plane ac adeo aperte contemsisse, ut mox a Clericorum conciliabulo concludi curaverit, controversa hæc prædia omnino ad Præsulem & Cathedram Holensem pertinere, nec ea retractandi cuidam ullum jus aut facultatem fore post proximum *Fardag* (seu solitum mutandi habitacula terminum;) *Gudbrandus* dicit Gotskalkum in Comitiis anni 1510 adfuisse cum hæc gererentur, qvod ipse Gotskalkus in literis, ad Stephanum Episcopum scriptis, qvarum fragmentum, sed sine dato, exstat, non qvidem negat, sed sententiam Biörni post suum inde abitum dictam fuisse, & a se contemni innuit, & cum Stephanus ipse de ea re contrariam dixerit sententiam, eum jam incitat ut Archiepiscopo luculenter scribat, omnia Gotskalki judicia & sententias justas esse, ideoqve a se & Abbatibus confirmatas fuisse, rogatqve, ne, qvantum in eo sit, Jonam diris devotum, Sanctam Ecclesiam, ipsos & universum Clerum conculcare patiatur, qvod cum sibi minime placeat, se ne ex patria, ut ille jam in propositis habeat, excedere possit, impediturum.

§. 14.

Gudbrandus Episcopus expresse scribit, Jonam in hac peregrinatione Nomophylacis officium adeptum esse, sed ut diris devotum, omnibus odiosum & contemptum nihil efficere potuisse, ideoqve partim necessitate, partim amicorum consilio adactum, Gotskalko se submisisse, eiqve in reconciliationis redhostimentum erogasse prædia *Klausabreckur*, *Fitiar*, *Kleif*, aliaqve, qvorum summa fere 1000 Joachimicorum valorem æqvabat, moxqve ad festum Nativitatis Mariæ, id est 8 Septembris anno 1510, in templo Thingeyrensi solenniter absolutum fuisse, qvo facto antiqvam eorum amicitiam redintegratam fuisse, sed non diu durasse

hæc

hæc alcedonia, Episcopum enim brevi Jonæ in officio gestis ita offensum fuisse, ut ei indixerit, ut die Cinerum aut Viridium, perinde ac notorius peccator, Holis se sisteret: Jonam vero id aut carceris aut mortis metu detrectasse, nam paulo ante, cum Holis fuerat, a sicario qvodam tam graviter fuisse sauciatum, ut tota gena ab auricula ad os usqve discissa fuerit, connivente ad maleficium Episcopo. Præsulem itaqve ei diem dixisse, & graviter accusasse, qvod puerum qvendam nomine Olaum (communiter *Begguláfi* dictum, Jonæ ipsius consobrinum & alumnum, qvem, ut bonas litteras ei instillaret, educandum sumserat) 1) Verberasset bis, una vice caput, altera vice manum, qvod verber tetigerit thecam, continentem Corpus Domini, qvam portabat. 2) Qvod aliqvando Olaum in cœmeterio Videdalstungensi, cum ejus discipulus esset, naticidio castigaverit. 3) Qvod eundem aliqvando lapide tam graviter ferierit, ut sangvis manaverit, & Olao caput fere comminuerit, qvod Olaus Jonæ affixit, id enim fecerat Jonas Enari de Skarde, Episcopi gener, ut hicce Beggulafus postea confessus est. Ob tantillas causas dicit Gudbrandus Gotskalkum denuo condemnasse Jonam, & ingentes ei imposuisse mulctas pecuniarias, cumqve eas non penderet, nec ab his criminibus absolutionem peteret, solenniter iterum diris devovisse, qvæ facta videntur anno 1511.

## §. 15.

Gliscente hoc modo partium odio, Jonas nova fretus potestate, antiqvum hostem Olaum Philippi filium & ejus fratres, ut Asgrimi fratris sui ante complures annos occisi, si non interfectores, certe necis adjutores, ejusdemqve facem & tubam, per Asgrimum, occisi Asgrimi filium, ultum iens, in jus vocari curavit, qvod antea qvidem tentaverat, sed viribus destitutus, & ab Episcopo superatus, perficere non potuerat, jam vero summum gerens magistratum, Olaum exilio multavit: Qvo facto una fidelia duos dealbasse parietes videbatur, Olao enim commeritam inflixit pœnam, Episcopum autem per Olai latus impetivit, qvi de Olao exilium promerito, nobile prædium Audkulam, aliasqve villas, de controversa hæreditate Solveigiana, (cujus filiam notham Olaus in matrimonio habuit) parvo emerat pretio, omnes enim tales emtiones ab exsule factæ, hac sententia illegitimæ declarabantur, & retractationi obnoxiæ fiebant;

bant; Episcopo præterea inurebatur nota, qvam *Leges Islandicæ* Tit. *Landsleigubálk* cap. 14. tali emptori dictant. Præsul itaqve ne Olaus huic succumberet causæ, ei permisit, ut jurejurando semet eatenus purgaret, qvod non eo animo eo die Videdalstungam adierit, ut Asgrimum aut alium qvendam occideret, qvod Episcopo sufficere visum; de facto non inqvirebat, ipsi autem Jonæ novam intentabat causam, qvod templum Videdalstungense eodem die punctim cæsimqve læserit, cœmeterium vero polluerit, ob qvæ maleficia magnas ei indixit mulctas, & absolutionem ab ipso Episcopo petendam. Facta sunt hæc, (ut videtur) anno 1513. De qvibus plura vid. supra Tom. 2. pag. 623.

## §. 16.

Numne Jonas huc usqve in qvarta boreali se continuerit, an vero nunc hic, nunc vero apud cognatum suum Biörnum Godvini filium in qvarta occidentali, substiterit, incertum est. Sed cum in Holana diœcesi hæreret, verosimile est, eum in prædiis Enaris, sui ex priori matrimonio filii, domicilium habuisse, qvi, priusqvam anno 1513 ad maturam ætatem pervenire non potuit, ita ut pater ad hunc usqve annum ejus fuerit tutor, & forte ex ejus bonis vixerit, qvæ intra qvartam borealem sita fuerunt. Sed ubi Enarus togam virilem assumserat, qvod Gudbrandus in annum 1515 referre videtur, Præsul ei causas intentavit, qvod jam maturæ ætatis sub patris diris devoti tutela viveret, & cum eo civilem haberet conversationem, unde majorem contraxisse excommunicationem judicavit, ideoqve ei qvatuor, qvæ possedit, prædia, & alias villas extorsit, qvod postqvam factum est, verisimile est, Jonam in qvartam occidentalem lares penitus transtulisse, & in umbra Godvinianæ potentiæ aliqvamdiu delituisse. Sed cum chronologia rerum a Jona gestarum, tam sit incerta, ut eadem pro amussi uti nobis sit impossibile, ea primum perseqvemur, qvæ in Holana diœcesi acciderunt, & deinde qvæ in Skalholtina egit & passus est, referemus.

## §. 17.

Anno 1516 Jonas altera vice in Daniam (secundum Gudbrandi relationem), iter instituens, Regi de injuriis & sibi & filio suo Enaro a Gotskalko Episcopo illatis, &, ut verisimile sit, de Stephani injusta sententia

de

de conjugio suo, aliisqve cum Gotskalko controversiis, dicta anno 1510, forte etiam de devotionis fulmine, nuper a Stephano in se vibrato, ubi non oblitum fuisse tyrannicæ dominationis, & ei oppositæ conspirationis Leidarholmensis, si modo ea, ut qvibusdam videtur, facta fuit anno 1515, qvam Christiano Secundo, qvi jam in eo fuit ut Cleri alas circumcideret, haud ingratam fuisse, credere fas est; Sed utcunqve sit, id certum est, qvod Rex Jonam gratiose audierit, & utriqve, tam patri, qvam filio, dederit litteras securitatis (*Verndarbref*,) ut ea tempestate vulgo fieri solebat. Præterea novo, qvi tunc in Islandiam mittebatur, Præfecto, severe mandavit, ut Jonæ omnes suas possessiones restitui curaret. Sed cum res ad supremum in Foro Generali veniret, Præfectus a Gotskalko pecunia corruptus, tantum abfuit, ut a Jonæ partibus staret, ut eum ibidem qvin interficeret, nihil obstaret, nisi intercessio & auctoritas Vigfusi Nomophylacis, qvi Jonam a tanto periculo eripuit. Adnitente autem utroqve Episcopo & eorum factione, nec obstante Præfecto, qvi sine dubio fuit Thylius Petri, communibus Dicasterii suffragiis conclusum fuit, ut ejus qverelæ, ut publicæ pacis disturbationes, posthac non audirentur.

## §. 18.

Anno 1517 Gotskalkus de Jona gravem ob varias causas pronunciavit sententiam, scil. qvod juramenta, pacta absolutionis & pœnitentiæ violaverit, qvod multoties vocatus Holas ad accipiendam absolutionem & exantlandas prævaricationibus condignas pœnitentias per sexennium, id est ab anno 1511, qvo altera vice a Gotskalko diris devotus fuit, omniqve hoc tempore cum aliis communicando, conversando, sedendo, dormiendo, eosdem inqvinaverit, Episcopum apud exteros detulerit, & famam ejus (ɔ: pudicitiam) imminuerit, ac criminatus fuerit, templa devotus freqventando sacrum officium impediverit, hæreses disseminaverit, missas audire & freqventare aliis dissvaserit, aqvam consecratam parvi fecerit, pastoribus tributa solvere vetuerit, in officium Politicum se ipsum intruserit, aliaqve multa fecerit, qvæ homini diris devoto non liceat. Ob unam qvamqve harum causarum ingentem ei irrogavit pecuniæ expensionem, exsecrationem & id genus alia, qvæ notoriis peccatoribus imponi solebant. Sed laterem lavabat, cum Jonas multoties esset excommunicatus, & qvod penderet aut amitteret, præter vitam, non haberet,

ad conflandum autem odium & contemtum apud plebem & rudiores tam crebræ condemnationes multum faciebant.

§. 19.

Ultimam in Jonam Gotſkalkus dixit ſententiam anno 1519 die Martis ante feſtum Barnabæ, qva qveritur Jonam & ejus vicarios tam male adminiſtraſſe bona templi Reykenſis; ſcilicet qvondam dum Jonas hoc prædium poſſederat, ut illud jam vetuſtate & putredine deſolationi proximum ſit, bona autem dilapidata, ducens calculum per annos retro 209, id eſt ab anno 1310; Qvaſi omnes intermedii Epiſcopi hujus templi rationes purgare obliti fuerint, templumqve ipſum aut ejus ornamenta & utenſilia nulla iſto temporis ſpatio opus habuerint reparatione. Sed utut id fuerit, certum eſt Gotſkalkum & ejus aſſentatores, hujus Synodi membra, computum ita inſtituiſſe, acſi Curator templo deberet 1288 Joachimicos, qvod debitum ut ipſe fundus ſolvat, qvantum ejus pretium valeat, reſiduum vero aliis Curatorum bonis compenſetur, ubicunqve haberi aut inveniri poſſint, tandemqve hæc omnia ipſi Epiſcopo adjudicant.

§. 20.

In Qvartam Occidentalem delatus Sigmundinus, qvin Stephano Epiſcopo ægre faceret, cui ob inſignem injuſtitiam in confirmatione actorum Gotſkalki infenſus fuit, ſe continere non potuit, unde in ejus amicos & clientes, Jonam Erici & Biörnum Thorleifi, Godvinidem invaſiones facientem, & injurias & rapinas exercentem, non tantum ſtipaſſe, ſed etiam ſtimulaſſe fertur, ſententiasqve contra hunc Præſulem & ejus amicos unam altera graviorem dixit, primo Vatnsfiördenſem anno (ut videtur) 1513, ubi prælectis publice edictis Regiis Biörni cauſæ faventibus, Pedarios Biörni clientes, a ſe ipſo ad hoc electos, tanta verborum pompa ad Biörni laudem, excuſationem & commiſerationem adornata, qvanta in adverſarios, ſi non injuria, certe haud obſcuro partium ſtudio, admonitione induxit, ut unanimiter cenſerent, omnes qvi protervitate & malitia incitati facerent incurſiones, conſpirationes & violentas qvasdam actiones contra Biörnum Godvini & ei data Regia Reſcripta ac litteras tutelares, agentes de prædiis & hæreditatibus, qvæ illi a parentibus & avunculo Jona Biörni, & ſingulariter prædium Vatnsfiörd, qvod ſine inſigni

Regis

Regis & reipublicæ damno clericis tradi non possit. Talia qvi intendant, Regi debeant 13 marcas & 8 ortugos, in Norvegiam avehuntor, & pro Regis ira aut gratia plectuntor; Qvi hæc prædia contra Godvinidæ voluntatem tenuerint aut defenderint, ut nefarii capiuntor & tractantor; Qvi cum talibus conversati fuerint, convixerint, aut eos tecto receperint, pro una nocte unam marcam, pro duabus duas, pro tribus tredecim pendunto. Qvi vero hæc prædia emerint, aut eorum raptoribus qvodam modo famulati fuerint, plectuntor pari modo acsi ab exule emerint. Qvæ omnia manifeste in Stephanum Episcopum, amicum ejus Jonam Erici, qvem Vatnsfiordo præposuerat, & Biörnum Thorleifi collineabant.

§. 21.

Haud mitiorem aliam Hvammi in Hvammsſveit de controversa, inter Godvinidem & Thorlevidem, hæreditate, a Rege judex constitutus, pronunciavit sententiam, qva iterum in Vatnsfiördi occupatores haud leviter invehitur, ob qvæ acta a Præsule anno 1515 solenniter diris devotus fuisse fertur. Tandem etiam Leidarholmensem conspirationem contra Episcopos & Clerum conflavit, qva, qvid, si vires sumere potuisset, Laicis utilius, sed Episcopis nocentius, unqvam tentatum fuerit, nescimus. Sed in tantum fastigium creverat Episcoporum potentia, tantis firmata fuit subsidiis, tamqve enervati fuerunt laici, utpote indocti & competentibus armis uti nescientes, præterea discordes & inconstantes, ut eorum conatus sufflaminare Episcopis non esset difficile, qvod qvomodo Stephanus hac vice fecerit, alibi relatum est, qvo Lectorem remittimus, ne hic toties actum denuo agamus. Plura Leidarholmi qvam conspirationem in Episcopos facta fuisse, inde conjicere licet, qvod Gudbrandus Episcopus ibidem Sigmundinum in Olaum Philippi latam sententiam renovasse dicit.

§. 22.

Sed de conspirationis Leidarholmensis anno, qvid statuendum sit, plane dubii sumus, qvidam enim eandem ad annum 1515, plures vero ad 1517 referunt. Cumqve diversas hasce sententias conciliare, nostræ non sit facultatis, qvæ pro & contra dici possunt, Lectorum oculis subjiciemus:

mus: 1) Qvod Jonas Sigmundi ibidem a tot magnatibus vocatur borealis & occidentalis qvartarum Nomophylax, qvod post annum 1515 nullo modo fieri potuisse videtur, cum Vigfusus Erlendi ab anno 1515 ad 1520 indubie totius Islandiæ Nomophylax fuerit, aut saltim ita & a se ipso & ab aliis insigniatur. 2) Absolutio Jonæ Sigismundi, data Videyæ 1516, hujus conspirationis non qvidem expresse mentionem facit, sed implicite sub nomine *prævaricationum & constitutionum contra pacem & leges Ecclesiæ, in Ecclesiæ, Cleri, & Legum Ecclesiasticarum damnum.* Qvæ denominationes qvid aliud notent, qvam hanc conspirationem, difficulter dici potest, cum sententiæ a Jona in Godvinidæ favorem dictæ totam Ecclesiam & universum Clerum ejusqve libertatem & pacem non opugnaverint. 3) Non est probabile Jonam toties diris devotum & omnibus facultatibus exutum post acceptam a Stephano anno 1516 absolutionem, qvæ ei qvam care constiterit, mox dicemus, ad tantas Stephano molestias creandas statim processisse, & hoc modo aperte contra *Juris Ecclesiastici* cap. 22. enormiter peccasse, ideoqve novum anathema & præterea exilii pœnam contraxisse. 4) Omni adversatur probabilitati, tot Magnates, qvot Leidarholmi anno 1517 confluxerant, Jonæ, toties diris devoto, ab officio deposito, & anno præterito a Præfecto & universo dicasterii consessu tam male accepto ut §. 17 retulimus, se ita submittere voluisse, ut eum qvasi caput & coryphæum in re tam magni momenti, seqvi voluerint. 5) Biörnus Godvini ex Dania redux anno (ut videtur) 1514 Gotskalko Episcopo scripsit sententias Sigmundini de suis causis latas, a Rege confirmatas fuisse, velleqve hujus esse, ut Jonas Nomophylacis officium in posterum gerat. Unde seqvitur Jonam id officium in annum 1515 retinuisse. Sed cum Jonas in conspiratione Leidarholmensi Regius Nomophylax vocetur, & Vigfusus Erlendi anno 1515 totius Islandiæ Nomophylax audiat, tandem etiam qvod Jonas hoc anno, ut innuit *Gudbrandus*, Nomophylacis gesserit officium, verosimile est conspirationem Leidarholmensem ad priorem partem anni 1515 pertinere, esseqve omnium Jonæ in hoc officio colophonem; Cum qva conjectura convenit, qvod communiter asseritur, Jonam scilicet post hanc constitutionem peractam, in Daniam emigrasse, & Regem de hoc rerum in Islandia statu certiorem fecisse. Hæc, ut & multo plura, vulgarem Sigmundini chronotaxin nobis valde reddunt suspectam, licet ab ea recedere religioni nobis fuerit, cum Historico non competat qvicqvam mutare ob solas suspiciones, qvamvis sint probabiles.

probabiles. Antiqviorum itaqve ductum semper & ubiqve secuti sumus, nisi cum ab eodem evidens necessitas coëgerit recedere.

§. 23.

Jonam a Stephano Skalholtensi Episcopo, ut §. 21. innuimus, ante annum 1516 diris devotum fuisse certum; Qvod etiam ab eodem anno 1516 absolutus fuerit, ipsius Stephani Codicilli, hac de re editi, dubitare non sinunt. Sed de absolutionis circumstantiis, scil. num bis, an semel ab eo absolutus fuerit? qværi solet, ut & qvando posterior absolutio contigerit? nos qvod respondeamus non habentes, relationes, uti eas accepimus, referemus: Qvarum altera est *Gudbrandi* Episcopi, oculatos testes allegantis notissimum virum Freysteinum Grimi, tum temporis Ögmundi Abbatis, sed postea Episcopi, famulum, & Magnum Vigfusi Brunsmanni filium, ipsius Episcopi tum temporis famulum. Hic refert Jonam post amissum Nomophylacis officium, ab utroqve Episcopo diris devotum, omnibus contemtum, egenum, & ejectum, anno 1516 id consilii sumsisse, ut Stephani Episcopi gratiam supplex imploraret, qvi eum statim ac Skalholtum venit, capi & in fœdum conjici carcerem jussit, in qvo constitutum cogere voluit, ut dictatæ a se confessioni subscriberet, qvæ eadem esse perhibetur, qvam supra Tom. II. pag. 518. exhibuimus, ad qvod Jonas prece aut minis induci non potuit: Cum vero Jonas sex dies in carcere fuisset, Episcopus iter ingressurus, simul ac domo exiit Jonam dimitti jussit: Hactenus ille in prima pro Jona *Apologia* edita 1592. Ille autem ex carcere emissus, Præsulis vestigia Videyam usqve legisse videtur, ibiqve ad eam confessionis formam, qvam hic infra (a) exhibemus, festo Bartholomæi Apostoli anno 1516 absolutus fuit. In eo autem bonus noster Episcopus sibi ipsi non bene constare videtur, qvod hic in *Apologia prima* dicit, ipsum Stephanum autorem esse falsæ illius confessionis & juramenti qvod circumfertur, idqve ex ipsius Episcopi domo in qvartam Occidentalem delatum, ibi sigilla & attestationes accepisse, indeqve in publicum emissum fuisse asserit; Sed in *Apologia tertia*, sedecim annis post primam, id est 1608, edita, hanc falsationem tribuit posteris Biörni Thorlevidæ,

(a) Vid. §. 25.

levidæ, & præſertim familiæ Akrenſi. Qvæ ita conciliari poſſe videntur, qvod prima Epiſcopi formatura, ipſo inſcio & nolente, ad Biörnum Thorleifi delata fuerit, qvi, aut ejus poſteri, nomina teſtium ſubſcribi & ſigillis firmari curarint.

## §. 24.

Alii hanc de juramento hiſtoriam ita referunt, qvod Jonas anno 1517, poſtqvam conjurationem Leidarholmenſem conflaverat, ſtatim in Daniam abierit, ibiqve Regia qvædam Reſcripta in favorem Biörni Godvinidæ, ſuarumqve de ejus cauſis ſententiarum confirmationem, ut & qvædam in ſui ipſius gratiam edicta acqviſiverit Sed cum anno 1518 in Islandiam veniret, Biörnum ex vita exceſſiſſe. Egenum itaqve, contemtum & omnibus inviſum, ad Stephanum confugiſſe, qvi eum tumide acceperit, & abſolutionem plane abnuerit, ni duras illas acciperet conditiones, qvæ in priori confeſſione continentur, easqve jurejurando affirmaret, ſcil. qvod ſciens & volens injuſtas & legibus contrarias dixiſſet ſententias, judicia & conſtitutiones promulgaverit, aliosqve ad idem faciendum induxerit, tam contra leges & privilegia Cleri & Eccleſiæ, qvam in cauſa hæreditaria inter Godviniden & Thorleifiden controverſa, idqve factum volunt anno 1518, cum Stephanus ultima vice Videyæ eſſet. Neutram ſententiam probabilitas plane deſtituit, ſed prior ideo præferenda videtur, qvod *Gudbrandus* Epiſcopus teſtatur ſe in manibus habere, authenticum illud documentum, cum affixo conſveto & omnibus noto Stephani Epiſcopi ſigillo, niſi dicere liceret Jonam bis exſecratum fuiſſe; primo ob ſententias in cauſa Vatnsfiördenſi, & qvod contra Epiſcopi ſententiam de hæreditate Solveigiania decreverit, idqve factum eſſe 1515, utrumqve enim horum excommunicationem meruit; Altera vice autem poſt conſpirationem Leidarholmenſem 1517 qvæ ſummum interdictum (*ædſta Páfabann*) attraxit, & toties etiam abſolutum fuiſſe; ob priores cauſas 1516, ſed poſteriorem 1518. Qvod licet ſit probabile, deſunt tamen legitima teſtimonia; unde hæc in medio relinqvimus.

## §. 25.

Jusjurandum qvod Stephanum Sigmundino aut exprimere voluiſſe, aut eidem a poſteris Biörni Thorleifidæ affictum fuiſſe Gudbrandus Epiſcopus

ſcopus contendit, exhibetur ſupra Tom. 2. pag. 518. Illius autem qvod idem Epiſcopus pro vero & genuino agnovit, tenor talis eſt:

(a) *Stephanus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis, hac noſtra patenti tabula, bonis viris notum facimus, qvod Jonas Sigmundi, qvi vocatur Nomophylax, coram nobis apparens, obtulit obedientiam, pœnitentiam & ſatisfactionem prævaricationum, præcipue ſi qvæ contra Eccleſiam, Clerum, leges & ſtatuta Eccleſiaſtica, injuſte judicando aut decernendo in Eccleſiæ perniciem, contra ejus pacem & privilegia commiſerit, ſed promiſit ſe poſthac velle ei & Clero eadem, ſive pridem, ſive nuper data fuerint, conſervaturum, ſed annihilaturum & revocaturum omnia ſua acta, molitiones, judicia, ſtatuta, & ſententias, qvæ Chriſtianiſmo* (Chriſtendómenum) *impedimentum aut damnum facere potuerint, prout illi ſalvo Regiæ Majeſtatis jure poſſibile ſit, qvod pleno jurejurando* (Bókareid) *præſentibus multis bonis viris, clericis & laicis confirmavit. Qvo facto Jonam Sigismundi ab eo interdicto* (banni) *abſolvimus, qvo eum ligaveramus, ut & ab omnibus peccatis, qvæ in noſtra diœceſi commiſit, ea tamen conditione, ut, qvam primum poteſt, in Holanam diœceſin ſe conferat, & cum fratre noſtro Gotſkalko Epiſcopo, ea qvam ab ejus Gratia impetrare poteſt conditione, in gratiam redeat; Sed templa ingredi*

 *aut*

(a) " Vier Stephan med Guds nád biſkup í Skálholte, giörum gódum mönnum kunnugt
" med þeſſu voru opnu brefe ad Jón Sigmundsſon ſem kalladur hefur vered Lögmann
" kom fyrer oſſ og baud ſig til hlýdne, og ad giöra bót og betran fyrer ſín misferle,
" einkannlega fyrer þad ſem hann hefur broted mót heilagre kyrkiu og klerkdómen-
" um, og kirkiunnar lögum og lagaſetningu í dómum eda úrſkurdum ſem finnaſt
" kann ad hann hafe ólöglega giört og dæmt eda ſamþikt uppá heilagrar kirkiu ſkada á
" móte fride og frelſe kyrkiunnar, og hierefter ſkal hann ſtyrkia og vidhiálpa heilagre
" kyrkiu og halda hennar privilegia ſem þau henne og hennar klerkum hafa gefenn
" vered ad fornu og nýu, enn eyda, ónýta og afturtaka alt þad ſem chriſtenndómen-
" um hefur mátt vera hindrun nockur eda ſkade, af hanns upptektum edur framfylg-
" ingu, dómum eda urſkurdum, efter því ſem framaſt kann ad óſköddum Herra
" Kóngſens rette. Og hieruppá ſór Jón Sigmundsſon fullan bókareid, mörgum gód-
" um mönnum vidverande, bæde lærdum og leikum. Hierefter höfum vier leyſt
" greindann Jón Sigmundsſon úr því banne ſem vier höfum hann ádur í ſett, og af
" öllum þeim misferlum ſem hann hefur ádur í ratad í voru biſkupsdæme, med þeim
" ſkildaga, ad hann fare nordur í Hóla biſkupsdæme efter því ſem hann má mögulega
" vidkomaſt, og fride ſig vid voru kæra bródur biſkup Gotſkalk med því fridkaupe ſem
" hann kann fá af hanns nád, enn kyrkingaungu eda hennar Sacramentum leyfum
" vier

*aut Sacramentum accipere in diœcesi Skalholtina ipsi non permittimus, qvamdiu fratri nostro Gotskalko non est reconciliatus, in qvorum fidem sigillum nostrum his apponimus, scriptis Videyæ, in Crastino Bartholomæi Apostoli anno 1516.*

§. 26.

Jonas, postqvam Videdalstunga, aliaqve ejus prædia ei abrepta fuerant, Enarus itidem ejus filius suis spoliatus erat facultatibus, ita ut egeno patri subvenire non posset, amisso præterea Nomophylacis officio, & mortuo tandem, qvi eum aliqvamdiu sustentaverat, Biörno Godvini filio, ab omnibus desertus, & omnium indigus, lares in villula Krossanes in Vatnsneso sita, fixit, ubi, anno 1520, inglorius in summa paupertate, vitam cum morte commutavit, liberos ante discessum ad sinceram pietatem, & verum solius Dei cultum adhortans, suamqve animam non Sanctis, ut tum temporis mos fuit, sed soli Deo & Salvatori Jesu Christo unice commendans Gotskalkus vero Rafnagili (ut refert Gudbrandus, alii autem Greniadarstödum habent) constitutus, Jonæ mortem audiens suam non procul abesse prophetatus est. Collectis itaqve sarcinis, domum tetendit, nec multo post gravi morbo affligi cœpit, qvi eodem anno die 8 Decembris animam ei eripuit, qvam moriens Sancto Johanni & Bono Gudmundo fideliter commendavit, qvos ut divos tutelares per totam vitam magnopere coluerat.

§. 27.

Fuit hicce Jonas, qva stemma maternum, ex nobilissimis Islandorum familiis oriundus, ingenio acris, animosus, & pro more seculi ad facinora pronus, id enim tum temporis veram nobilitatem qvam maxime ornare & ejus genuina nota esse censebatur. Doctus, pro temporis qvo vixit modo, juris peritus, & eloqvens, ut ex ejus sententiis & constitutionibus patet, obstinax, & semel conceptæ opinionis tenax, elati præterea animi, & nisi ad incitas redactus cedere nescius; Qvæ affectiones & cogitandi

---

" vier hönnum ej í voru Biskupsdæme medan hann hefur ej fridad sig vid vorn kæra
" bródur biskup Gotskalk, og til sanninda hier um setium vier vort innsigle fyrer þetta
" bref, skrifad í Videy in Crastino Bartholomæi Apostoli anno 1516."

cogitandi ratio ejus prosapiæ, ad nostra usqve tempora, propriæ esse videntur. Primus omnium Islandorum de corruptione religionis aliqvid mutire ausus, primus etiam eo nomine ut Hæreticus publice accusatus & condemnatus fuit; Sed unde hanc notitiam in tantis inscitiæ tenebris, hauserit, non dixero, nec facile conjici potest, cum, Jona de solo Deo adorando, missarum & aqvæ consecratæ vanitate, aliaqve nova doctrina aut hæresi, (ut vocabant) in Islandia aliqvid mussitante, Lutherus nondum aliqvid contra Papismum tentaverat. Sed in tantum excreverat Cleri pudenda inscitia, idolomania, hypocrisis & impietas, plebis vero cæcitas, qvæ universum religionis exercitium, & æternæ salutis fundamentum, in vanissimarum vanitatum scrupulosa observatione unice positam putavit, ut sanæ rationis hominibus, modo hæc perpenderent, qvin oculi aliqvatenus aperirentur, fieri non posset. Taceo ipsorum Episcoporum, ad qvorum lyram reliqvi saltabant, superbiam, crudelitatem, avaritiam, mendacia, fraudes, perjuria, falsa testimonia, calumnias, hypocrisin, polypragmosynen, & omnigenam injustitiam, qvæ nunqvam non parati erant exercere, sed omnia catervatim & confertim in unum Sigmundinum effuderunt, unde non mirum, qvod vir, acri pollens ingenio, sed multiplici injuria affectus, in gravissimis afflictionibus, tanti mali veram causam sæpe cogitaverit & investigare operam dederit, tandemqve ad aliqvantulam hanc veritatis cognitionem pervenerit.

§. 28.

Ex hisce Sigmundinæ vitæ reliqviis patet, qvalis non tam seculi, qvam Episcoporum genius & cogitandi methodus fuerit, hic enim videmus Gotskalkum: 1) Ob parvulam offensionem tam implacabile odium in veterem amicum concepisse, ut omnino destinaverit eum totamqve ejus familiam non tantum exinanire, sed per fas & nefas penitus pessundare. 2) Ut id efficere posset, contra conscientiam & manifestam veritatem, falsam consangvinitatem inter Jonam & Biörgam ementitum fuisse, ad eandem probandum alios ad perjurium induxisse, tandemqve innocentes conjuges ob fictas causas condemnasse. 3) Patefactis his sceleribus non pœnituisse, sed aliam sceleftiorem excogitasse nocendi & ad metam perveniendi viam, affingendo matronæ nobilissimæ dudum mortuæ, qvod Ingegerdam ex scortatione cum Sacerdote qvodam genuerit, ubi, ut impudentia & abominatio eo facilius conspiciatur, notari meretur impossi-

 bilitas

bilitas; Helga enim (*Grundar-Helga*) cum maritum fuum amitteret, matrona provectæ ætatis Vatnsfiordi in extrema parte occidentali habitans, Thorfteinus autem Paftor Saurbajenfis in Ejafiördo, provincia ad boream vergente, 40 aut 50 milliaribus diftante, lares habebat; Sed nihilominus, fimplices viros induxit, ut hoc figmentum jurejurando confirmarent, & Clerum, ut Jonam & Biörgam ea propter condemnarent. 4) Non fatiari potuit Jonæ folius ruina & exitio, nifi etiam infontem & mœftam mulierem cum infantibus plane innocuis eidem difperditioni involveret. 5) Tandem etiam Enarum ex alio natum conjugio, & prorfus extra hocce periculum conftitutum, qvin ob fictas caufas perderet, mittere non potuit. 6 Et ut Jonas nullam elabendi viam haberet, alias etiam caufas prorfus effictas ei imputavit, fcil. qvod proprias decimas partim non folverit, partim alienas injufte attrectaverit, Denarium Petri fuffuratus fuerit, prædia aliqvot injufte rapuerit, & id genus alia, qvæ omnia pura puta mendacia erant, ut Jonas authenticis Documentis dilucide probavit, qvæ omnia Epifcopus excogitavit, ut Jonæ hæc opima prædia eriperet. 7) Ob diffamationem de fua Sanctitate evulgatam, fcilicet qvod injufta exercuerit judicia, & qvod ipfe Epifcopus concubinam uxoris loco haberet, & publice aleret, ex qva tres haberet adultos nothos, qvod in aliis taxaret & condemnaret, Jonam ut calumniatorem condemnavit. 8) Qvod Jonam ob hærefin, fcil folius Dei invocationem, in folius Chrifti meritum & interceffionem confidentiam, fed miffarum & aqvæ confecratæ vilipendium, ac id genus plura, ut hæreticum condemnavit, non tantopere mirandum eft, cum id ex fuæ Religionis principiis & acceptis hypothefibus fecerit, qvam qvod tot fceleribus, qvæ cuivis laico, imo circumforaneo, non fimplici modo exiftimationis, fed etiam libertatis jactura & exilio ftetiffent, fe coinqvinare voluerit. Unde patet *Gudbrandi* Epifcopi & *Arngrimi* in Gotfkalkum invectiones, haudqvaqvam immeritas effe, & cum Stephanum Epifcopum nulla horum laterent, fed is nihilominus omnia Gotfkalki judicia & fententias de Jona dictas confirmaret, haud immerito ab *Arngrimo* de eo pronunciatur, *Comment. de Island.* fol. 64, qvod *fimilem cum Gotfkalko clementiæ & juftitiæ laudem reportaverit.*

§. 29.

Sopitæ qvidem cum Gotfkalki & Sigmundini morte funt eorum controverfiæ, fed cum illis ita fepeliri non potuerunt, qvin poft qva-

draginta

draginta annos refurgerent, nam circa annos 1563, 64 nepotum animofitas ab avo hæreditate accepta, injurias ei a Gotfkalko Epifcopo illatas, magnis conatibus, & favente primo fortuna, ultum ibat, plurima enim prædia, qvæ Gotfkalkus fub ementitæ conjugum cognationis & inceftuofæ cohabitationis nomine, avo, aviæ, & Enaro Jonæ filio expreſſerat, Gudbrandus anno 1569 recepit, exceptis duntaxat duobus Hol & Beſſaftader, qvæ hæreditate ad uxorem fuam devoluta tenuit Johannes Biörni Snoksdalenfis, Davidis Gudmundini nepos, cujus uxor fuit Gudruna Olaï filia, Gotfkalki ex filia proneptis. Hic cum præviderat fe hæc prædia amiſſurum fore, parvo pretio ea Marco & Jonæ Olaidis vēndidit, qvi in fe imminens retractionis periculum fufceperunt. Cumqve inceftuofæ cohabitationis prætextum dudum explofum auxilio non fore præviderent, anno 1592 in Dicafterio Generali fex produxerunt Documenta, qvibus probatum ibant, Jonam anno 1492 fratrem fuum Asgrimum occidiſſe, deinde duos fuos liberos propria mana demerſiſſe, Biörgam vero ejus uxorem aliqvando Holis fuiſſe, & Cathedræ bona dilapidaſſe, ob qvæ crimina Gotfkalko his prædiis fatisfecerint. Tabulas hafce, utpote permulta falfitatis manifefta habentes figna, judices qvidem rejecerunt; Sed cum autoribus & ufurpatoribus nec ullam ob tantum crimen infligerent pœnam, nec prædia tam injufte ablata & injuftius retenta fua fententia veris reftituere vellent poſſeſſoribus, fed injuftis ufurpatoribus poſſidenda relinqverent, Præful injuriæ impatiens, anno 1593 libellum imprimi curavit, & alterum anno 1595, qvibus non tantum injurias avo fuo illatas demonftravit, & codicillorum falfitatem graphice depinxit, fed etiam in autores graviter invehebatur, imo judices non leviter perftrinxit, qvæ etfi adverfarios peſſime haberent, ultio tamen ad tempus intra minas & musfitationes ftetit.

§. 30.

Diximus fupra §. 13 Jonam Sigmundi Stephano Epifcopo jusjurandum folviſſe, qvod vulgus diu aliis ejusmodi abfolvendis exprimi folitis, fimile fuiſſe putavit. Tandem autem circa annum 1550 Arnas Gislai filius ejus exemplum adeptus, id anno 1554 ad Regem detulit, ut ex fententia Regia exhibita Tom. 2. pag. 332 liqvet, ubi Jonas dicitur *interpofito jurejurando confeſſus fuiſſe fe judicia, fententias, edicta & conftitutiones*

*tiones, legibus adversa dixisse & promulgasse, Ecclesiæ & Cleri jura læsisse, & contra eorum privilegia injustas dixisse sententias;* Tandemqve *qvod in causa hæreditaria inter Godvinidem & Thorleifidem non tantum injustas tulerit sententias, sed alios etiam induxerit ad idem faciendum.* Qvod licet omnes mirarentur, verum tamen esse putarunt, usqvedum anno 1608 aliud exemplum (a) juramenti Sigmundiani per omnia illis simile, qvæ absolvendi confiteri & promittere solebant, in manus Gudbrandi Episcopi Sigmundini ex filia nepotis incideret. In eo enim promittit *se pœnitentiam facturum, & si qvibusdam judiciis & sententiis Ecclesiæ aut Cleri jura ac privilegia læserit, ea se revocaturum, & posthac nunqvam eorum commodis adversaturum.* Hæc differentia novam Præsuli ansam præbuit avum a perjurio (ut ipse dicit) defendendi, qvare *tertiam* pro eo scripsit *Apologiam*, in qva omnes nervos intendit, ut prius jurisjurandi exemplum, falsum esse ac ementitum demonstret, posterius vero genuinum esse agnoscit. Qva occasione ad priora de avo suo ementita Documenta transgreditur, & in adversarios, nominatim Jonam Nomophylacem & Marcum Olai jam mortuos, acerbe nimis invehitur, aliosqve, qvi ipsi adversati fuerant, non satis honeste tractat. Qvæ etsi magna ex parte aut vera esse potuerunt, aut verisimilia viderentur, difficulter tamen probari potuerunt, præsertim cum emphatica verborum acerbitate proferrentur, qvapropter in jus tractus, & ingenti pecunia multatus fuit. — Longa est injuria, longæ ambages, qvas fusius supra recensuimus.



# VITA BIÖRNI GODVINIDÆ.

(Ad Tom. 2. Per. 4. Sect. 2. Cap. 9.)

## §. I.

*Biörnus* patrem habuit Godvinum Jonæ, Toparcham provinciæ Isafiordensis, matrem vero Thorunnam Biörni Thorleifidæ senioris Divitis (*hinns*

(a) Vid. supra §. 25.

(*hinns rika*) filiam notham, ita, ut Solveiga Biörni filia ejus esset matertera, sed Jonas Dan, Biörni itidem filius nothus, ejus avunculus. Qvapropter Godvinus anno 1494 post obitum Solveigæ, filio suo Biörno, adhuc prætextato, ut unico legitimo hæredi, ejus bona vindicavit, exclusis non modo Solveigæ ipsius legitimis liberis ex Paulo Jonæ, Godvini fratre, susceptis; nam inter Paulum & Solveigam qvarti gradus cognationem fuisse causabatur, sed etiam Biörno Thorleifi, Solveigæ fratris filio, ut & Olai Philippidæ filiis ex Vigdisa Solveigæ filia notha procreatis, hos enim omnes ex incestuoso congressu prognatos esse dixit; conf. supra Tom. 2. pag. 495 & sqv.

§. 2.

Biörnus ad maturam ætatem provectus, & sui juris factus, uxorem duxit Ragnhildam Biarnii filiam, laresqve Ögri ad Isafiördum fixit, tandemqve post patrem Toparcha Isafiordensis exstitit. Brevi autem ei de hæreditate Solveigiana litem movere cœpit Biörnus Thorleifi, qvæ eo processit, ut invicem alter alterum ad tribunal Finnbogi Nomophylacis vocaret. Qvi in Dicasterio Generali anno 1499 causam tam dubiam & tricis involutam discernere non audens, ad Regium eandem tribunal ablegavit (a). Qva sententia utraqve pars (ut videtur) contenta, in Daniam abnavigavit, dictaqve ibidem causa, Regis sententia succumbente Godvinide, Thorleifides eam tenuit; Qvo Regis edicto fretus Finnbogus, ab omnibus reliqvis, tam Pauli filiis, qvam Philippi, & qvibusvis aliis qvi aliqvid ex hæreditate arripuerant, Thorleifidæ restitui debere, pro tribunali edixit.

§. 3.

(a) *Gudbrandus* Episcopus in *Apologia Tertia* pro Jona Sigmundi scripta, & edita 1608, expresse asserit Finnbogum Nomophylacem Godvinidæ sua sententia Solveigæ hæreditatem anno 1499 addixisse, sed Thorleifidæ eandem plane abjudicasse. Qvam controversiam nec solvere nec secare possumus, cum Nomophylacis sententia in extenso ad manus non sit, sed tantummodo aliorum relationes, qvi de hac re scripserunt. Veremur tamen ne bonus Præsul hic aliqvid humani passus fuerit; Nam ea, qvæ ex illa adfert ad suæ assertionis probationem, id tantum dicunt, qvod non ausus fuerit Thorleifidæ hæreditatem adjudicare, qvod etiam de Godvinide dixisse verosimile est, cum causam ad Regis tribunal remiserit.

## §. 3.

His non contentus Biörnus Godvini, non tantum in prædia Vatnsfiörd & Stad in Adalvik, qvæ Thorleifides hoc nomine tenuit, sed etiam in ipsius prædium Reykholas, qvod ipsius pater ei donaverat, armata manu irrupit, omniaqve ibidem existentia rapuit, ipsaqve prædia in suam redegit potestatem; Qvo facinore excitatus Thorleifides, Skalholtum ad Stephanum Episcopum confugit, postulans, ut is ex Legati Pontificis Romani decreto (a) qvod in manibus haberet, de hac causa decisivam pronunciaret sententiam, qvi eam mox duodecim primariis Sacerdotibus ventilandam dedit, qvorum sententia fuit ad Episcopi officium pertinere discretivam dicere sententiam de litigantium legitima procreatione (b), a qva tota de hac hæreditate penderet controversia: Præsul autem hanc sententiam legitimam esse agnoscens, in proximo generali Dicasterio Biörni Thorleifidæ genituram legitimam esse proclamavit, eiqve ideo controversam addixit hæreditatem; Godvinidæ autem eandem, ut & Pauli filiis, utpote in qvarto cognationis gradu genitis, plane abjudicavit. Cui sententiæ ut legitimæ Finnbogus Nomophylax cum duodecim pedariis adstipulatus est.

## §. 4.

Hæc Godvinidæ magnopere bilem movebant, sed ultionem sumere ab Episcopo & Nomophylace res valde difficilis erat, ad Præsulis itaqve acta omnino connivendum fuit, & ea aut tacite contemnenda, aut transgressionibus nihili habenda. Sed ne taciturnitate consentire videretur, cum viginti fere viris, cognatis, affinibus, amicis, & clientibus in tractu

(a) Qvis ille Pontificis Legatus fuerit, facile dictu non est, cum nullius extraordinarii Legati hoc tempore annales mentionem faciant. Opinari itaqve licet, usqve dum certius aliqvid emergit, aut in Legatum qvendam Pontificis in Dania Thorleifiden forte incidisse, & ab eo hoc monitum emendicasse, aut hic intelligendum esse Episcopum Nidarosiensem, Pontificis ordinarium & perpetuum in subjectis provinciis Legatum. De Legatis vide Tom. I. pag. 232.

(b) *Juris Eccl. Island.* cap. 36. "Biskup skal dæma um hiúskap, og allar þær sakir og málavöxtu sem þar hefer til, og þar sem dæma skal hvörsu hvör er getenn löglega &c." Sed hic de legitima generatione Biörni Thorlessonii judicandum fuit, nam de ea controvertebatur, & ab ea lis tota pendebat.

tractu Isafiordensi habitantibus, Finnbogo Nomophylaci litteras scripsit, obliqve in eum invehentes, qvod ille tam injustam pronunciari sententiam passus fuerit, qvæ in incestu genitos contra omnes divinas humanasqve leges ad hæreditates admitteret, legitimos autem hæredes contra omne jus & fas excluderet; Talem jurisdictionem omnino abnuunt & abominantur, & ut ipse eandem emendet, consulunt & monent, qvodsi facere velit, suum in promptu esse subsidium & favorem, sin vero id abnuat, nihil boni a se sperandum esse: Qvibus Nomophylacem nihil respondisse verisimile est (a).

## §. 5.

Hæc controversia Stephano Episcopo, antiqvam de prædio Vatnsfiörd litem renovandi, exoptatissimam dedit occasionem, nam dum partes de illo, aliisqve ejusmodi totis viribus certarunt, ipse hanc præbendam utrisqve eripuit, & postliminio Clero & Cathedræ Skalholtinæ restituit. Anno 1273 Jonas Archiepiscopus Nidarosiensis eam Enaro Thorvaldi ereptam Episcopi potestati subjecerat. Sed Seculo 14, sub peregrinis Episcopis, qvi raro in Islandia fuerunt, aut sicubi adfuerunt, talia non multum curarunt, laici eam sui juris fecerant, & ad hæc tempora constanter retinuerant; Præsul itaqve hanc arripiens occasionem, &

 in

(a) Duodecimviralem hanc sententiam, ut & objurgatoriam illam epistolam Nomophylaci scriptam, agnoscit qvidem *Gudbrandus* Episcopus l. c. Sed dissimulans talem sententiam a Finnbogo dictam fuisse, dicit Biörnum Thorleifi eam ab aliqvo Prætore (qvem non nominat) emendicasse. De Epistola autem ita loqvitur, qvasi ad Finnbogum non fuerit scripta; De ea autem ut publico edicto ab optimatibus injustæ sententiæ opposita loqvitur. Sed in his sine dubio errat, nam Finnbogus nunqvam aperte in controversia hac a Godvinidæ partibus contra Thorleifidem stetit, imo contra Godvinidem censuit, cum Enarum Olai Philippidæ filium ab hac hæreditate excludere vellet, tunc enim Finnbogus censuit Enarum æqve legitimum Solveigæ hæredem esse ac Biörnum, Olaumqve filii sui legitimum tutorem esse. Et hæc forte est illa sententia Finnbogi, qvam allegat Episcopus, ita argumentans: Si Finnbogus Enarum legitimum hæredem agnovit, certe & Biörnum, cum uterqve Solveigam pari cognationis gradu attingeret, & si hos legitimos hæredes agnovit, ergo non Thorleifidem. Hæc autem censuit Finnbogus, anteqvam Thorlevides suam causam agere cœpit, ex eo autem tempore qvo aperte in forum prodiit, Finnbogus ei non adversatus est. Sed hæc scripsisse videtur *Gudbrandus*, ut exemplo Finnbogi viri magni nominis & autoritatis, Sigmundini acta tueretur, qvi Godvinidæ hanc hæreditatem plus simplici vice adjudicavit.

in commota (ut loqvi ſolemus) aqva piſcaturus, duodecimvirale conſtituit concilium, cui hanc litem diſcernendam tradidit, debeatne Vatnsfiordus præbenda Skalholtenſis haberi, an laicorum poſſeſſio; Qvi cognita cauſa unanimiter ſecundum Epiſcopum ſtatuerunt; qvod concluſum Gauto Archiepiſcopus Nidaroſienſis anno 1507 ſuo calculo approbavit. Vide Tom. 2. pag. 350, 351. Huic ſententiæ Thorleifides haud gravatim acceſſit, prævidit enim, ſe eam nec evertere poſſe, nec unqvam ſine Epiſcopi odio & obtrectatione fore, ſi eidem ſe opponeret (a).

§. 6.

Godvinides in pertinacia perſeverans Epiſcoporum de Vatnsfiordo, & politici magiſtratus de hæreditate Solveigiana, ſententias, ne flocci qvidem æſtimavit, denuoqve in Vatnsfiordum irruptionem fecit, qvod Præſulem, ut eum diris devoveret, adegit, aut ſaltim tale qvid minaretur. Nam anno 1508, elatum Biörni animum ita depreſſit, aut fregit, ut Skalholtum ſe conferret, unacum ſuo in omnibus inceptis & facinoribus fidisſimo Achate Thorolfo Ögmundi (b), & Præſuli ſupplex factus, Vatnsfiordum & Stadum in Adalvik ei jurejurando emancipavit, ſancte promittens, ſe omnia inde rapta bona reſtituturum, nec unqvam poſtea Præſuli aut Eccleſiæ adverſaturum (c), qvod etiam Thorolfus eadem religione fecit.

(a) Laicorum primus Vatnfiordum a Clero retractaſſe & ſibi ſubjeciſſe videtur Enarus Erici aut ejus pater Ericus, certe Enarus id tenuit, ibi enim teſtamentum condidit, ibidemqve ſepultus fuit. Vide Tom. 2. pag. 130. Biörnum Hieroſolymipetam ibi lares habuiſſe, ejus generum Thorleifum, nepotemqve Biörnum Thorleifi, tandemqve ejus liberos, nemo dubitat. Sed qvis Biörno Enari de Vatnsfiordo litem moverit, & cauſam ad Archiepiſcopum Vinaldum retulerit anno 1393, non facile dicitur, cum Michaël Epiſcopus talia nec curaret, nec in Iſlandia multum verſaretur, & hoc anno mortuus videatur. Sed Vilchinus anno ſeqvente Cathedram primum aſcenderit. Neſcio itaqve cui id tribui poſſit, ſi non Thorſteino Snorronis, qvi tum temporis diœceſeos Ephoriam geſſit. Sed ut Vinaldi ſententia parum roboris habuit, ita Gautonis valida fuit, nam ab eo tempore hæc præbenda nunqvam in laicorum poteſtatem venit.

(b) De Thorolfo vide ſupra Tom. 2. pag. 521. §. 1.

(c) Hic iterum in devia recedere videtur *Gudbrandus* Epiſcopus l. c. dicens Biörnum Thorleifi, cum Vatnsfiordum a Biörno Godvini recuperare non poſſet, templo prædium donaſſe.

fecit. Sed coacta hæc fubmiffio & obedientia non diu duravit, paulatim enim in Biörnum Thorleifi & Jonam Erici, qvem Præful Vatnsfiordo præpofuerat, & vicinarum Ecclefiarum Præpofitum ftatuerat, excurfiones & rapinas excercere cœpit, præfertim cum Jonas Sigmundinus Nomophylacis titulo auctus, & haud minore odio in Præfulem inflammatus, in ejus contubernium venit, tum enim ignis in cinere latens, in magnum erupit incendium.

## §. 7.

Anno 1513 (ut videtur) (a) Jonas Sigmundi Nomophylacis corufcans titulo, qvem in eum Chriftianus Secundus, Pro-Regem Norvegiæ agens, contulerat, fed nuper in thronum paternum evectus confirmaverat, fe immifcere cœpit caufæ, & cum alibi, præfertim in diœcefi Holana, Jonas tutus non effet, apud Biörnum Godvini ut plurimum hæfit. Cumqve aut ipfe Biörnus, aut Jonas in ejus gratiam, edictum aliqvod a novo Rege emendicaffet (b), Vatnsfiordi ftatim conventum inftituit, de qvo vide *Vitam Sigmundini* § 20.

## §. 8.

Concinnata hac fententia Biörnus in Daniam abiit. Anno autem proximo tria Regis adtulit Refcripta: Unum qvo Rex omnia prædia & bona a parentibus ad eum transmiffa, ei injufte abjudicata ac erepta, fed fingula-



naffe. Sed Godvinidem demum anno 1517 emancipaffe Stephano Vatnsfiördum, ut pacem & fecuritatem hoc modo redimeret. Cum certum fit Stephanum ante annum 1508 Vatnsfiordum jure & judicio retractaffe, ut ex Gautonis Archiepifcopi actis Tom. 2. pag. 350. patet, qvo anno Stephano Biörnus hoc prædium emancipavit; Sed anno 1517 id denuo coactus reftituit. Si enim pacem Vatnsfiordi ceffione emifiet, certe nunqvam ob ejus occupationem diris devotus fuiffet.

(a) Vid. fupra pag. 333.

(b) Sed qvodnam & qvale hoc Refcriptum fuerit, non liqvet. De omnibus autem Refcriptis qvæ ad hanc controverfiam pertinent, notandum eft, qvod fuerint emendicata, & fundata in alterutrius partis relatione, nullum vero ipfius caufæ genuinis fundamentis & veritati fuperftructum, præter unum Regis Johannis, de qvo §. 2. egimus.

ſingulariter prædium Vatnsfiörd, reſtitui juſſit (a); Alterum qvod Stephano Epiſcopo & Vigfuſo Erlendi Nomophylaci injunxit, ut legitime examinent, numne Biörnus Thorleifi juſto jure vendere potuerit Johanni Krucko & ejus uxori Sunnifæ prædium Stad in Adalvik & alia prædia, qvæ ipſis oppignoraverat. Cui mandato anno 1515 ſatisfecerunt, decernendo id ipſi licuiſſe, cum hæc prædia ipſius fuerint peculium (b). Tertio Regis Reſcripto Jonæ Sigmundino mandabatur, ut litem hæreditariam inter Biörnos Godvinidem & Thorlefidem jure diſſecaret. Cui ille libenter obtemperavit, Hvammi enim in Hvammsſveit, ut uterqve compareret, edixit, ubi conſtituto die Godvinides adfuit, Thorleifides autem non comparuit. Qvo non obſtante, Sigmundinus Biörno Thorleifi & reliqvis hæredipetis, univerſam Solveigæ & Jonæ Dan hæreditatem abjudicavit, ſed ſoli Godvinidæ omnia ſarta tecta addixit.

§. 9.

Hac Sigmundini ſententia, qva pari modo in Godvinidæ adverſarios, præſertim Vatnsfiordi occupatores, invehebatur, ut & Biörni perfidia, qvi ei anno 1508 jurejurando Vatnsfiordum emancipaverat, fidemqve ac obedientiam promiſerat, & deniqve Jonæ Sigismundi dudum a Gotſkalko diris devoti (c), judiciis ac ſententiis irritatus Stephanus Epiſcopus,

---

(a) Godviniden cauſam Vatnsfiordenſem bona fide retuliſſe, merito dubitatur, nam qvomodo emancipationem a ſe ipſo factam 1508 & jurejurando confirmatam, palliare potuerit, non video. Veroſimile eſt, eum illam celaſſe, & generalibus uſum fuiſſe terminis, ſcil. qvod Epiſcopus ſibi hoc prædium injuſte abſtulerit, perinde ac in reliqvis, de qvibus dixiſſe videtur hæreditates Solveigianam & Danianam in ſe a parentibus devolutas fuiſſe, cum illæ ejus parentum nunqvam fuerint.

(b) Notandum hoc Vigfuſi Erlendini judicium eſt, & conferendum cum iis qvæ mox dicentur.

(c) Jonæ Sigismundini judicia & ſententias illegitimas & injuſtas eo tempore fuiſſe omnes ideo ſentiebant, qvod Jonas a Gotſkalko Epiſcopo diris devotus fuit & a Stephano excommunicatus. Tales enim ut civiliter & ſpiritualiter mortui æſtimabantur. Qvam autem juſtæ aut injuſtæ ejus ſententiæ fuerint, non dicam, cum ex Regum Reſcriptis de hac re firma ſententia ferri non poſſit, ut ad §. 8. notavimus. Fundamentum, cui ſuas ſuperſtruxit ſententias, fuit: Pontificis diſpenſationem non potuiſſe facere liberos Thorleifi & Ingveldæ legitimos, qvi ante hanc geniti fuerunt, ſed tantummodo poſt

ſcopus, utrumqve primo excommunicavit, & deinde ſolenniter diris devovit, illisqve tabulam excommunicationis a ſacerdote Jörundo Steinmodi filio prælegendam miſit, qvi Biörnum Sudavikæ offendit, ſed mandata perfecturus, a Biörno impetitus, in Sacellum Sudavikenſe confugit, ubi ſe aliqvamdiu obſeſſus continuit, tandem autem mortis metu & minis Biörni adactus, exiens capitur, abſciſſisqve veſtibus, nudus & loris distractus a duobus viris flagellatur, qvibus ſucceſſit vir robuſtiſſimus, nomine Loptus, qvo omnibus adhibitis viribus flagellante, ſacerdos ne gemitum qvidem emiſit; Sed tandem morti vicinus dixiſſe fertur: "Lin "eru högg þín lángi Loptur." Id eſt: *Lenia ſunt verbera tua Lopte longurio.* Qvod audiens Biörnus, viri fortitudinem admiratus, qvi morti vicinus videbatur, miſſum fieri juſſit, diuqve ex inflictis vulneribus decubantem, valdeqve ſaucium, omni humanitatis genere proſecutus, medicamentis fovit, tandemqve large donatum ad herum remiſit (a).

§. 10.

Hæc audiens Præſul Biörno in Dicaſterio Generali, præſente Gotſkalko Epiſcopo, anno 1515 diem ſcripſit, ut Skalholti die Lunæ ante Feſtum omnium Sanctorum, hæc & alias cauſas, qvarum eum accuſavit, defenſurus adeſſet; Qvo cum ventum eſſet, Biörnus non apparuit, unde ei ſolita tergiverſantium multa (*Stefnufall*) ɔ: una marca indicitur: Deinde ob contemtam Epiſcopi & Vigfuſi Nomophylacis præterito anno dictam ſententiam 5 marcarum multa indicitur; Sed flagellatio Jörundi Sacerdotis

poſt contractum conjugium natos. Cum autem nullos poſtea genuerint, ergo priores in inceſtu genitos non poſſe hæreditatem cernere. Qvod nobis valde debile videtur, niſi id in diſpenſatione Papali expreſſis verbis adjectum fuerit; Sed utut ſit, novit certe hic Nomophylax edictum Haconis Norvegiæ Regis, qvod in Cap. 1. Tit. *Erfdatal* legitur: "Ef madur feſtir löglega mey edur konu med hennar liúfum vilia, þá "eru þeirra börn arfgeing, hvört ſem þau ero geten fyrer edur epter feſting." Id eſt: *Si qvis virginem vel viduam ex ſpontaneo ejus conſenſu ſibi uxorem publice proclamaverit, eorum liberi hæreditatis capaces ſunto, ſive poſt, ſive ante proclamationem ſuſcepti fuerint.*

(a) Biörni ingenium ex hoc facinore facile dignoſci poteſt, ſcil: qvod valde temerarius fuerit, nam manus injicere & vim facere dicam ſcribenti, etiamſi ex infima plebe eſſet, capitale fuit. Conf. Chriſtiani I. Edictum Tom. 2. pag. 237, 238. Hic vero Epiſcopi Legatus, officio presbyter, de qvorum jure vid. *Jus Eccleſ. Isl.*

cerdotis (*óbótamál*) capitale facinus esse censetur, ob qvod altera facultatum semis Regio fisco, altera vero Episcopali adjudicatur.

## §. 11.

Qvid inter hosce magnates anno 1516 actum fuerit, non liqvet; Sed, ut qvidam inqviunt, anno 1517 insignis illa conspiratio coaluit, de qva Tom. 2. pag. 469. sat luculenter tractatur, qvare eam hic, ne actum agamus, omittimus, ex ea autem, si vires sumserit, qvanta proventura sibi foret pernicies, probe prævidens Episcopus, collectis 300 armatis in Biörnum proficiscitur (a), ea sine dubio intentione, ut eum caperet, & carceri includeret. Sed cum eum ex improviso & imparatum opprimere non posset, nihil tali apparatu dignum perfecit, nisi qvod sedatiorum ex utraqve parte intercessu factum est, ut Biörnus denuo, non vi coactus, sed ut Episcopo gratificaretur, Vatnsfiordum dedidit. Utrum vero Præsul ei jamjam, an vero paulo post, ob hanc conspirationem diem dixerit, non liqvet, nec qvomodo illa causa acta fuerit, aut qvem habuerit exitum nobis notum est. Id tantummodo ex sententia Skalholtensi dicta 1518 probabiliter colligitur, qvod Biörnus graviter succubuerit.

## §. 12.

Ultimum in Biörnum Episcopus impetum fecit, utriusqve eorum anno emortuali 1518, ægro enim & moribundo Biörno dicam impegit, ut die lunæ ante festum Petri & Pauli Thingvallis præsto esset, dicturus causas,

(a) Ut Biörnus, ob conspirationem contra Episcopum factam, pœnam commeritus fuit, ita & Episcopus ob 300 virorum turmas in eum collectas, nam utrisqve, tam Episcopis, qvam laicis, factiones instituentibus edictum Christiani I. eandem indicit pœnam Tom. 2. pag. 237. Sed videtur Episcopus suam sententiam fundasse in *Jur. Eccles. Isl.* qvod de laicis tantum agit contra Episcopos agentibus, non vero de Episcopis. Sed cum hæc Godvinidæ conspiratio eum tam male haberet, mirum videtur qvod conspirationem Leidarholmensem concoqvere potuerit. Sed vidit vir prudens, qvantas excitaturus foret turbas, si tot magnates aut vi aut devotionibus simul aggrederetur, qvibus parem se non esse cognovit. Præstare igitur, omissis aliis, in Capita conjurationis Biörnum & Jonam Sigmundinum iram & ultionem convertere, & id sub alio prætextu, ne reliqvos complices ad ferendum auxilium in communi causa incitaret; novit etiam, sublatis capitibus reliqva membra qvietura.

causas, qvas ibidem coram Collegio Ecclesiastico ei intentaturus foret, qvo cum ventum esset, licet Biörnus jam diem obierat supremum, Præsul cum duodecimvirali Collegio de eo seqventes dixit sententias:

1) Debere ejus hæredes stare omnibus judiciis & sententiis, qvas Præsul dixerat, qvalescunqve illæ fuerint, de Vatnsfiordo & ejus bonis, de conspiratione contra ipsum facta, ut & illa, qvam qvondam de hæreditate Solvegiana tulerat.

2) Pro qvinqve contemtibus judiciorum Episcopi satisfacerent 25 marcas.

3) Duas in prædium Vatnsfiord violentas irruptiones 24 marcis templo Vatnsfiordensi solvendis, expiarent, Templo Skalholtensi 30 marcas penderent, & Jonæ Ericio 24 marcas. Qvod autem Biörnus fregerit fores templi, & ejus bona inde exportarit, Ericium armis minisqve terruerit, sed ejus domesticos ligaverit, verbisqve & verberibus male multaverit, templo Vatnsfiordensi 26 marcis, Ericio 30 sed templo Skalholtensi 90 marcis hæredes expient. Tandemqve ob rapta templi bona ipsi 12, sed Skalholtensi 30 marcis satisfaciant, omnia qvæ rapta fuerunt, restituantur, pecudes lacturiæ cum legitima usura, reliqva armamenta & jumenta in eodem statu, sed ruta cæsa duplo pendantur.

4) Irruptio in prædium & templum Grunnavikense, templo 18 marcas, Ericio 15, templo Cathedrali 30 marcis redimetur; Sed ob fractas prædii januas & templi spoliationem, ipsi templo 9, Ericio 9, sed Cathedrali templo 30 marcæ solvantur.

5) Qvod Biörnus tam festis, qvam profestis, diebus excommunicatus templa intraverit, sacrisqve interfuerit, aliisqve, ut idem facerent, exemplum præiverit, pendant hæredes pro qvovis anno 76 hundredas (a).

§. 13.

(a) Hunc exitum habuit Biörnus Godvini, vir strenuus & magni animi, sed temerarius, avarus, & contumax, qvi si controversias cum Episcopo non habuisset, hæreditates, qvas appetebat, forte obtinuisset. Sed cum eo exercitæ lites, non tantum has ei abstulerunt, sed hæredibus ejus magnum damnum præterea adtulerunt, ut ex hac in eorum perniciem lata sententia abunde patet, ex cujus tenore, (si observetur, qvod Biörnus integrum triennium excommunicatus vixerat) illis plus 1480 Joachimicis expendendum erat.

§. 13.

Sunt qvi ſcribunt Sigmundinum anno 1517 ſtatim poſt Conventum Leidarholmenſem in Daniam tranſiiſſe, ut Regi Conventionem ibi factam ſiſteret, & ſi fieri poſſet, ejus confirmationem acqvireret, ſimulqve ut de ſua in controverſia hæreditaria pronunciata ſententia Regium expeteret judicium, qvod eum anno 1518 Godvinidæ hæreditatem addicendo tuliſſe perhibent. Sed cum Biörnus, Jona in Islandiam veniente, mortuus eſſet, ipſum ut extorrem & omnium indigum Epiſcopo ſupplicem factum & abſolutionem petentem, eandem Videjæ nactum eſſe, ſed Godvinidæ viduam anno 1519 cauſam hæreditariam Nomophylacis denuo deciſioni ſubjeciſſe. Alii autem affirmant Thorleſiden anno 1519 viduam & liberos Godvinidæ ad cauſam dicendum in foro generali coram totius Islandiæ Nomophylace Vigfuſo Erlendino, citaſſe, qvi eandem perpenſis utriusqve partis Documentis, a nemine, niſi ipſo Rege, diſcerni poſſe cenſuerit, hæc enim pars Regum Chriſtiani I. & Johannis, illa autem Chriſtiani II. in ſui favorem dictas protulit ſententias. Debere itaqve utrosqve ſine mora coram eo comparere, ejusqve deciſionem expetere (a). Cui ſententiæ Godvinidæ vidua paruit, iteratamqve accepit Chriſtiani II. ſibi ſuisqve faventem ſententiam, qvam ut reliqva hujus Regis de hac cauſa edicta, Thorlevides, Epiſcoporum gratia fretus, parum curavit.

§. 14.

Ante mortem Stephani, qvæ qvatuor circiter a morte Biörni menſibus elapſis ſecuta eſt, ejus vidua cum Præſule de mulctis ei indictis qvodam modo tranſegerat, ſed rem non penitus perfecerat, qvare Ögmundus, ejus in officio ſucceſſor, minatus eſt Biörni corpus ſe exhumaturum, & in loco profano tumulaturum fore, ni illa ſine mora ad ultimum usqve obolum mulctas ei indictas ſolveret: Qvibus perterrita minis, ei nobile

(a) Hoc fere modo plurimi hanc controverſiam referunt. Sed ſolus *Gudbrandus* Epiſcopus in Sigmundini *Apologia* 3 paulo aliter. Dicit enim Vigfuſum Erlendi totius Islandiæ Nomophylacem anno 1519 ad Regem totam hanc litem remiſiſſe, ſed ita ut Godvinidæ vidua nihilo minus retineret, qvæ haberet. Qvod vix eſt credibile, niſi idem de altera parte edixerit, ſcil. utraqve pars qvod jam haberet, libere & pacate retineret, usqvedum Rex deciſivam pronunciaret ſententiam.

nobile prædium Hvamm in Hvammsfveit, cum fubjectis villulis, ut & prædium Asgard, ac alias præterea villas eo nomine emancipavit, qvo Godvinidæ corpori fecuram qvietem redemit, fed Epifcopi favorem non ita, qvi totus femper a contrariâ parte ftetit. In ejus enim gratiam anno 1521 Archiepifcopi & Senatus Regni Norvegici, &, ut qvidam volunt, ipfius Chriftiani II omnium, tam Regiorum diplomatum, qvam fententiarum, in Thorlefidæ favorem dictarum Confirmationem acqvifivit: Ei etiam gratificans, totam Jonæ Biörnidæ (dicti Dan) relictam hæreditatem anno 1526 Godvinidæ hæredibus abjudicatam, Thorlevidæ addixit. Qvem Thorlevides favorem ei largiter remuneravit, plurima enim ei & ejus clienti, Jonæ Ericio, Sacerdoti Vatnsfiordenfi hujus hæreditatis prædia, perparvo pretio vendidit. In ejus etiam poffeffionem tranfiit nobile prædium Stadur in Adalvik, cum pluribus villis qvas Thorlefides Johanni Kroko Civi Bergenfi vendiderat. Tentaverat qvidem Godvinides earum retractionem (vid. fupra §. 8.) fed fruftra. Mortuo autem hoc Kroko, frater fuperftes, eas anno 1529 Ögmundo vendiderat, qvas, ut & Vatnsfiord, Hvammum, & Asgard, Johannes Eggerti, Godvinidæ gener, eo, qvem Tom. 2. pag. 226 & 529 retulimus, eventu, retractare conabatur.

## §. 15.

Anno 1526 cum Ögmundus Epifcopus Godvinidæ liberis hæredium Jonæ Dan abjudicaffet, qvod fuit particula feu acceffio magnæ illius, de qva tam acriter contendebant, hæreditatis, pari juris fpecie ab utraqve parte appetita; Torfius Godvini filius, maturam jam adeptus ætatem, Thorlefiden ad Regium citavit tribunal, ad dicendum ibidem hanc caufam & Regis Friderici I. audiendum fententiam; ubi licet Thorlefides non compararet, Rex tamen Torfio hæreditatem addixit, qvo Epifcopi fententia de hæreditate Jonæ Dan elevabatur. Sed cum Torfius in regreffu ad Islandiam moreretur, Regii Codicilli non tantum Ögmundi potentia fuppreffi funt, fed etiam illum hujus conatus perceperunt fructum, ut Præful Torfium mortuum reum ageret, qvod fe coram Rege denigraffet, reliqvos vero ejus affines ac amicos, ut ejusdem criminis confcios accufaret, illisqve hoc nomine haud contemnendam pecuniæ fummam exprimeret. Tandem anno 1530, occafione retractionis prædiorum, qvæ Johannes Eggerti fibi vindicare conatus eft, Nomophylaces Erlendus

Thorvardi, & Thorleifus Pauli cenſuerunt, ut utraqve pars Regi ſe ſiſteret, & ejus ſententiam expeteret, tumqve Johannem Eggerti a parte Godvinidarum apparuiſſe, & ſibi faventem Regis ſententiam nactum eſſe, a veriſimilitudine non abludit, licet id firmiter affirmare non audeamus (a).

## §. 16.

Vivo ac vigente Ögmundo Epiſcopo, Jonas Erici Paſtor Vatnsfiordenſis, multa de Biörno Thorleifi prædia controverſa, tuto, parvo emerat pretio. Sed mortuo Epiſcopo ſeneſcere, & ob Catholicam, cui firmiter adhærebat, religionem vileſcere, ideoqve etiam adverſæ partis injuriis obnoxius eſſe cœpit, qvæ eum multa hæredia injuſte emiſſe, injuſtius vero detinere dixit, ſed cum acqviſita emancipare nollet, Godvinidæ

(a) Hæc etiam aliter refert *Gudbrandus* l. c. ſcribens, cauſam a Torfio anno 1542 ſubjectam fuiſſe ſententiæ Thorleifi Paulini Nomophylacis, qvi ſecundum Torfium pronunciaverit. Torfiumqve mox ea accepta Thorlefiden ad Regium tribunal citaſſe, ibiqve, cum hic non apparuerit, cauſam denuo obtinuiſſe, ſed cum hic in regreſſu moreretur, & ejus mater Ragnhilda omni præſidio orba eſſet, Ögmundi potentiam Codicillos & ſententiam Regiam ſuppreſſiſſe. Sed toto hic errat cœlo bonus noſter Epiſcopus, qvod ipſius pace dictum eſſe volo. Nam: 1) Torfium ante Aſſumtionem Sanctæ Mariæ anno 1530 mortuum fuiſſe patet ex ſententia Ögmundi de eo dicta Holti in Önundarfiord 1530. 2) Ögmundus mortuus fuit anno 1542 tempore Comitiorum, cum Thorleifus Pauli tum de eo hanc Phraſin adhibeat: *Gud hans ſál náði*. 3) Dicit Thorleifum Pauli 1542 adjudicaſſe Godvini familiæ hanc hæreditatem qvod difficulter creditur, cum tum temporis nulla de ea controverſia vigeret, ſed qvaſi deliqvium paſſa dormiret. Anno autem 1530 Erlendus Thorvardi & Thorleifus Pauli confirmarunt ſententiam Stephani Epiſcopi & Vigfuſi Nomophylacis, dictam anno 1515 (vide §. 8) qvæ Godvinidæ ex diametro adverſabatur. Univerſam autem controverſiam ad Regium ablegarunt judicium, ut patet ex eorum ſententia a nobis exhibita ſupra Tom. 2. pag. 259. 4) Si Thorleifus Pauli ſecundum Godvinidas pronunciaverit anno 1542 (ut vult celeberr. Præſul) & ejusdem ſententiæ confirmatio Regia anno 1543 allata eſt, certe Ragnhilda Biörni vidua non potuit dici omni patrocinio orba, cum Giſſurus Epiſcopus, ipſius Regis gratia florentiſſimus, & multis magnatibus carus, eodem anno ejus & Godvinidæ neptim, uxorem ſibi adſciverit. Taceo Thorlacum Epiſcopi fratrem, virum magni nominis, qvi anno 1544 alteram ejus neptim duxit, ut & earum fratrem Eggertum Johannis, aliosqve generos & affines. Sed ut hic ita alibi in hac *Apologia*, vereor ne bonus noſter dormitaverit Homerus, qvod pace magni viri dictum eſſe volumus.

nidæ generi, Sigfusus Brunsmannus, & Biarnus Narfi filius, ut & Johannes Eggerti ejus ex filia nepos, multas ſeni gravesqve intulerunt injurias, nunc enim minis & coactionibus, nunc aperta vi & rapinis, in eum & ejus clientes graſſabantur. Usqvedum Arnas Gislai filius, nepte & Ericii ex aſſe hærede in matrimonium adſcita, injurias, uxoris patruo illatas ulturus, eos anno 1554 ad tribunal Oddi Gotſkalkidæ, nuper jam Nomophylacis officium adepti, vocavit, qvi Anteceſſorum veſtigia legens, eos ad Regium tribunal ablegavit. Cui ſententiæ Arnas parens, eodem anno coram Rege comparuit, cauſamqve eatenus obtinuit, ut prædia qvæ Godvinidæ hæredes Ericio ſurripuerant, recuperaret. Biörno autem Thorlevidæ permiſſum fuit reliqva retinere, usqvedum adverſa pars ſua produceret documenta. Qva ſententia contenti, qvisqve qvod rapuerat retinuit, & a rixis & rapinis tandem ceſſarunt. Ultimus autem colophon inter Arnam & Johannem Eggerti cauſæ impoſitus fuit anno 1560. Conf. Tom. 3. pag. 315.

---

(a) Ut Arnas Giſlavi Biörni Thorlefidæ jus ſuccedendi in paternam hæreditatem, recte derivavit ex Chriſtiani I. diplomate, qvod conjugium parentum ejus Thorlefi & Ingveldæ legitimum eſſe pronunciavit, & Regis Johannis, qvi conſpectis, & perpenſis utriusqve partis documentis, ſententia, qva Thorlefidæ hæreditatem adjudicavit, ita qvomodo conſenſum Friderici Primi allegare potuerit, non percipimus, nam (ſecundum conſtantem hiſtoricorum relationem) hanc hæreditatem Thorlefidæ abjudicavit. Sed utcunqve id ſit, in eo tamen manifeſte errat, qvod Jonas Sigmundi regnante Friderico I. Nomophylax Islandiæ fuerit, contra Thorleifiden ſententiam dixerit, & ab eo ejusdem confirmationem emendicaverit, nam Jonas Sigmundi mortuus fuit triennio anteqvam Fridericus thronum aſcendit, & ſi Fridericus I. aliqvando in hac cauſa ſecundum Thorleifiden pronunciavit, oportet id factum eſſe 1530 aut 31. Qvod nobis non ſit veriſimile, cum nec ipſe, nec per Vicarium præſens eſſet, cum ab adverſa parte ſtare potuerit Johannes Eggerti; Vide ſupra §. 15. Cum tantæ tricæ & errores, etiam in Diplomatibus Regiis, occurrunt, qvid de aliis apographis habendum ſit, facile videbit cordatus Lector, nobisqve eo facilius condonabit, ſi in tantis tenebris hallucinati fuerimus.



# APPENDIX I.

Ad Tom. I. Pag. 176.

Vulgarem Ephocam plebiſciti, qvo Monomachiæ abrogatæ fuerunt, nobis dudum ſuſpectam fuiſſe ex Hiſt. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 176. apparet. Sed ſcrupulum nobis fere ademit Celeberrimorum, in antiqvæ Septentrionalis, præſertim vero Islandicæ, Hiſtoriæ cognitione, regnum qvaſi tenentium Duumvirorum, Torfæi ac Magnæi auctoritas, qvorum Chronologiam in Vitam Gunnlaugi Ormstungæ, unacum dicto libello, Anno præterito nitidiſſima & accuratiſſima editione bearunt Illuſtriſſimi, & noſtram laudem longe ſuperantes, a S. R. M. ad antiqvitates Septentrionales divulgandas delegati Seviri, ſuasqve Vitæ Ormstungianæ adjecerunt Notas & Illuſtrationes longe eruditiſſimas ac accuratiſſimas, qvibus Torfæo-Magnæanam Chronologiam ita approbant, ut eandem non improbent, utpote ad mentem ſcriptoris aptiſſimam, etſi a veritate non parum abcedat, ex qva memorati plebiſciti Ephoca tota pendet, & in ea ſuum habet fundamentum. Qvantuscunqve autem nobis eſt beate qvieſcentium Duumvirorum honor, cui vel minimum qvid detrahere ſummum nobis eſt piaculum. Qvantacunqve etiam veneratione Illuſtriſſimorum Sevirorum auctoritatem & reconditam eruditionem deoſculamur, non tamen potuerunt hi affectus ſemel inplantatam ſuſpicionem penitus ita eradicare, qvin aliqvid mendæ in hac Chronologia adhuc latere putaremus; Unde eam ſub ſeverius examen revocare, non contradicendi aut contendendi pruritus, ſed curioſus veritatis amor nos induxit, qvem autem habuerit is conatus finem, ſeqventia oſtendunt, qvæ pace & bona nominatorum Heroum venia, publico ſiſtere fas ſit.

Anno 985 natus eſt Gunnlaugus Angvilingva (a).

Anno 1000 Gunnlaugus 15 annos natus, commeatum ac peregrinandi veniam a patre poſcens, repulſam fert.

Ab

(a) Anno 981 Illugus Niger in Foro Thorneſenſi cum Thorgrimo Kiallaki filio de dote uxoris ſuæ conflixit, unde patet eum vel 980 vel prius uxorem duxiſſe, & Gunnlaugum naſci potuiſſe anno 985, licet non eſſet primogenitus. De hoc conflictu legenda eſt Eyrbyggia.

Ab anno 1000 ad Annum 1003 nunc domi cum patre, ſæpius vero Borgæ cum Thorſteino agit Cap. 5.

Anno 1003 Skaptus Thoroddi Nomophylacis officium capeſſit. Cap. 5. (a)

Eodem anno Helga Gunnlaugo certa conditione promittitur, ſed non plane deſponſatur: Illeqve jam 18 annorum ad exteros abit (b) primo in Norvegiam & deinde in Angliam.

Anno 1004. 19 habens annos in Anglia hyemat, indeqve per Hiberniam, Orcades, Norvegiam & Gothiam in Sveciam tetendit Cap. 8.

Anno 1005 annos habens 20 in Svecia ſimultatum cum Rafno fundamenta jecit, inde in Angliam tetendit, eamqve ſub autumnum obtinens, in aula Adalradi hyemem transegit. Cap. 9. (c)

Anno 1006, ætatis 21, appetente vere commeatum in Islandiam transeundi

---

(a) Skaptus dicitur Nomophylax fuiſſe, cum ea agerentur, qvæ Author Cap. 5. enarrat, qvod non ad ea omnia extendendum, ex. gr. ad Introductionem Religionis Chriſtianæ, qvæ Anno 1000 facta eſt, cum ille Anno 1003 officium capeſſiverit. Sed tantum ad ea reſpectum habent, qvæ Helgæ Formoſæ deſponſationem cum Gunnlaugo concernunt, qvæ Anno 1003 accidit.

(b) Dubia qvæ huic Hypotheſi opponi poſſunt, ſunt: 1) Mors Sveni Regis & Succeſſio Canuti, in annum 1009 ſecundum hypotheſin Islandicam incidentia, ab Authore Cap. X. pag. 122. memorata, de qvibus mox pluribus agemus. 2) Laxdæla. a) Cædem Kiartani Olavidæ ad annum 1002 referens. b) Dicens Audinum Feſtargram hoc anno navim in Biarnarhöfn ſubductam habuiſſe. Et c) eodem anno ad Færeyas periiſſe. d) Et ſi non eodem anno periit, certe in Norvegiam transfretavit, ut ejus navis Anno 1003 in oſtium Gufarös ſubducta eſſe non potuerit, & conſeqventer Gunnlaugi enavigatio eo anno non facta. Ad qvæ reſpondemus. a) Cædem Kiartani in annum 1002 incidiſſe non negamus, nec b) Audinum hoc anno navim in portu Biarnarhöfn ſubductam habuiſſe. Sed ad c) Abunde reſpondere Illuſtriſſimi Editores hujus Hiſtoriæ pag. 68. Ad d) autem dicendum eſt Audinum hoc anno navim ſolviſſe e portu Biarnarhöfn atqve enavigaſſe, ſed tempeſtatibus rejectum eſſe, & ſub autumnum in portum Gufarös navim ſubduxiſſe. Vel etiam nunqvam Anno 1002 iter in Norvegiam inſtituiſſe, ſed navim tantum obcertas cauſas ex Biarnarhöfn in Gufarös transmiſiſſe; nam talium exempla in Hiſtoriis ubertim occurrunt. Inter alia vide Chriſtni Saga pag. 56. & 64. ubi in uno Thangbrando utriusqve exemplum habes.

(c) Anno 1005 Svenus Daniæ Rex cum parte exercitus domum reverſus eſt ex Anglia, ſed mox cum majoribus copiis rediturus, ut refert Joh. Is. Pontanus Rerum Danic. Lib. 5. pag. 142. Qvod forte timens Adalradus Gunnlaugo abeundi veniam Anno 1006 concedere noluit.

eundi petens, repulsam fert, caussante Rege novum Danorum exercitum hac æstate in Angliam irrupturum. Cap. 10. (a)

Anno 1007 ætatis 22 in Anglia manet ad mediam usqve æstatem, sed cum Dani jam non venirent, accepta abeundi venia in Islandiam revertitur. Cap. 11. (b)

Anno

(a) Hic primum errare videtur Author noster tribuens ea Canuto, qvæ ad Svenum pertinent, hujus enim non vero illius exercitus Anno 1006 Angliæ imminebat, ut ex Pont. l. c. patet. Sed ut in nomine Regis hallucinatur, ita recte dicit, hoc anno nullas e Dania copias in Angliam venisse, ut innuit Pontanus l. c. Ast qvid in causa esse potuit, ut Adalradus sibi Anno 1009 magis a Canuto, secundum hypothesin Islandicam, puero decenni, qvam Anno 1004 (cum Gunnlaugo in Hiberniam Orcades, Norvegiam & Sveciam discedendi veniam daret) a Sveno feroci pirata, duce veterano, exercitatissimo & bellicosissimo, Rege summæ prudentiæ ac auctoritatis, timere potuerit, certe id non facile intelligitur, imo! verisimilius est, eum hac Regum mutatione magnopere lætatum fuisse, & eo libentius Gunnlaugo commeatum dedisse, qvo minus periculum a puero imminere videbatur. Sed esto Gunnlaugum sub autumnum Anni 1008 in Angliam venisse (ut statuit Auctor) & ineunte vere anni 1009 repulsam tulisse! Fac etiam Svenum Regem (secundum Hypothesin Islandicam) hoc anno, sed adulto autumno, ut expresse dicit Vita Olai Crassi Cap. 25. in Anglia mortuum esse, qva fronte Adalradus potuit primo vere causari, Canutum ad vindicandum sibi demortui Patris regnum, hac æstate adfuturum fore, cum pater totam eam æstatem vivens vigensqve magnas res gereret, & tandem post integrum semestre occumberet. Taceo qvod Adalradus secundum Knytlingam Cap. 6. & Olai Regis Vitam Cap. 25. Annis 1008 & —9. ex Anglia profugus, in Flandria exul vixit, ut Gunnlaugo is tum temporis non in Anglia sed in Flandria qværendus esset. Scio eqvidem exoticos scriptores hæc aliter narrare, & mortem Sveni Regis ad 3 Nonas Febr. 1014 referre. Sed si autor noster ex Hypothesi Islandica defendendus est, certe etiam ex eadem judicandus, nam in Anglicana Hypothesi nullum invenit præsidium. Est igitur erronea hæc Autoris relatio, ut & ei superstructa Chronologia, sed ne de re tam perspicua prolixior sim, verbo dicam qvæ sentio.

Autor rationem redditurus, qvæ Gunnlaugum in Islandiam Anno 1006 reverti impediverit (hic enim fuit annus, qvo ex pactis sponsalibus uxorem ducturus se sistere debuit), veram causam nesciens, loco exercitus Danici sub Ducibus Thorkillo & Hemingo adventuri (vide Pont. l. c.), in Islandia parum noti, rem multo celebriorem & omnibus notam, mortem sc. Sveni Regis & Successionem Canuti, de vera Chronologia & rerum externarum ordine non sollicitus, confidenter sed prave substituit. Qvo observato omnia se perbelle habent, & cum rebus in Anglia hoc anno gestis bene conveniunt.

(b) Conf. Pont. l. c. qvi hac de re Autori nostro consentire videtur, dicens: Anno 1007 cum respirare inciperet Anglia, omniaqve essent pacatiora, advenerunt tandem Danorum Duces Thorkillus & Hemingus.

Anno 1008 ætatis 23 cum Patre hyemat sed vere, aut ineunte æstate, sub eo manipuli militum præfectus, Snorronem (Goda) a transitu albis Borgfiordensium arcet, eademqve æstate, cum Rafne in foro freqventissimo (a) confligit, tandemqve sub autumnum enavigat, & seqventem hyemem in Orcadibus transigit.

Anno

(a) Cap. 11. pag. 159. " Þat hefr verit hid þrida þing feolmennast, a mat epter Brennu " Nials, oc þridia (þing) epter heidarvig. " ɔ: *Forum hoc fuit tertium freqventissimum* (id est primum ex tribus freqventissimis) *secundum* (freqventissimum forum) *fuit post incendium Niali, sed tertium post Cædes Heidenses.* Secundum vulgarem Chronologiam, qvam Editio Havniens. 1775. in margine notatam habet, hoc primum freqventissimum forum incidit in annum 1011, in qvem eundem etiam annum, secundum omnes nostros annales & vulgarem Nialæ explicationem, alterum Forum freqventissi- coincidit, qvæ cum Autor sollicite sejungat, confundenda non sunt. Hæc autem confusio nobis ita imposuit, ut scriberemus Hist. Eccl. Tom. I. pag. 176. nos putare Autoris mentem esse hoc Forum fuisse alterum freqventissimum post Niali Incendium, tertium vero post Cædes Heidenses, eumqve numerum non ad ordinem rerum, sed ternam hominum freqventiam spectare, ita tamen ut Nialianum præcesserit, & hocce secundum, vel etiam tertium, fuerit, ut ibidem innuimus. Sed cum freqventiæ Fori Gunnlaugo-Rafniani causa non sit in eorum Historia & gestis qværenda, sed aliunde petenda (nam eorum Monomachia in ipso hoc foro unico tantum triduo, antequam congressi sunt, publico primum nota fuit, ita ut ad eam spectandam nulla alia hominum multitudo confluere potuerit, qvam qvæ ob alias causas ibidem adfuit); Hæc se ultro offert. Anno enim 1008 forum reliqvis freqventius fuisse, verisimile facit Cædes Vigastyri, athletæ notissimi, de qva Eyrbyggia hoc modo loqvitur: " Snorri Godi " bio at Helgafelli, efter þat Christne var lögtekenn â Islande atta vetur. Þann vet " ur bio hann þar sidast, er Styr Magnr hans var drepenn á Jörfa i Flissiuhversi. ɔ: *Snorro Prætor octo hyemes Helgafellum inhabitavit, postqvam religio Christiana in Islandia publice recepta fuit: Eam hyemem ibi ultimam habuit, qva Styr socer ejus occisus fuit Jörsi in Flissiuhversi.* Qvæ verba ab antiqvis Annalium Scriptoribus ita accepta fuerunt, acsi Styr occisus fuerit Anno 1008. ideoqve communiter ad eum referunt, qvam sententiam nos etiam Hist. Eccl. Isl. Tom. 2. pag. 373. secuti sumus, sed in Chronologia Eyrbyggiana, paucos ante annos scripta, re melius perpensa, si non sententiam mutavimus, certe ambiguitatem confessi sumus: Jamqve nobis posterior sententia, scil. qvod Styr 1007 occisus fuerit secundum genuinum verborum sensum planior videtur. Eyrbyggia autem paucis interjectis ita loqvitur. " Þat sama vor for Snorri " i Malabunad efter víg Styrs vid IV hundrad manna. " ɔ: *Eodem vere post necem Styri, Snorro causam praeparaturus, Borgarfiordum petebat IV* (ɔ: 480) *armatis cinctus*, qvorum enumerationem immediate seqvitur. " Þar varo fyrer sunnann ána, " Illugi Svarti, Klepian gamli, Þorsteirn Gislason, Gunnlaugr Ormstunga, oc Þor- " steirn

Anno 1009 ætatis 24 ex Orcadibus in Norvegiam venit. Inde ineunte

„ steinn Þorgilsson ur hafursfiardarey, hann atti dottur Illuga Svarta; margir varo þar „ adrir vyrdingamenn, þeir höfdu meir enn V hundrad manna. „ ɔ: *Stabant a meridionali amnis latere, Illugus Niger, Klepian annosus, Thorsteinus Gislavi, Gunnlaugus Ormstunga, & Thorsteinus Thorgilsi ex Hafursfiardarey, qvi filiam Illugi Nigri in matrimonio habuit, & præter hos multi alii Magnates, plus V··* (ɔ: 600) *militibus stipati.* Unde Snorro a transitu fluvii prohibitus ad vadum Haugsendense, necis autori, ut in proximis generalibus Comitiis causam dicturus se sisteret, dicam impegit. Cum itaqve in hoc generali foro aut vincendum aut succumbendum esset, verosimile est utramqve partem multo aut duplo pluribus stipatam ibi comparuisse, qvæ multitudo unacum aliis, qvi ibidem adesse necessum habuerunt, forum freqventissimum efficere potuit. Rafnum biennio ante Gunnlaugum in Islandiam venisse, ipse Autor noster fatetur, sed de Gunnlaugo, qvod sub Patre Illugo, manipulo cuidam præfectus, ad vada Albis Borgfiordensium adfuerit Anno 1008 testis omni exceptione major adserit Eyrbyggia. Qvid ergo vetat, confidenter pronunciare Gunnlaugum 1008 non in Svecia nec in Anglia fuisse, sed in generali & freqventissimo Islandiæ foro, cum Rafno duellum instituisse, & hoc ipso anno monomachias judiciarias solenniter abrogatas fuisse. Inde etiam seqvitur Gunnlaugum cum Erico Comite in Norvegia fuisse, non 1013 sed 1009.

Nos de hujus assertionis veritate tam firmiter persvasi sumus, ut jam non dubitemus revocare, qvæ his contraria, aut cum illis minus congruentia Hist. Eccles. Tom. 1. pag. 176. scripsimus, cum gordius ille Chronologicus, qvi nos offendit, nodus, penitus jam solutus sit.

Illustrissimis itaqve Seviris Vitæ Gunnlaugianæ Editoribus, nobis nunqvam sine debito honore nominandis, pro summo in nos favore & humanissima de commisso errore admonitione qvam possumus, maximas agimus gratias; hæc enim sola huic qvantulæcunqve veritatis indagationi ansam dedit, nobis enim, ut Historico, nihil veritate prius aut antiqvius est, unde ad nostra, si modo erroris convinci possunt, retractanda, semper sumus paratissimi.

Qvod de monomachiis judiciariis non semel & simul, sed successive abrogatis disqviritur non magni momenti qvæstio est, nec solutu difficilis, nam cum certo certius sit, eas post primam abrogationem, factam, (ut jam demonstratum est) Anno 1008, sæpius in ipso Dicasterio generali, præsente supremo magistratu, & totius regionis Magnatibus, non ab erronibus & de triviis homuncionibus, sed frugi & honestis viris, qvi jus & æqvum alio modo obtinere, aut revera non potuerunt, aut non posse sibi videbantur, & oblatæ & ab adversa parte acceptatæ fuissent, manifestum est eas Anno 1008 aut non cum omnium consensu, aut non tam perfecte abrogari potuisse, qvin postea & indictæ & condictæ fuerint, licet non actu perficerentur, aut supremi magistratus aut Magnatum nunc consiliis, nunc precibus impeditæ essent. Qvi in rem vetitam repetitus nisus, nominati plebiscìti iterationem toties factam fuisse verisimile reddit, inveteratum autem Cacoëthes, etsi nec magistratus auctoritas, nec legum

unte hyeme Rafnum in Sveciam feqvitur, cum eo congreditur, & moribundus in Norvegiam revehitur.

---

gum humanarum rigor, eruere poffet, id ut videtur leges divinæ, id eft Jus Ecclefiafticum, ab Olao Rege circa annum 1020 Iflandis transmiffum, primo aliqva ex parte, fed tandem penitus Ifleifi Epifcopi auctoritas, obtendendo fcil. & inculcando leges humanas divinis femper & ubiqve cedere debere, profligavit; ad ipfius enim tempora hujus cacoethis reliqviæ fuperfuerunt, fi Liosvetn. Saga ullam meretur fidem. Ordalium autem feu judicium Dei (Gudsdomur) vulgo vocatum, qvando in Iflandiam introductum fuerit, incertum eft. Notum ibidem fuiffe anteqvam Gretterus ex ea exceffit Anno 1017 (licet Hiftoriæ id non memorent,) verifimile facit duri, obftipi, & trucis illius athletæ, lacertorum robori & enfis aciei fidere foliti, facilitas, cum periculofiffimæ probationis periculum, a nemine fibi injunctum, ftatim ac in Norvegiam venit, tanqvam antea notum & confvetum, ultro fubire offerret. Sed ut ut fuerit, id tamen certum effe videtur, qvod ut Ordalia ante perfectam Monomachiarum profligationem in ufu effe cœperunt, ita & ea, fi non his ut judicia fuccederent, pro validiffimis tamen teftibus, & ufitatiffima jurandi forma poftmodum habita fuiffe, ut ex qvavis fere feqventis Seculi hiftoria probatu erit facillimus.

Alterum freqventiffimum Forum ab hoc diverfum, dicit Autor fuiffe proximum poft incendium Nialianum, qvod fecundum vulgarem Chronologiam incidit in annum 1010, & confeqventer Forum illud freqvens in annum 1011 qvod ipfius Nialæ calculo cum aliis Hiftoriis & præfertim annalibus collato, aliqvatenus probabile reddi poteft, licet ejus computus & lubricus & hiulcus effe videatur. Afferit enim Cap. 146. Pag. Edit. Hav. 251. " Flofi fkildi utan vera þria vetur." ɔ: *Flofo extra patriam tres hyemes ageret.* Hic fuit confvetus exilii limitati terminus. Vide Nialam Cap. 75. Liosvetninga Sagam Cap. 1. 17. 26. Eyrbyggiam de exilio Thorleifi Kimbi, & Biörni Breidvikenfis, Gretlam & alias complures. Qvod Flofonem fideliter impleviffe Niala afferit Cap. 159. pag. 281. " hafdi hann þá af hende int alla Sætt fina, bædi i Fiege-" öldum og utanferdum." *Tunc omne fuum pactum impleverat, tam qva multarum folutiones, qvam peregrinationes,* fcil. cum (fecundum ejus hypothefin) Anno 1015 e peregrinatione reverteretur. Sed in enumeratione annorum, ftatuit eum primam poft incendium hyemem domi fuæ tranfegiffe, ut & primam poft Forum illud freqventiffimum, in qvo de triennali exilio intra tres annos inchoando pactum iniit. Inchoavit itaqve peregrinationem fecundum Nialæ calculum 1013, cum diferte afferat eum primam peregrinationis hyemem in Orcadibus transegiffe, & 15 ejus affeclas in pugna Briamiana, qvæ fubfeqvente vere 1014 die expiationis pugnata fuit, occifos fuiffe. Æftate hujus anni 1014 dicit eum Romam adiiffe, & inde reverfum hyemem anni 1015 cum Erico Comite in Norvegia verfatum fuiffe, æftate autem ejusdem anni in patriam rediiffe. Cum hic duæ tantum peregrinationis hyemes occurrunt, certe non tres extra patriam egit, nec in hac parte pactum implevit. Reformandus itaqve eft ifte Nialæ computus, & unus annus exilio Flofonis addendus, qvi fi ad initium peregrinationis addatur, talis emergit calculus:

Incendium Nialianum factum eft 1010. Forum illud freqventiffimum 1011.

 Poft

Poſt unum domi transactum annum, Floſo Anno 1012 ad exteros abiit, & aut in Hialtlandia aut Færöis hibernavit, ſed nec in Norvegia nec in Orcadibus, id enim Autor tacite negare videtur, cum expreſſe dicat, eum directe ex Iſlandia in Orcades tetendiſſe. Anno 1013 in Orcades venit, ſuosqve vere Anni 1014 ad Pugnam Brianianam miſit. Eadem æſtate per Galliam & Italiam Romam ivit, ſed inde per ſuperiora Italiæ, Alpes, Germaniam, Holſatiam, & Daniam in Norvegiam reverſus eſt, ubi hyeme Anni 1015 cum Erico Comite transacta, in patriam rediit, impleto univerſo pacto, qvod cum adverſariis fecerat. Qvæ qvomodo a peregrinatore, pedibus iter faciente fieri potuerint, non intelligimus, præſertim cum ipſe Autor addat. " Hann " dvaldiſt vída í borgum, geck fyrer ríka menn, og þag af þeim mikla ſæmd. " ɔ: *In multis urbibus commoratus, Dynaſtas convenit, & magno ab illis honore mactatus fuit*; id eſt tempus duxit qvantum potuit, qvæ cum feſtino & longo itinere, curto tempore perficiendo, ut & ipſius Hiſtoriæ nativa indole minus conveniunt, nobis itaqve ſeqvens conciliatio melius placet.

Incendium factum eſſe 1011, Floſonem ex Iſlandia 1013 exiiſſe, & in Orcadibus hyemaſſe. Ineunte æſtate Anni 1014 religioſam peregrinationem ex Orcadibus inchoaſſe, eiqve integrum annum cum alterius parte aut dimidio impendiſſe, ita ut ex hoc itinere in Norvegiam venerit ſub autumnum 1015, ibiqve hyemem egerit, ſed æſtate Anni 1016 impletis tandem tribus exilii annis in patriam reverſus ſit. Hoc modo enim & ejus aſſeclæ in pugna Briamiana eſſe potuerunt Anno 1014, & tres peregrinationis anni emergunt, & Nialæ auctoritati in omnibus conſulitur, niſi qvod Floſonis hyematio cum Erico Comite penitus perit, nam illum in Norvegia fuiſſe poſt æſtatem Anni 1015, nemo unqvam (qvantum ſcimus) fide dignus Autor aſſeruit.

De tertio freqventiſſimo foro poſt Cædes Heidenſes proximo, qvod hic ſcribamus non habemus, cum id negotium noſtrum opus aut ſcopum non tangat, id tantum dicere licet, qvod aptiſſime in annum 1015 referri, ſed infra Annum 1016 harum Cædium patrationem, deprimi non poſſe putamus. Id etiam hinc tandem emergit (nobis haudqvaqvam diſſimulandum) qvod noſtra conjectura de Erici Comitis nomine, loco Sveni ſubſtituti, jam ut ſuperflua penitus evaneſcat. Sed ſiqvid Autori Vitæ Gunnlaugianæ injuriæ intulimus, talis ipſi non inſveta nominum mutatio excuſat, ſic enim Cap. 5. pag. 62. haud appoſite Thorfinnum de Raudamel, ut Thorſteino Egillidæ prorſus æqvalem adducit, & multo ineptius Pag. 74. ipſum Thorgilſum Thorfinni filium ut Gunnlaugo & Helgæ ætate parem, cum Thorſteinus de Hafursfyrde Thorgilſi filius Thorfinni Nepos, illis fuerit æqvalis, & hoc tempore Gunnlaugi ſororem in matrimonio haberet, Thorgilſus autem Thorfinni filius qvi hic nominatur, jam ut videtur dudum mortuus, dum in vivis fuit, uxorem habuerat Unam Alfi de Dalis filiam, & ex ea exceperat hunc Thorſteinum de Hafursfiardarey (ut ex Eyrbyggia conſtat) qvi Illugi Nigri filiam jam in matrimonio habuit. Hic Thorſteinus Anno 1008 inter ſummos Borgfiordenſium Magnates Snorronem a tranſitu Albis Borgfiordenſium arcentes, nominatus, cum Snorronianis in foro Thorneſenſi Anno 1009 magno prælio congreſſus eſt, jam tantæ potentiæ autoritatis & opum, ut præturam Straumfiordenſem erigere poſſet. Qvæ ætatis inæqvalitas inter Thorgilſum & Helgam etiam ex multis aliis Synchroniſmis & generationis gradibus in Landnama & Eyrbyggia nominatis patet, ut Thorbrandinorum de Karſtadis in Alftafiord, Thorfinni ex filia

filia nepotum, qvi ab Anno 980 ut rebus gerendis maturi, passim in Eyrbyggia nominantur. Itidem Cap. 8. Autor Vitæ Gunnlaugianæ loco notissimi Herois & Comitis Gothiæ Rognvaldi, bis substituit Sigurdum qvendam, qvod Illustriss. Edit. Doctissime correxerunt. Cap. 11. Loco Sveni Daniæ Regis substituit Canutum (ut supra monuimus). Qvi in nominibus error apud plures & qvidem optimæ notæ Autores occurrit, ex. gr. *Hungurvaka*, qvæ in nominibus Paparum sæpius errat: *Isfyrdinga Saga*: qvæ loco Steingrimi de Eyre (nunc Hrafnseyri) vel Krosseyri trans Sinum Arnarfiörd e regione villæ Otrardal in Toparchia Thorskafiordensi, (conf. Landn. Edit. Havn. pag. 54) substituit notissimum heroem Steindorum de Eyri seu Ondverdareyre in tractu Eyrarsveit, intra Toparchiam Thornesensem sita (cujus in Eyrbyggia alibiqve percelebris mentio inseritur), qvod mendum in eruditissimas etiam notas ad Gunnlaugi Ormstungæ vitam pag. 21. irrepsit. Plura de his hac vice addere supervacaneum putamus, cum nec ex Gunnlaugi Vita ullum nec ex Niala fide dignum testimonium de Erici Comitis in Norvegia mansione post annum 1012 peti posse manifestum sit.

Qvid ad Gretlæ silentium de Olai Regis præsentia in Norvegia Anno 1015, respondendum sit, in Chronologia Gretteriana indicavimus, cui addi potest ejusdem Historiæ valde incerta & perplexa Chronologia. Dabimus Chronologiam Autoris Vitæ Olavianæ totam esse artificialem, unde non seqvitur qvod sit prava aut conficta. Qvin! eo certior, qvod Autor omnia ejus hiberna enumerat, ad certa loca alligat, & qvid qvavis æstate egerit, distincte refert, pariter ac Autores Vitarum Olai Tryggonis, Sverreris, Haconis Senioris, Gretteris & aliorum. Dabimus etiam errasse Autorem Vitæ Olai, bina aliqvando hiberna ex unicis faciendo, nam qvi talia præfracte defendit, nil aliud lucratur, (modo error indicetur, & verisimilibus argumentis probetur) qvam qvod, arrogantiæ, contumaciæ & singularitatis notam sibi inurit. Nobis autem sufficit, si, qvam dedimus, Chronologia, ad Autoris mentem adornata invenietur. Sed si Olaus sub autumnum 1015 in Norvegiam venit, & regnum tandem Dominica Palmarum 1016 adeptus est, qvod 1029 amisisse in confesso est, qvid tum Sigvato faciamus Regis aulæ magistro, intimo Consiliario, amico singulari, oculato, testi, & poëtarum Principi, satis sonore canenti: Olaum plenas qvindecim hyemes regno præfuisse, anteqvam caderet. Cui? qvæso, si non Sighvato, hac de re credendum erit? Mortalium impudentissimum fuisse oportet, si id, dum res in omnium memoria adhuc recens fuit, mentiri ausus fuisset, & certe aliqvem veritatis vindicem, qvi eum mendacii coarguisset, exstitisse putamus, cum æmulatio & invidia, qvasi nativus Poëtarum Character fuerit, (qvod non unum docet exemplum), ita ut nihil aliud superfit effugium, qvam aut dicere hoc carmen suppostitium esse, aut consentire, qvod Olaus plenas qvindecim hyemes regnaverit, qvod cum Chronologia Olaviana congruum invenietur, si modo observetur:

a) Qvod Autor Vitæ Olavianæ Cap. 156. data opera notat, & ad constituendam ac recte intelligendam Olai Regiminis Ephocam emphatice inculcat, ejus annos suo statim tempore duplici modo computari cœpisse, aliter enim eos ab Ario Polyhistore & antiqvissimis Historicis, aliter autem a vulgo & proletariis Scriptoribus recentioribus numerari innuens. Arius, enim, inqvit, qvi, qvod scripsit, non solo carmini Sighvatiano debuit, sed relationibus grandævorum qvorundam Olai Coætaneorum, qvi vitam in Arii tempora produxerunt, ipsumqve de rebus in eorum juven-

 tute

tute peractis informarunt, qvarum tantum non oculati testes fuerant, qvales adhuc nominari possunt Hallus Haukdalensis uno tantum anno Olao ætate minor, Thurida Snorronis Goda filia, ei etiam coæva, mulier multiscia & fidelis memoriæ, qvæ ad decrepitam ætatem pervenisse fertur, aliiqve complures, qvi ea tempestate in Historiis, qvarum cor & caput Vita Olai Sancti habebatur, memoriæ fideliter mandandis, & ad posteros propagandis, summum decus & honorem posuerunt. His fultus subsidiis Arius, qvindecim Olai Regiminis annos numerare incepit ab eo anno, qvo unacum Sveno Comite regnum usurpavit, eosqve terminavit, non in emortuali Regis anno, sed vitæ ejus penultimo, cum a subditis renunciata fide & obseqvio regno exutus ex Norvegia profugeret, tempus enim, a qvo ab Upplandiæ incolis æstate 1014 Rex salutatus, & regnum ei adjudicatum fuit, usqve in æstatem Anni 1029, cum incolæ totius regni fidem ei renunciando, penitus eum abdicarent, facit annos fere 15, nam ultimum semestre, qvod in Norvegia degit, a qvo Canutus eam intravit, non regnavit, sed exulis & proscripti instar, huc illuc vagando delituit, usqve sub finem anni 1029 cum penitus profligatus in Moscoviam aufugeret, a qvo nunqvam regnum recuperasse in confesso est, talemqve innuit Autor noster fuisse Arii & antiqvissimorum Scriptorum de Olai Ephoca sententiam. Vulgus autem, inqvit idem Autor dicit Olaum regnasse ultimos, qvos vixit, 15 annos, Svenoqve soli tribuit primam illam hiemem qvæ utriqve communis fuit, cum Olaus ab eo tempore usqve ad mortem Rex (ɔ: Regio nomine gaudens) annos 15 vixerit. Vulgus itaqve seu trivales Historici, qvi carmen Sighvati memoria tenuerunt, & in sola verborum: *Fulla 15 vetur adur felli:* superficie hærebant, regnum ejus ab Anno 1015 ad mortem usqve seu 1530 extendebant, qvasi ultimum vitæ annum pariter ac reliqvos regnavisset, qvo tamen non negabant, eum unam hiemem cum Sveno regnavisse, qvam soli Sveno, sed non Olao tribuebant.

b) Est etiam observandum, qvod Sighvatus Poëta metri causa hic utitur numero rotundo & indefinito, de excessu, aut defectu, initio aut fine, non sollicitus.

c) Eadem etiam de causa adhibet loqvendi modum: *adur felli*, sc. ut alliteratio per f. & geminatum l. responderet voci *fulla*, tales enim licentiæ apud poëtas sunt usitatissimæ. Sensus autem est, eum circiter 15 annos in tota sua vita regnasse, probe enim Sighvatus novit, Olaum regnum non ad finem vitæ tenuisse, id itaqve dicere voluisse, ne aperte mentiretur, cogitandum non est; unde patet nihil certum ex hoc carmine statui posse, nisi qvod 15 annos regnaverit, qvos nusqvam reperies, nisi computum Arianum acceperis, statuendo horum initium in autumno Anni 1014 sed finem in æstate Anni 1029, ut Olaus revera fuerit totius Norvegiæ Monarcha 14 annos & 9 circiter menses aut 10, qvod tempus Sighvatus licentia usus poëtica vocat: *Fulla fimtan vetur*, qvæ licentia eo excusari potest, aut qvod *vetur* non semper apud veteres notat integrum annum, sed tantum hyemale semestre, qvod proprie vocatur *vetur* (vide Liosvetn. S. Cap. 18.); hoc modo enim Olaus plenas qvindecim hiemes, sed non nisi 14 æstates & 3 aut 4 menses in Norvegia vere regnavit; aut qvod ei ultimam etiam æstatem assignat, usqvedum ex regno aufugit; ultimum autem vitæ annum regnavit eodem modo in Norvegia, qvo Christianus 2 in Dania, Jacobus 2 in Anglia, & Ericus Blodöx in Norvegia, postqvam eadem regna amiserunt & ex illis profligati fuerunt. His perpensis, & inter se rite collatis, manifestum erit Chronologiam Olavianam, qvam suppeditat Autor noster, nec a veritate Historica, nec a mente

&

& vero ſenſu carminis Sighvatiani multum diſcedere. Cuinam autem harum hypotheſium, qvas tam operoſe expoſuimus, Arianæ ſcil. ab primo regiminis initio 1014 in ipſa Hiſtoriæ indole, coætaneorum relatione, rerum geſtarum vera ſerie & ad certos annos accommodatione, ut & Sighvati carmine, prout Arius id intellexit fundatæ, an vero vulgari & mere artificiali a monarchiæ initio 1015, itidem qvidem Sighvatiano carmini, ſed modo qvem indicavimus intellecto, ſuperſtructæ plus ſit tribuendum cordati Lectoris judicio permittimus. Si vero concedatur Olaum Anno 1015 in Norvegiam veniſſe, (qvod nos etiam facere parati eſſemus, ſi hoc modo diſſentientium conciliatio parari poſſet, hæc enim ſeu veritatis indagatio, non vero contendendi pruritus noſtræ commentationis ſcopus eſt) Gretteris de Olai in Norvegiam adventu Anno 1014 inſcitiæ qvodammodo ſubvenitur, ſed Floſonis cum Ericio Comite converſatio non ſtabilitur, cum ejus in Norvegia hyematio in annum 1016 incidat. Ab annis Haraldi Sigurdini, nullum (ut puto) ſtringens aut apodicticum, ſed ſubſidiarium tantum argumentum peti poteſt, & qvod utriqve parti par fere auxilium adfert. Annorum enim ætatis computandi modus valde fuit diverſus, cum unus annos integros a natali ad natalem, alter hyemem pro integro anno, tertius annum inchoatum & qvartus Natalem Chriſti pro uno anno numerarent, qvo pacto altera ex binis perſonis natis die 13 Octobris Anni 1015, potuit 20 Aprilis 1018 dicere ſe triennem, altera biennem, & qvi vixerant 13 menſes & anniculi & bimi dici potuerunt. De Haraldo autem dicitur qvod Anno 1018 triennis, 1030 qvindecennis, & 1066 qvinqvagenarius fuerit, qvæ obſervata mox memorata numerandi diverſitate, qvodammodo conciliari poſſunt. Theodorici Monachi teſtimonium de 15 Erici Comitis cum Sveno communibus imperii annis in Norvegia ſe ipſum evertit, cum etiam det Sveno & Haconi biennium, & Olao tantum 13 annos relinqvat, licet nihilo ſecius eum 15 annos regnaſſe, & 1029 occubuiſſe perhibeat, cum talia ſtatuere, ſit veritatem Chronologicam nullius penſi habere, & imis ſumma miſcere.

Ex dictis ſat ſuperqve patet, nullis adhuc apodicticis argumentis ex noſtratium Hiſtoriis depromtis refutatum eſſe Olaum in Norvegiam veniſſe Anno 1014 cui perfecte conſentit Joh. Iſ. Pontanus Rer. Dan. Lib. 5. pag 147. expreſſe dicens Olaum Anno 1014 Norvegiæ regnum accepiſſe & pag. 148. Canutum 1014 cum Olao Norvegiæ Rege fœdus iniiſſe. Claudimus itaqve hanc commentationem tribus tantum verbis de noſtra Conjectura, Hiſt. Eccl. Tom. I. pag. 77. *Sed num a patre, num vero a filio evocatus fuerit.* Cujus ſenſus non eſt, qvod Ericum Comitem cum exercitu bis in Angliam trajeciſſe putemus, id enim in noſtratium ſcriptis licet non plane negetur, omni tamen caret fundamento. Sed cum videremus Anglorum aſſertionem de Sveno in Annum 1014 vitam producente noſtratium relationibus refelli non poſſe, eos autem conſtanter aſſerere Ericum a Canuto evocatum fuiſſe Anno 1012, & ipſum hoc anno e Dania in Angliam cum exercitu trajeciſſe, in mentem nobis venit has relationes forte conciliari poſſe, ſi ſtatueretur, Canutum a patre Anno 1012 cum exercitu aut ſupplementis, e Dania in Angliam accerſitum fuiſſe; Illum enim vivo adhuc patre exercitus parti præfuiſſe, & res in Anglia geſſiſſe, certum eſſe putamus, licet Noſtrates id non agnoſcant, cum falſa decepti perſvaſione, qvod poſterioris uxoris Sigridæ Imperioſæ filius fuerit, atqve ita obſtante puereli ætate rebus gerendis maturum fuiſſe impoſſibile duxerint, præſertim cum Svenum Anno 1009 obiiſſe ſtatuerint.

Canutum

Canutum itaqve a patre accersitum, & eo jubente, aut precibus filii victo permittente, Ericum evocasse, ut ejus conversatione & consiliis uteretur, ut & virtute ac peritia militari suffulciretur & institueretur, sibiqve hoc modo aliqvid nominis & auctoritatis acqvireret, qvasi qvi per se aliqvid gerere potis, non totus a patris & ejus Ducum qvasi pædagogorum peritia & consiliis penderet, verosimile putamus. Comitem paruisse, & in Anglia nunc sub & cum Canuto, nunc sine eo res gessisse liqvido constat, qvæ nostrates Ericio dediti, & Canuti, qvi mox potentissimus evasit, nomen venerantes, Sveni, cujus auspiciis omnia gerebantur, prorsus obliti, illis tribuerunt. Plures qvidem tradunt Comitem post unius anni mansionem in Anglia, religiosæ Romam peregrinationi accinctum uvæ sectione periisse, qvidam autem qvod Roma reversus, aut uvæ sectione aut aliis Regis technis sublatus fuerit, sed qvando id acciderit, non exprimunt. Qvæ de Ericio variantes lectiones, faciliorem nostratium cum Anglicanis Scriptoribus in diversa etiam abeuntibus, conciliationis viam facere verisimilius est, qvam si omnes cujusvis partis asseclæ, eidem, sed falsæ insisterent viæ, nam uni omnia non danda esse, res ipsa clamat. Gestis autem Erici in Anglia nihil detrahitur, utrum sub Canuto, vivo adhuc Sveno, an eo mortuo, patrata fuisse dicantur, præsertim cum velitationum, pugnarum, obsidionum & expugnationum urbium, tempora, modus & circumstantiæ, imo duces ipsi, & factorum Autores ob relationum varietatem dubia sint ac incerta. Et qvid aliud ab iis sperandum sive Angli sive Islandi fuerint, qvi ducentis vel etiam trecentis elapsis annis, sua, traditionibus tantum majorum superstructa, litteris mandarunt. Oleum itaqve & operam perdunt, qvi de talibus pugnant; nam ut Islandi Snorro Sturlæus, Knytlinga, Chronica, Fagurskinna, Morkinskinna, Codex Flateyensis & alii, ita diversa sæpe tradunt ut conciliari neqveant: Sic etiam Angli Knigthon, de Diceto, Dunelmensis, de Riewallis, de Thorn, & reliqvi, diversissima sæpe de eadem re referunt. In talibus itaqve & tam antiqvis sufficere videtur, si summa rerum capita recte expiscari possint; longe autem alia est ratio, ubi antiqvissima poemata, coævorum Autorum relationes, Regum ac magistratuum Diplomata, aut irrefragabilia antiqvitatis testimonia adsunt, vel ex ipsa rerum natura fluentes conseqventiæ ac probabilitates, qvibus etiam, ubi firmiora haberi non possunt testimonia, multum tribuendum esse censemus. Sed incerta Anglorum per æqve incerta Islandorum & viceversa, aut probare aut refellere, nec Lectori nec Historicæ veritati ullum adfert emolumentum.

# APPENDIX II.

*Ad Tom. II. Pag. 372. nota (a).*

2) Germani hoc tempus ſingulari vocabulo *Karwochen.* — Si qvem offenderit qvod ſcripſimus lingvam illam, qvæ poſtmodum Danica vocabatur, antiqviſſimis temporibus plerisqve gentibus cis-rhenanis communem fuiſſe, obſervetis qvæſumus, nobis ſermonem eſſe, de ea Germaniæ parte, per qvam antiqvi illius Odini progenies diſperſa fuit, hanc enim eadem ac Dani, ex altero Odini filio oriundi, uſam fuiſſe loqvela, & ad poſteros propagaſſe, putamus, ita ut illa apud varias Germaniæ nationes, diſtincta variis dialectis, usqve ad Caroli Magni tempora viguerit; Qvod ut credamus nos præter alia haud contemnenda argumenta induxit Eiginhartus, ipſius Caroli Magni gener & Secretarius, cujus verba apud Boxhornium Hiſt. Univerſ. pag. 447. ita ſonant. " Deinde omnes barbaras & feras nationes, qvæ inter Rhenum & " Wiſtulam fluvios, oceanumqve & Danubium poſitæ, lingva qvidem pæne ſimiles, mo-" ribus vero atqve habitu valde diſſimiles Germaniam incolunt, ita perdomuit ut eas tri-" butarias effecerit." Qvæ verba cum grano ſalis accipienda, & non ut jacent, ſed ut veriſimilitudo poſtulat, explicanda ſunt, ſcil. qvod Carolus Magnus, omnes illas gentes perdomuerit, & tributarias fecerit; Germanicas autem gentes inter Rhenum & Wiſtulam ab illo domitas, lingva pæne ſimiles fuiſſe, licet habitu eſſent & moribus diſſimiles; & hoc modo intellectum, magni momenti eſt (modo ſit genuinum & non ſuppoſititium), utpote profectum a viro docto ipſius Imperatoris Secretario & aſſiduo comite, qvi rerum de qvibus ſcribit & auritus, & oculatus, teſtis fuit; dicit autem nationibus ad borealia Rheni & Wiſtulæ latera ſitis, qvas alibi Saxones vocat, ſimilem pæne, ſed non eandem, fuiſſe lingvam, id eſt, licet variis uterentur dialectis, eas tamen non tam diſſimiles fuiſſe, qvin una alterius mentem ex loqvela percipere potuerit, modo attente auſcultarentur, licet non omnia verba perfecte intelligeret. Pari fere modo ac Iſlandi hodie Danorum Danice loqventium mentem habent, licet non omnia verba perfecte intelligant, & vice verſa. Sed utcunqve hæc fuerint, id certum eſt, qvod non tantum in legibus Ripuariorum, id eſt gentium ad boreale Rheni latus habitantium, ſed etiam in Gloſſario ipſi Carolo Magno attributo, qvod Boxhornius l. c. pag. 450 ſeq. exhibet, multæ inveniantur voces mere Danicæ aut Iſlandicæ, primogenium & nativum illum ſenſum retinentes, qvem in antiqviſſimis Iſlandorum ſcriptis habent, qvod documento eſt, antiqvam lingvam ſeptentrionalem his populis qvondam notam fuiſſe. Qvi autem de his plura cupit, adeat Pauli Widalini Tractatum de lingva Danica, ab Illuſtriſſ. Societ. Dan. ad evulgandas hiſtorias in Legato Magnæano exiſtentes, inſtituta, Havniæ 1775 ad calcem Vitæ Ormstungianæ editum, & eruditiſſimis additamentis adauctum, nulla enim, qvæ ibidem præſertim pag. 230 & ſeqv. adferunt heroes Eruditiſſimi, ſi recte accipiantur, huic aſſertioni contraria ſunt, ut cordatus Lector, qvi rem ſobrie perpenderit, ipſe videbit.

# APPENDIX III.
## Supplementum ad Vitam Biörni Godvinidæ Tom. IV.

Biörnum cum affine suo Jona dicto Islending, Solveigæ Biörni ex Jona Thorlaci filio notho, controversiam habuisse de prædiis qvibusdam, qvæ Solveiga Anno 1510 hisce suis nothis, Jonæ scilicet & ejus sororibus testamento reliqverat, sed Stephanus Episcopus Anno 1511 sua sententia illis addixerat; inde patet, qvod Biörnus, hanc Episcopi sententiam & ipsum testamentum nihili habens, sibi legata prædia vindicavit, qvod non ferens Jonas Islendingus, in prædium Eiri in Seidisfiord, ad Biörnum pertinens, irruptionem fecit, & qvæ auferri potuerunt, spoliavit, qvapropter Biörnus ei diem dixit, tandemqve Anno 1514 ob hanc aliasqve causas, juxta Legum Islandicarum Tit. *Thingfara B.* Cap. 9 ad tribunal Nomophylacis Jonæ Sigmundini Mardarnupi in Toparchia Hunavatnensi lares habentis vocavit. Ubi Jonas Sigmundi gravissimam de Jonæ Islendingi delictis pronunciavit sententiam, cujus summa fuit, ut ejus bona proscriberentur ipsi utem aqva & igne interdiceretur. Sed cum Islendingus hicce bona sua retinens, Saudlauksdali vixerit usque ad annum 1533, manifestum est, hanc Sigmundini sententiam nunqvam exsecutioni datam fuisse, unde etiam Sigmundinum Anno 1514 supremum gessisse magistratum, & Mardarnupi, non vero apud Godvinidem domicilium habuisse patet, qvod facillime cum Vita Sigmundini §. 16. conciliari potest. Biörnum autem Anno 1516 a Stephano absolutum fuisse, & præscriptas pœnitentias exantlasse, qvidam scripserunt: Qvod si verum esset, oporteret eum tertia vice excommunicatum & diris devotum fuisse Anno 1517, qvod egregie cum illis convenit, qvæ de Sigmundino scripsimus §. 24. qvosdam asserere, scil. conspirationem Leidarholmensem in Annum 1517 incidisse, & utrumqve Biörnum & Jonam eodem anno denuo diris devotos fuisse, Jonam itaqve utriusqve vice ad exteros abiisse hoc anno, sed 1518 in patriam reducem, mortuo jam Biörno, supplicem a Stephano absolutionem petiisse, & inde in diœcesin Holanam cedentem, vitam Kroffnesi clausisse; qvod autem iidem scribunt Biörnum 1517 obiisse, consistere non potest, cum mortem ejus in priorem æstatis partem anni 1518 incidisse certum sit.

INDEX

# INDEX I.

## PERIODORUM SECTIONUM ET CAPITUM S. CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

## TOM. I.

### PERIODUS I.

Ab anno 874 ad annum 1056.

CAP. 1. *De Islandiæ situ, & an sit Veterum Thule.* pag. 1

2. *De primis Islandiæ occupatoribus, eorumqve religione.* pag. 5

3. *De qvibusdam Aboriginibus, qvi Christiana religione erant imbuti.* pag. 35

4. *De prima Evangelii annunciatione per Fridericum Episcopum & Thorvaldum Kodrani filium Islandis facta.* pag. 41

5. *De Thorvardo Bödvari filio.* pag. 48

6. *De secunda Evangelii annunciatione Islandis per Stefnerum Thorgilsi filium facta.* pag. 50

7. *De tertia Evangelii annunciatione Islandis per Thangbrandum facta.* pag. 53

8. *De Hialltone Skeggonis & Islandis qvibusdam in Norvegia conversis.* pag. 57

9. *De qvarta Evangelii annunciatione Islandis per Gissurum & Hialltonem facta.* pag. 60

*CAP.* 10. *De variis ſtatum eccleſiæ & religionem concernentibus. pag.* 73
11. *De viris celebrioribus qvi hoc temporis tractu floruerunt. pag.* 86

## PERIODUS II.

Ab anno 1056 ad annum 1268.

### SECTIO I.

De forma reipublicæ & regimine eccleſiaſtico, ſtatu religionis & rituum, re literaria & literatis.

*CAP.* 1. *De forma reipublicæ, regimine eccleſiaſtico, ſtatu religionis & ritibus. pag.* 101
2. *De ſtatu rei literariæ & literatis. pag.* 190

### SECTIO II.

De Archiepiſcopis & Cardinalibus, qvi Eccleſiæ Islandicæ commoda hoc tempore promoverunt.

*CAP.* 1. *De Archiepiſcopis Bremenſibus. pag.* 219
2. *De Archiepiſcopis Lundenſibus. pag.* 222
3. *De Archiepiſcopis Nidaroſienſibus. pag.* 223
4. *De Cardinalibus Romanis qvi commoda eccleſiæ Islandicæ hoc tempore promoverunt. pag.* 231

### SECTIO III.

De Epiſcopis Skalholtenſibus.

*CAP.* 1. *De Isleifô, primo totius Islandiæ Epiſcopo. pag.* 262
2. *De Giſſuro Isleifi filio, ſecundo totius Islandiæ Epiſcopo. pag.* 267
3. *De Thorlaco Runolfi filio. pag.* 272
4. *De Magno Einari filio. pag.* 276
5. *De Klango Thorſteini filio, pag.* 280

CAP. 6. *De Thorlaco Sancto, pag.* 287
7. *De Paulo Jonæ filio, pag.* 300
8. *De Magno Gissuri filio, pag.* 307
9. *De Sigurdo Thettmari filio,* 314

## SECTIO IV.
De Episcopis Holensibus.

CAP. 1. *De Jona Sancto, pag.* 320
2. *De Ketillo Thorsteini filio, pag.* 327
3. *De Biörno Gilsi filio, pag.* 329
4. *De Brando Sæmundi filio, pag.* 330
5. *De Gudmundo Bono. pag.* 335
6. *De Botolpho, pag.* 361
7. *De Henrico Caroli filio, pag.* 363
8. *De Brando Jonæ filio, pag.* 368

## PERIODUS III.
Ab anno 1264 ad annum 1400.

## SECTIO I.
De mutatione regiminis Islandorum, Regibus Norvegiæ eorumqve in Islandia Satrapis, & Archiepiscopis Norvegiæ.

CAP. 1. *De mutatione regiminis, pag.* 373
2. *De Magno Hakonis filio, Lagabæter, pag.* 382
3. *De Erico Magni filio, Prestabatare, pag.* 399
4. *De Hacone Magni filio, Háleggr, pag.* 415
5. *De Magno Erici filio, Smeck, pag.* 423
6. *De Hacone Magni filio, pag.* 438
7. *De Olao Haconis filio, pag.* 439

CAP. 8. *De Margareta, pag.* 440
9. *De Archiepiscopis Nidarosiensibus. pag.* 443

SECTIO II.
De statu ecclesiæ interno.

CAP. 1. *De statu Ecclesiæ & religionis, ritibus & regimine ecclesiastico, pag.* 537
2. *De re literaria & literatis. p.* 580



TOM. II.



SECTIO III.
De Episcopis Skalholtensibus.

CAP. 1. *De Arna Thorlaci filio, sive Stada-Arna, pag.* 1
2. *De Arna Helgonis filio, pag.* 55
3. *De Jona Halthoris filio, p.* 61
4. *De Jona Indridi filio, p.* 97
5. *De Jona Sigurdi, p.* 99
6. *De Gyrdero Ivari filio, p.* 102
7. *De Thorarino, p.* 116
8. *De Oddgeiro Episcopo, p.* 122
9. *De Michaële, p.* 132
10. *De Vilchino, p.* 134

SECTIO

## SECTIO IV.

De Episcopis Holensibus.

*CAP.* 1. *De Jörundo Thorsteini filio. pag.* 141

2. *De Audino Rufo, p.* 154

3. *De Laurentio Kalfi filio, p.* 169

4. *De Egillo Eyulfi filio, p.* 192

5. *De Ormo Aslaki filio, p.* 196

6. *De Jona Erici filio, Calvo, p.* 202

7. *De Petro Nicolai filio, p.* 216

# PERIODUS IV.

Ab anno 1400 ad annum 1550.

## SECTIO I.

De externo rei publicæ statu, Regibus Daniæ eorumqve in Islandia Satrapis, & de Archiepiscopis Nidarosiensibus.

*CAP.* 1. *De Erico Pomerano. pag.* 225

2. *De Christophoro Bavaro. p.* 229

3. *De Christiano I. p.* 230

4. *De Johanne, p.* 242

5. *De Christiano II. p.* 251

6. *De Friderico I. p.* 263

7. *De Christiano III. p.* 272

8. *De Archiepiscopis Nidarosiensibus, p.* 339

## SECTIO II.

De interno statu ecclesiæ, doctrina, ritibus, re literaria & literatis.

*CAP.* 1. *De statu ecclesiæ & religionis, aliisqve eo spectantibus, pag.* 353

2. *De re literaria & literatis, p.* 389

SECTIO

## SECTIO III.

### De Epiſcopis Skalholtinis.

*CAP.* 1. *De Jona, pag.* 465
2. *De Arna Munifico, p.* 466
3. *De Jona Gerechini, p.* 471
4. *De Gotſvinno, p.* 475
5. *De Marcello, p.* 478
3) Qvod *Eyrbyggia-Saga* Gunnlaugum qvendam Ormstungam inter eos optimates numeret, qvi Snorrium Pontificem anno, ex *Tuo* calculo, 1008 à transitu Albis Borgfiördensis prohibuerunt, me minime latuit, cum eandem historiam (*l*) ipse retulerim. Ideo vero induci non potui, ut nostrum intelligerem. Hunc enim, utpote juvenem, in familia paterna, adeoqve sub potestate patria adhuc constitutum, & nondum sui juris factum, inter principes territorii, ætate pariter ac auctoritate pollentes, collocari, patre præsertim vivo ac præsente, incongruum, & à moribus veterum alienum, atqve ideo scriptore satis accurato, qvalis *Eyrbyggia-Sagæ* autor est, indignum, visum est. Hinc oportere censui alium qvendam intelligi, eodem cum Gunnlaugo nostro, ut olim sæpius usu venit, nomine & cognomine gaudentem; isqve se ultro obtulit, Gunnlaugus nempe Ormstunga, avus Illugii maternus, nostri vero Gunnlaugi proavus. Nec temporum ratio obstitit. Si enim computemus Gunnlaugum hunc seniorem anno 920 natum esse, & 20 annorum fuisse, cum filia ejus Thorida Dylla nata est, 40 vero cum ea Illugium Nigrum peperit, tandemqve 60, cum Illugius matrimonium contraxit, (qvæ temporum intervalla plus satis sufficiunt), anno 1008 annum ætatis 88 supergressus non erat; qva ætate eum valetudine & viribus tam firmis esse potuisse,

(*k*) Cap. 113—124. p. 172—191.

(*l*) Ad Gunnl. Vit. not. 8. p. 9.

potuiſſe, ut exercitui non ita longe a villa ſua (Gunnlaugsſtadis enim ad meridiem Thveräæ, ſecundum *Libr. Origg. Islandiæ* (*m*) habitavit) collecto, ſi non confligendi, attamen conſulendi cauſa, intereſſe potuerit, ſimilia permultorum, non antiqvi ſolum, ſed recentioris etiam, & in his nonnullorum noſtri ævi grandævorum exempla facile ſvadent. Ulterius adhuc idem confirmant ſynchroniſmi in *Libro Origg. Islandiæ* (*n*) indicati, & à me ex parte ad calcem *Gunnlaugs-Sagæ* (*o*) in Tabulam genealogicam redacti. Ex his enim Gunnlaugus hicce Ormstunga ſenior, ſecundum generationum numerum ab Illugio Nigro ſurſum computatum, Hroſkeli ſynchronus evadit. Hroſkell, ſecundum *librum Originum* (*p*), Arinbiörni Duci juniori, Thoreris filio, coævus erat, utpote ex matertera Arinbiörnis natus. Atqvi Egilli Skallagrimi filio, eidem Arinbiörni etiam coævo, qvi diu ante annum 920 natus, ad finem fere ſeculi ætatem produxit, eas ad extremum uſqve vitæ fuiſſe corporis vires, ut militiæ & armis, ſi oculi non caligaſſent, vacare poſſet, *Egils-Saga* edocet. Unde certe nihil abſurdi vel inauditi emerſurum prævidere potui, ſi idem de prædicto Gunnlaugo admitteretur. His argumentis ductus ab initio dubitavi, & adhuc vehementer dubito, confidenter pronunciari poſſe, Gunnlaugum noſtrum juniorem Illugii filium anno Chriſti 1008 non in Svecia, nec in Anglia, ſed in Islandia fuiſſe. Primo enim prædictum *Eyrbyggia-Sagæ* teſtimonium vel ideo hac in re omni exceptione majus habendum non videtur, cum tam de proavo ejus, ut nuper indicavi, qvam de alio qvodam ejuſdem nominis & cognominis, licet aliis noſtratium hiſtoriis ignoto, intelligi poſſit. Deinde neqvaqvam probabile eſt, autorem *Vitæ Gunnlaugi noſtri* ignorare id potuiſſe, ſi hic controverſiæ adeo celebris & vulgo olim notæ, qvalis illa de cæde *Viga-Styris* erat, partem feciſſet, cum res etiam minimas, certe hac controverſia longe minores, qvæ ad eum pertinent, tam diligenter conqviſiverit. Unde ejus de re adeo memorabili ſilentium haud exigui ponderis eſſe viſum eſt, & adhuc videtur.

Qvod verius putas (*q*) *duella judiciaria ſucceſſive, qvam ſemel & ſimul* abrogata eſſe, haud parum miror. *Gunnlaugs-Sagæ* enim hac

 de

(*m*) Ed. Havn. p. 56.
(*n*) Ed. Havn. p. 53.
(*o*) P. 313.
(*p*) Loc. cit.
(*q*) H. E. T. IV. p. 362—63.

de re narratio non tantum *Vallnaliots-Sagæ*, qvæ hanc abrogationem ſimul & ſemel factam eſſe innuit, conſenſu ſatis firmatur, ſed etiam per ſingula, qvæ in hiſtoria Islandiæ occurrunt, duellorum hujus generis exempla eundo, atqve ita per inductionem, ut ajunt, plene ſtabilitur. Qvæ horum *Kormaks-Saga* & *Hallfredar-Saga* (r) memorant, in confeſſo eſt duello Gunnlaugi cum Rafne antiqviora eſſe, cum illarum hac de re narrationes ad hujus tempora, ſeu ad annum 1011, non deſcendant. *Niáls-Saga* vero eo majus hac in re momentum vere trahit, cum ante hunc annum crebra ſatis in ea ſit duellorum judiciariorum mentio, poſtea contra nulla. Accedunt aliæ rerum priori ſeculi XI parte, poſt prædictum Gunnlaugi duellum, in Islandia geſtarum hiſtoriæ, qvarum bene multas habemus, in qvibus altiſſimum eſt de his duellis ſilentium, qvod vix evenire potuiſſet, ſi hæc ibi tum temporis adhuc in uſu fuiſſent. Et qvod ad *Liósvetninga-Sagam* attinet, qvæ ſola inter omnes talium hoc tempore duellorum mentionem injicit, ſingula ejus hac de re teſtimonia, in notis ad prædictum *Gunnlaugs-Sagæ* locum (s), ita mihi excuſſiſſe videor, ut nullus dubitem, argumenta, qvæ inde contra meam ſententiam deſumuntur, ex ipſa circumſtantiarum, qvas continent, ratione, ſi modo hæc rite explicetur, ſatis dilui poſſe. Imo, tantum abeſt prædictam *Liósvetninga-Sagam* huic ſententiæ adverſari, ut eam ipſam potius qvam maxime confirmet, conceptis verbis & data opera declarando, tam utrumqve illud duellum, qvod, poſt iſtud Gunnlaugi cum Rafne, oblatum eſſe memorat, omni juris ſpecie deſtitutum, qvam univerſim, duella judiciaria tunc temporis apud Islandos non ſolum legibus abrogata fuiſſe, ſed etiam ab uſu fori penitus receſſiſſe. Non ergo *pro certo* haberi debere videtur, talia duella, poſt iſtud Gunnlaugi cum Rafne, in ipſo dicaſterio generali *ſæpius* & oblata & acceptata fuiſſe, cum non niſi unicum talis rei exemplum, (nempe Thoreris Helgii filii & Gudmundi opulenti in *Liósvetninga-Saga* (t)), proſtet, & qvidem ejuſmodi, qvod omnes cordati legibus adverſum ſtatim pronunciarunt, qvodqve ideo etiam omni effectu caruit. Nec veriſimile eſt, duellorum judiciariorum cacoëthes animis veterum, etiam poſt chriſtiana ſacra intro-

(r) Vide Olafs-S. Trygg. S. ed. Skalholt P. II. p. 305—306.
(s) P. 156—158.
(t) Cap. XVII.

introducta, adeo infixum fuisse, ut repetita hujus legis iteratione opus esset, partim cum notissimum sit, talia duella, ob multiplicem abusum, ethnicis jamtum haud parum exosa fuisse, partim, & maxime qvidem, cum *Te* etiam (*u*) fatente, nullum id genus duelli apud Islandos commissi exemplum in universa seculi XImi historia, post istud Gunnlaugi cum Rafne, occurrat. Omnium tamen minime ex Hrolfi & Eyulfi Gudmundi filii exemplo, *Liósvetninga-Sagæ* (*x*) memorato, concludi potest, hujus moris reliqvias usqve ad Isleifi episcopi tempora perdurasse, cum duellum, de qvo ibi sermo est, non ad duella juris civilis, de qvibus hic agitur, sed ad modos bella componendi, qvi juris gentium sunt, pertineat. Sed nolo in re clara, jamqve ut spero satis exposita, diutius hærere. Tantummodo moneo, Gretteris in ordalio subeundo facilitatem, qvam loc. cit. (*y*) memoras, argumento vix esse posse, hunc probandi modum tunc temporis in Islandia notum fuisse. Qvamvis enim athleta esset duri admodum & militaris ingenii, facile tamen, utpote vir cetera prudens, prævidere potuit, necesse sibi fore, ut in Norvegiam delatus, & criminis nefandi ibi accusatus, hujus probationis, ab Olao Rege in leges Norvegorum nuper relatæ, periculum subiret; inprimis cum objectum crimen purgare impense averet, & inter ejus aulicos recipi ambiret; eum vero non mediocriter severum, & omnis contradictionis impatientem esse, ab indigenis sine dubio audiverat.

De eis, qvæ porro circa *epocham Comitiorum*, *qvæ incendium Niálianum proxime secuta sunt*, mones (*z*), facile spero inter nos conveniet, ubi primo ipsam super his *Niáls-Sagæ* chronologiam, & deinde reformationem ejus vel emendationem, à *Te*, Vir S. V., tentatam, & deniqve argumenta, qvæ huic occasionem dederunt, distincte examinaverimus.

Ad primum qvod attinet, ipse (*a*) concedis, qvindecim Flosii, incendii auctoris, socios, prælio Brianico in Hibernia interfuisse vere anni 1014; hoc autem *Niáls-Saga* (*b*) perspicue docet commissum fuisse proximo vere postqvam Flosius cum eis Islandia profectus est; Unde hæc

 Flosii

(*u*) H. E. T. IV. p. 362. (*x*) Cap. XXIX. (*y*) P. 363.
(*z*) H. E. T. IV. p. 363—64. (*a*) L. c. p. 363.
(*b*) Edit. Havn. capp. 154 & 155. p. 267 & 268. cum cap. 158. p. 274. collatis.

Flosii profectio ad æstatem anni 1013 necessario referenda est. Jam *Niáls-Saga* (*c*) ulterius monstrat, antumnum anni 1013, à Comitiis post incendium proximis, secundum fuisse, dum dilucide declarat (*d*), Flosium integrum annum post hæc Comitia domi ex pacto permansisse, ejusqve anni hieme, vel, accuratius loqvendo, initio anni 1013, Hallo de Sida conciliante, cum Thorgeire Skorargeire in gratiam rediisse. Hæc ergo Comitia, ut in notis ad *Gunnlaugi vitam* (*e*) jam dudum computavi, (qvæ etiam omnia ipse concedis (*f*), in æstatem anni 1012, ipsumqve incendium in annum 1011, incidant necesse est, cum in confesso sit, ea non eodem, qvo incendium perpetratum est, sed seqventi demum anno celebrata fuisse (*g*).

Talis *Niáls-Sagæ* computus est. Qvod autem ad ejus reformationem vel emendationem a *Te* Vir S. V. propositam, qvod secundum erat, attinet, concedi qvidem debet, qvod vulgaris chronologia, ut & *Annales*, & in his *Skalholtenses vetustiores*, *Reseniani*, *Holenses recentiores*, nec non *Regii* apud *Langebekium* (*h*) incendium Niálianum ad annum 1010, adeoque Comitia post id proxima ad annum 1011, referre soleant (*Skalholtenses* enim *recentiores* qvi 1009, & *Flateyenses*, qvi 1001 præferunt, in censum non veniunt). Sed eorum auctoritas neqvaqvam tanti est, ut *Niáls-Sagæ* calculo derogare valeat, qvippe qvæ integram hujus incendii historiam data opera pertractat, & cujuslibet anni acta accurate distinguit, cum contra *Annales* levem tantum incendii mentionem faciant. Et si secundum istam vulgi & *Annalium* computationem unus annus initio exilii Flosii addatur, ejusqve peregrinatio ad annum 1012 retrahatur, non solum gratis prorsus, & sine omni veterum auctoritate assumendum est, Flosium, postqvam Islandiam reliqvit, aut in Hialtlandia aut Færeyis, aut alibi terrarum, unam hiemem egisse, anteqvam ad Orcades delatus est, sed *Niáls-Sagæ* etiam narrationi vis aperte

(*c*) Ibid. Cap. 147. p. 254. cum Cap. 154. p. 267. collato.
(*d*) Cap. 146. p. 251. collato cum Cap. 147 & 148. p. 254 & 256.
(*e*) P. 159.
(*f*) H. E. T. IV. p. 364.
(*g*) Confr. interim *Niáls-Saga* Cap. 127. usqve ad C. 135.
(*h*) Script. rer. Dan. Tom. III. p. 38.

aperte inferenda. Hæc enim dum conceptis verbis inculcat, tam (*i*) qvod primam poſt ſæpe dicta Comitia hiemem non extra, ſed intra Islandiam manſerit, qvam (*k*) qvod ejuſdem anni autumno, qvo inde ſolvit, in Orcades venerit, talem ejus in Hialtlandia, Færeyis, aut alibi terrarum extra Islandiam hiemationem ſine omni verborum anfractu negat. Unde prius hocce prædictæ emendationis inſtituendæ remedium, *Te* etiam (*l*) conſentiente, ſecure rejici poteſt.

Poſterius in eo ſitum eſt, qvod *Niáls-Saga* (*m*) refert, Floſium æſtate anni 1014 ex Hebudis, per Gallias, Romam tetendiſſe, indeqve iterum, per ſuperiora Italiæ, Germaniam, & Daniam tam cito rediiſſe, ut hiemem anni 1015 apud Ericum comitem in Norvegia agere, ejuſdemqve anni æſtate Islandiam repetere poſſet. *Tu* autem (*n*) tam feſtinum iter locum hic non habere, ſed unum annum ad finem exilii addi debere ſentis, ita ut integrum annum, cum alterius parte vel dimidio, huic itineri inſumſerit, atqve ita in Norvegiam priusqvam ſub autumnum anni 1015, tandemqve in Islandiam, priusqvam æſtate anni 1016, non redierit.

Ad argumenta, qvæ *Te* in hanc ſententiam traxerunt, (qvod tertium hujus noſtræ diſceptationis momentum eſt) & primo qvidem: qvod Floſius pedibus tantum hoc iter emenſus ſit: ſecundo, qvod Româ rediens, variis in urbibus commoratus fuerit, virosqve principes convenerit: & tertio deniqve: qvod ſecus vere dici non poſſit, pactum de triennali exilio, à ſe initum, impleviſſe; varia reponi poſſunt, & ſpeciatim.

1. Si vel maxime his *Niáls-Sagæ* verbis (*o*): Floſi hóf vpp Svdrgavngv ſína ok gekk ſvdr, i.e. *Floſius ambulationem ſuam auſtralem incepit, & auſtrum verſus ambulavit:* preſſe adeo inhærere libeat, ut admittamus, eum pedibus tantum, per Gallias, Romam iter-

(*i*) Cap. 147. pag. 254.
(*k*) Cap. 154. pag. 267
(*l*) P. 364.
(*m*) Cap. 159. pag. 281.
(*n*) L. cit. p. 364.
(*o*) Loco a *Te* cit.

iter feciſſe, etiamſi id omni dubio haudqvaqvam careat, non tamen ideo opus eſſe videtur, ut longum admodum tempus huic itineri tribuamus, cum iter pedeſtre Svinafellum inter & Vapnafiördum Islandiæ, in *Niáls-Saga.* (*p*) deſcriptum, qvod auxilia petiturus, media hieme exorſus eſt, & aliqvot ſeptimanis confecit, documento eſſe poſſit, eum pedibus plurimum valuiſſe.

2. Eodem jure, qvo credi poteſt, eum Romam ambulaſſe, eodem etiam *Niáls-Sagæ* de reditu ejus verba (*q*): fór aptr: i. e. *reverſus eſt:* qvippe qvæ profectionem qvamlibet notant, ad amuſſim ſeqvi, atqve ideo admittere debemus, eum in reditu jam eqvis, jam vehiculis aliâve vectura uſum eſſe; idqve eo magis, qvod omnis illa pedeſtris itineris neceſſitas, qvam pœnitentiæ ratio ei forte ante impoſuit, abſolutione impetrata penitus ceſſaverat. Accedunt luculenta *Niáls-Sagæ* teſtimonia, tam (*r*) qvod à Gillio Hebudarum Comite magna argenti vi ad hoc iter inſtructus fuerit, qvam (*s*) qvod Romæ haud parum pecuniæ expenderit, ut abſolutionem ab ipſo Pontifice obtineret; qvæ ſatis indicant, pecuniam, qvâ ad vecturam conducendam opus erat, ei non defuiſſe.

3. Iter, qvod Floſio hic ultro citroqve faciendum erat, longius vere non fuit, qvam ut etiam autumno anni 1014, etſi adulto, in Norvegiam redire poſſet. Verum cum *Niáls-Saga* id diſerte non memoret, ſed tantum indefinite (*t*), qvod *ſeqventem hiemem*, vel accuratius loqvendo, *hujus hiemis partem* („um vetrinn eptir") in Norvegia egerit, ipſa hæc narratio eo haud obſcure inducit, ut ſtatuamus, eum eo non veniſſe, priusqvam aliqvanto tempore poſt feſtum Jolenſe, vel initium anni 1015. Ita plus integro ſemeſtri ad iter lucratur; idqve plus ſatis ſufficere videtur, ſi mora, qvam variis in urbibus nectebat, ut ſine dubio debet, eo modo intelligatur, qvo multorum etiam hodie peregrinantium, qvi res terrarum vel urbium præcipuarum, qvas permeant, maxime memorabiles in tranſitu perluſtrare, earumqve princi-

(*p*) Cap. 135. p. 213—215.
(*q*) P. 281.
(*r*) Cap. 158. pag. 280.
(*s*) Cap. 159. pag. 281.
(*t*) P. 281.

principibus, benevolentiæ & honoris captandi gratia, ſiſtere ſe ſolent, qvod itinera multum non retardat.

4. Dum, *Nialsſaga* præeunte, Floſium æſtate anni 1013. Islandia profectum eſſe, æſtate vero vel autumno anni 1015. rediiſſe ſtatuo, ſimul qvidem mihi fatendum eſt, qvod plenos tres annos non abfuerit. Cum autem nihilominus perſpicuum ſit, qvod partem tam æſtatis qvam hiemis anni 1013., integram hiemem æqve ac æſtatem anni 1014., & deniqve non hiemis tantum ſed etiam æſtatis anni 1015. maximam partem peregre egerit, more loqvendi veteribus Islandis æqve ac reliqvis ſeptentrionalibus uſitatiſſimo, (qvippe qvi in annis ætatis humanæ, rerum geſtarum, imperii principum, variisqve negotiis forenſibus computandis, terminos inceptos pro completis numerare vulgo ſolebant), recte dici poteſt, qvod tres hiemes abfuerit. Et qvamvis, ut nihil diſſimulem, Codex Legum veteris Islandorum Reipublicæ *Grágás* ſ. *jus Ulfliotianum reformatum*, Tituli *de forma rei judiciariæ*, vulgo *Þingſkapa-Þáttr*, Cap. 34. ſanxerit: *relegatum, ſi ante tres hiemes rediret, exilii pleni poenam ſubire.* („ Ef hann kömr fyrr vt higat enn hann hafi Þrea vetor a brot veriþ. oc verþr hann ſcógarmaþr „); certum tamen haudqvaqvam eſt, annos completos hic intelligi. Contra vero, tam ex hoc ipſo legum Islandicarum Codice, qvam ex hiſtoricorum antiqvorum teſtimoniis alibi (*u*) à me productis, certiſſimum, relegationis ſ. exilii limitati vel temporarii, qvale iſtud Floſii fuit, apud Islandos modum, ubi transactione vel pacto conſtituebatur, maxima ex parte in arbitrio paciſcentium poſitum ſemper fuiſſe. Nec pactum, ex qvo Floſius Relegationem ſubiit, aliud ſvadere poteſt, utpote generaliter tantum *tres hiemes* (Þriá vetr) memorans (*x*). Cum vero Romam præterea peteret, & abſolutionem ab ipſo Pontifice impetraret, qvod eum ipſe *Niálsſagæ* autor, transactionem cum Thorgeire Skorargeire deſcribens (*y*), non his pactis obſtrictum, ſed voto tantum ſpontaneo inductum feciſſe, clare ſatis

(*u*) ad *Joh. Arnæi* Indledning til den Islandſke Rettergang not. 233. pag. 626-27.
(*x*) *Niálsſ.* Cap. 146. pag. 251.
(*y*) Cap. 148. p. 256. cum p. 257. collat.

ſatis indicat, jure ſcribere potuiſſe videtur (z) eum, cum domum rediret, *omnia ſua pacta fideliter impleviſſe*, qvamvis tres integros annos peregre non egiſſet. Ignorare enim minime potuit, itineris Romani & abſolutionis pontificalis religionem, ex ſeculi XI^mi^ inſtitutis, facile ſupplere potuiſſe, qvod tempori forte defuit.

Ita ne poſteriore qvidem computationis *Niálsſagæ* emendandæ remedio, qvamvis argumentis nuper memoratis á *Te Vir S. V.* ſuffulto, opus eſſe videtur; easqve ob rationes prædictam computationem, etſi dubia, qvæ contra eam moviſti, prævidens, ſine omni hæſitatione, eo lubentius retinui, cum ſatius ſemper duxerim, veteres, qvamdiu nihil abſurdi vel aperte falſi tradunt, preſſo pede ſeqvi, qvam aliqvid in eorum relationibus vel calculis ex ingenio mutare, ne, genuinæ antiqvitatis loco, mea commenta venderem. Et ſi vel maxime neceſſe eſſet, unum annum ad finem exilii Floſii addere, ut tres integri anni emergerent, nihilo tamen ſecius epocha legis de duellis abrogandis, incendiiqve Niáliani, ut & comitiorum poſt id proximorum, qvam collocavi, prorſus immota permanet, & *Niálsſagæ* autor, utpote ſine omni ambage ſtatuens, Ericum Comitem hiemem anni 1015. in Norvegia egiſſe, teſtis æqve idoneus nobis eſſe poterit, veterum Islandiæ hiſtoricorum qvosdam, ut alibi (*a*) pluribus adſtruxi, vere obſervaſſe, qvod prædictum regnum anno 1012. plene non reliqverit.

His ita peroratis, ad *mutationem*, ſ. verius *confuſionem nominum*, qvam *Gunnlaugsſagæ* autori (*b*) objicis, pervenimus. Hic autem, ut verum fatear, durius juſto cum eo agere mihi videris, dum eum (*c*) *haud appoſite Thorfinnum de Raudamel, ut Thorſteino Egillidæ* prorſus æqvalem, *& multo ineptius (d) ipſum Thorgilſum Thorfinni filium, ut Gunnlaugo & Helgæ* ætate parem, *adducere* ſcribis. Neutrum enim ei unqvam in mentem venit. Nam priore loco (*e*) tantummodo indicat

(*z*) Cap. 159. p. 281.
(*a*) ad Gunnl. Ormſt. Vit. not. III p. 174.
(*b*) p. 364-65.
(*c*) p. 62.
(*d*) p. 74.
(*e*) p. 62.

dicat, Thorfinnum anno 1003. Raudameliæ habitaſſe, &, paucis interjectis (*f*), eodem cum Aunundo Moſſellenſi, Skaptio legifero, & Thorſteine Eigilli filio, tempore adhuc vixiſſe; Poſteriore vero (*g*) Thorfinni filios viros fuiſſe tam bene formatos, ut Gunnlaugo haud multo inferiores, vel, ſi virtutis, nobilitatis, & opum ratio haberetur (ætatis enim hic nulla mentio eſt), matrimonio cum Helga indigniores, cenſeri poſſent.

Prius qvod attinet, qvotidiana tam recentiorum qvam antiqviorum temporum experientia loqvitur, homines ſimul vivere, rebusqve gerendis idoneos eſſe poſſe, qvorum unus alterum 20, 30, imo 40 & pluribus annis ſuperat. Ita ego, etſi qvinqvageſimum ætatis annum agens, ſocios negotiorum in Collegio Camerali Regio qvotidie habeo viros, qvorum unus 30 circiter, alii viginti & pluribus annis me majores ſunt. Ita etiam *Tecum V. S. V.* dimidium fere ſeculi jam vixi, intereaqve 24 annos muneribus publicis vacavi; *Tu* tamen me plus viginti annis ſuperas, & utinam qvam diutiſſime, in Eccleſiæ reiqve literariæ emolumentum ſuperſis. Vere ergo dici poſſumus eodem tempore, vel ſimul vixiſſe, qvamvis *Tu* jam tum, anteqvam natus eram, rebus gerendis maturus eſſes. Eadem ratione, eodemqve ſenſu, (neqvaqvam vero ut perfectam ætatis æqvalitatem indicaret), autor noſter memorat, qvod Thorfinnus de Raudamelia eodem cum Thorſteine Egilli filio tempore vixerit. Idqve eum vere affirmare, eosqve una floruiſſe, præter multos alios ſeculi X[mi] ſynchroniſmos, qvos ſingulatim recenſere tædioſum, firmo ſatis argumento ſunt eorum uxores, & Thorfinni qvidem, qvippe qvæ Oddi Tungenſis, Thorſteinis vero, qvæ Gunnaris Hlifæ filii filia erat. Iam Oddum ſimul cum Thorfinno floruiſſe, utriusqve genus & acta, & ſimul cum Gunnare & Thorſteine, lites à me deſcriptæ (*h*), qvas cum his habuit, liqvido monſtrant. Unde Thorfinnum etiam maximam vitæ partem cum Thorſteine communem habuiſſe facile apparet. Cum vero Thorfinni ex filio Thorgilſe nepos, Thorſteinn de Hafurs,

 fiar-

(*f*) p. 64.
(*g*) p. 74.
(*h*) ad Gunnl. vitam Not. 17. p. 21. & Not. 53. p. 75-77.

fiardarey, jamtum 1008. magnæ eſſet auctoritatis & potentiæ, nepotes vero ex filia, fratres Thorbrandini de Karſtadis, circa annum 980. rebus gerendis maturi eſſent, libenter qvidem concedo, Thorfinnum, (cui vitam bene longam contigiſſe omnia ſvadent), annis non ita paucis Thorſteine Egilli filio majorem fuiſſe. Verum cum aliunde (*i*) conſtet, filium Thorſteinis Skulium, jamtum anno 1000. virum fuiſſe perfectæ ætatis, ad prædictam ætatis Thorfinni & Thorſteinis differentiam ſupplendam, ne 20 qvidem annos reqviri manifeſtum eſt.

Poſterius, nempe inæqvalitas ætatis filiorum Thorfinni, & Helgæ Thorſteinis filiæ, tanti neqvaqvam eſt, qvanti primo obtutu videtur. Ut enim verum eſt, Thorgilſis Thorfinni filii filium ſororem Gunnlaugi Ormſtungæ in matrimonio babuiſſe, Helgamqve Gunnlaugo, anno 988. nato, fere æqvalem fuiſſe (*k*); ita non video, qvid inepti, abſurdi vel inauditi emerſiſſet, ſi vel maxime unus vel alter fratrum Thorgilſis juniorum, qvippe qvos ætate haud parum inter ſe inæqvales fuiſſe, res ipſa loqvitur (nam præter ſorores, ſeptem numero erant), ipſam Helgam uxorem ambiiſſet. Nunqvam enim defuerunt, uti nec unqvam deerunt, exempla virorum, qvi uxores, 20 vel 30 annis (qvalis ætatis inæqvalitas hic plus ſatis ſufficit) ſe juniores duxerunt & ducent. Sed hoc, qvicqvid eſt, controverſiæ eo lubentius ſeponere poſſumus, cum *Gunnlaugsſagæ* autor, ut ab initio monui, nec Helgam Thorfinni filiis ætate parem, nec de matrimonio ab ullo eorum cum ea ineundo actum fuiſſe aſſeruerit.

Qvod Sigurdum Comitem Cap. 8. pro Rognvalldo ſubſtituerit, certo affirmare haudqvaqvam poſſumus, cum plurimum abſit, antiqvam Gothiæ hiſtoriam ita exactam & omnibus numeris abſolutam ad nos perveniſſe, ut nunc plene conſtet, nullum alium Comitem, præter Rögnvalldum, Gunnlaugi tempore in Gothia floruiſſe. Confidenter vero negare poſſumus, qvod Cap. 10. Canutum Magnum Daniæ Regem loco Sveinis ſubſtituerit, cum eos conceptis, ut ajunt, verbis diſtingvat (*l*), in eo tantum, ut ipſe (*m*) obſervari repre-

(*i*) confr. Not. ad Gunnlaugi Vit. p. 12.
(*k*) Gunnlangi Vit. p. 52. (*l*) P. 120 - 23.
(*m*) Not. ad Gunnlaugi Vitam p. 121.

prehensione dignus, qvod, communi omnibus veteris Islandiæ historicis, etiam optimis, de Sveinis Regis obitu errore seductus, res qvasdam, sub Sveine gestas, ad Canuti tempora referat.

Eis qvæ ad *chronologiam Olavianam*, s. computationem annorum regiminis Olai Sancti Norvegiæ Regis illustrandam, sub finem eruditissimæ *Tuæ* Commentationis (*n*) attulisti, non est qvod immorer, præter illa duo, qvæ in *notis* ad *Gunnlaugi Vitam* (*o*) tetigi, veritatem nempe hujus chronologiæ, & genuinum carminis Sighvatiani de ea sensum; ad qvæ tamen paucis notasse sat esto.

1. Ut ipsis etiam *Olai Vitæ* verbis, à *Te* Vir S. V. alibi (*p*) allatis, inductus, non possum non in ea opinione adhuc persistere, qvod chronologia, qvam ejus autor huic suo operi substravit, mere *artificialis*, sive computandi arte confecta sit; ita certissime persvasus sum, *terminum* ejus, ut ajunt, *ad qvem*, sive illum ejus articulum, qvod Olaus nullo alio anno, qvam 1030., vita excesserit, qvi omnibus rite perpensis, principalis in ea est, qvatenus magna chronologiæ veteris tam Norvegicæ qvam Islandicæ pars ex eo pendet, omnino verum esse. Solus ergo, de qvo *Tibi* mecum disputatio intercedit, est *terminus à qvo*, s. annus, à qvo qvindecim illos annos, qvos Olaum regnasse in confesso est, rectissime ordiamur. Hoc autem intuitu.

2. Dum qværis: *qvid*, si *Olaus anno* 1015. *in Norvegiam venit*, *& anno* 1016. *regnum demum adeptus est*, *hoc vero* 1029. *amisit*, *faciendum sit Sighvato*, *qvi eum qvindecim plenas hiemes*, *anteqvam cecidit*, *ibi regnasse canit?* sine omni errandi metu respondeo: Computationem, qvæ Olaum anno 1029. regnum amisisse supponit, nihil contra *Sighvatum* valere, cum certissimi esse possimus, qvod is, utpote intimus Olai amicus, eiqve etiam mortuo, adeo deditus, ut in aula Sveinis Regis, etsi ab eo invitatus, vivere dedignaretur (*q*), Canutum pro injusto tantum, ut & re ipsa erat, regni Norvegici usurpatore, Olaum vero, qvoad vixit, pro vero Rege habuerit, atqve ideo imperii ejus annos

C 3 (qvod

(*n*) H. E. T. IV. p. 365—68.
(*o*) P. 175. Not. iii.
(*p*) Hist. Eccl. T. I. p. 75.
(*q*) Conf. *Sturlæum* ed. Sv. T. II. p. 11—12.

(qvod ipſa etiam carminis ejus verba ſic ſatis innuunt) ad eum usqve diem anni 1030., qvo Stiklaſtadis cecidit, numeraverit. Eaqve numerandi ratione omni jure uti potuit, perſvaſus qvippe, Olaum non tantum animum, ſed ſpem etiam & conatum Norvegiæ recuperandæ ad extremum usqve vitæ retinuiſſe; & ſpem qvidem, cum Hakone Comite, cui hujus regni curam Canutus commiſerat, aqvis ſubmerſo, principe orbum eſſet, ipſeqve optimatum Norvegicorum qvosdam, maximi etiam nominis, ſecum ſemper habuiſſet, pluresqve Norvegorum, qvi in tumultu contra eum excitato qviete ſe continuerant eventum exſpectaturi, ſuis partibus, ſi regnum repeteret, acceſſuros, &, qvi defecerant, ad obſeqvium redituros, auguratus eſſet (*r*); conatum vero, cum in hoc ipſo Stiklaſtadis occubuiſſet. Hoc autem prælio ſi Olaus victor evaſiſſet, regnumqve recuperaſſet, annum, qvo profugus fuerat, eumqve ne integrum qvidem, ex numero annorum regiminis ejus neqvaqvam demi potuiſſe, *Sighvatus* facile vidit. Unde etiam ideo hunc ipſum annum, qvamvis Olaus prælio caderet, ex hoc numero demi non debere, recte omnino judicavit, cum Olaus tunc primum regnum cum vita penitus amitteret. Accedit (ut imperii Canutidarum in Norvegia odium, contra vero inſignem Olai Regis, brevi poſt mortem tempore in Divorum numerum recepti venerationem omittam) qvod Canutus nec in plenam unqvam Norvegiæ poſſeſſionem venerat, cum Olaus, toto etiam illo tempore, qvo in qvibusdam hujus regni partibus homagia ab incolis accepit, in parte orientali permaneret, manu ſatis valida ſtipatus. Nec Sveinis Canuti filii in Norvegiam imperium initium vere ſumpſerat priusqvam ab eo temporis articulo, qvo prælium Stiklaſtadenſe in Olai internecionem depugnatum eſt, qvippe qvo ipſo Sveinn, ut regnum patris juſſu capeſſeret, in Vikam primum appulit (*s*). Unde nihil magis naturale, qvam imperii Olaviani annos ad eum usqve terminum numerare, à qvo ſucceſſoris anni numerari cœperunt. Non ergo in annis regiminis Olai computandis mentitus eſt *Sighvatus*, ſed eos multo magis ex ſui temporis uſu ſenſuqve, ita, ut ajunt, de ſimplici & plano, computasſe cenſendus eſt, ut ad eum recte intelligendum ne minimo qvidem interpretandi artificio opus ſit. Qvod vero

(*r*) Confr. *Sturl.* T. I. p. 743—44. it. 746—47.
(*s*) vid. *Sturlæum* l. c. p. 812.

vero poſteriorum temporum hiſtorici, ex qvibus ipſe *Arius*, dimidio, reliqvi integro plus ſeculo *Sighvato* recentiores ſunt, ſuos calculos aliter inſtituerint, in cenſum venire haudqvaqvam poteſt, ubi tantum qværitur: qvid Sighvatus ſenſerit? vel ex modo computandi & loqvendi ſuo ævo familiari ſentire debuerit? in qvo is, utpote ipſis factis coævus, præ recentioribus, qvantæcunqve cetera auctoritatis ſint, fidem mereri videtur. His inductus rationibus, prædictum Sighvati calculum eum eſſe credidi, & adhuc credo, qvi ejus tempore apud Norvegos invaluit, eumqve ideo calculis autorum *Vitæ Olai* prætuli, & adhuc præfero. Præterea gravem contra hos ſuſpicionem movet, qvod ne verbo qvidem memorent, Olao, etſi eum jamtum anno 1014. in Norvegiam veniſſe ſtatuant, rem cum Erico Comite fuiſſe, cum tamen hiſtoriæ Dano-Anglicæ de Erico ſynchronismus, & teſtimonia, qvibus hic nititur, à me alibi (*t*) indicata ſvadeant, qvod hunc annum adhuc in Norvegia egerit. Ut autem erat ad res gerendas promtiſſimus, belloqve exercitatiſſimus, & Norvegis haud parum honoratus, nec per integrum fere annum otioſus ſpectaviſſet, Olaum majores indies vires ſumere, nec à Canuto ad expeditionis Britannicæ ſocietatem evocatus, facile paruiſſet, ſi hoſtem tam metuendum intra Regni ſibi ex parte commiſſi limites tunc habuiſſet. Cum vero in confeſſo ſit, qvod æſtate anni 1015. huic expeditioni interfuerit, inde elucefcere videtur, Olaum eo tempore, qvo Ericus, hanc ſuſcepturus, Norvegiam reliqvit, (qvod demum poſt Sveinis Regis mortem, qvæ anno 1014. contigit, factum eſſe, omnia indicant) eo nondum veniſſe.

Hæc fuere *Vir S. V.* qvæ, eruditiſſima tua Commentatione monitus, præ ceteris paulo ultérius explicare neceſſarium duxi, ut plene conſtaret, qva ratione chronologiam *Vitæ Gunnlaugianæ*, & inprimis epocham legis de duellis judiciariis apud Islandos abrogandis conſtituerim; qvæ omnia & ſingula limatiſſimo *Tuo* judicio lubens ſubmitto, verbisqve claudo Pöetæ, qvæ humaniſſimo *Tuo*, ad litteras, qvibus meum de hac ipſa ſcriptione conſilium *Tibi* primum aperui, reſponſo ſubjunxiſti.

*Non eadem ſentire alios de rebus eisdem*
*Incolumi licuit ſemper amicitia.*

Scripſi Havniæ
15 Kal. Aug. 1778.

Emen-

(*t*) Ad *Gunnl. Vit.* p. 121 & 174.

* * *

## Emendanda in Gunnlaugi Vita.

Præfat. pag. XXVII. not. * lin. 13. loco verborum: *exemplum forte ſecutus Eyvindi Skalldaſpilleris:* legendum: qvam etiam deſcribendi rationem, ab antiqviſſimis inde temporibus per manus traditam, ſecutus eſt *Haukus Valdiſæ filius*, qvi Islandos &c. Is enim de Islandis panegyricus, vulgo *Islendinga-Drápa* ex cujus Stropha 2da qvæ ita incipit:

*Hvals mun ek hvaſſa tælia*
*Hudlendinga hudar*

Islandorum appellatio, qvæ l. c. memoratur, deſumta eſt, non *Eyvindo*, ſed *Hauko* tribuitur in Codice Membraneo Bibliothecæ Magnæanæ No. 748. in 4to, qvi primam hujus panegyrici partem 26. integris ſtrophis, & initio vigeſimæ ſeptimæ, conſtantem, & 26. præcipuorum veteris Islandiæ optimatum & Athletarum elogium continentem, ab interitu ſervavit.

Pag. 275. lin. 1. 2. pro: *Oddus Erici* leg. *Ericus Oddi.*

DNI

DOMINI.

GUNNARI PAULI F.

# CURÆ POSTERIORES

IN

GUNNLAUGI VITAM

ad Seviros antiqvitatibus ſeptentrionalibus evulgandis conſtitutos transmiſſæ.

Ad Præfat. pag. IX. ad verba: *forte qvis verſiculos-chartis* : add. Nec deſunt hodieqve apud nos exempla, à viris fide dignis narrata; mihiqve per ætatem aliqvoties idem accidiſſe vere confirmare poſſum. Evigilans qvidem ejusmodi carmina memoria tenui, ſed & redormiens eadem illa facilitate amiſi. Unum hujusmodi per matutinam levemqve qvietem viſus & luſus exemplum hic narrare fas fuerit. Cum Vidvikæ Hialltdalenſium ante annos circiter 30 hoſpes pernoctarem, ſolusqve in cellula intra ædes, curarum expers dormirem, viſa mihi felis murem per ædiculam, & præſertim ejus abacos, perſeqvi; qvod vere qvidem dormiens vidi, ſed ita leviter dormieus, ut etiam dormire me ſentirem; de qvo non injucundo ſpectaculo mihi ſimul natus eſt verborum qvidam luſus, & maxima qvidem hujus pars per ſomnium, ſed adapertis ſimul oculis addita, qvæ deerat, clauſula.

Pag. 54. *barit* gull. aurum *malleatum.* Sed qvid ſi forte *barit gull* aurum limatum, ſcobs auri, a *bar* grana minuta, ut *Drupnis-*

*bar*, *Fifubar* &c. Sæpe etiam dicitur: þó þat være *malit* gull, i. e. *qvamvis aurum esset comminutum.* Sed nihil definio; poteſt tamen etiam *malit gull* i. e. *aurum comminutum* reſpectum habere ad: *Fróda miöl*, ſ. farinam Frothonis, qvam appellationem præfatio carminis antiqvi *Grottoſaungur* auro apud poëtas hæſiſſe docet, ex qvo Frotho Daniæ Rex ancillas aurum ſibi molere juſſerat. Cum his porro conferri poteſt *Ismöl* i. e. glacies comminuta (qvibusdam *Ismiöll*), ita dicta, qvod ejus particulæ ſolido corpore lucidiores, & oculos magis ferire viſæ ſunt.

Pag. *66*. Ad Stropham: Mörk baud ek &c.
In hujus Strophæ vero ſenſu pervidendo, oculos ante aliqvot annos mihi caligaſſe puto, niſi jam forte magis caligant; &, qvod adhuc minus vellem, me aliis, acutius alioqvin cernentibus, glaucoma qvoddam objeciſſe, qvominus ad veram poëtæ mentem eorum penetraret acumen. Mutanda autem hunc in modum nunc videtur ſententia: Ek baud mundángs mörk tanna-ſterkum manni (at) tyggiazt; góna ſkalltu (i. e. ſiádu) þat (Silfr) ſpyír nýá gráſena gló. allrádz muntu ydrazt, ef lætr (hana burt frá þer) líða, flóða or orum eydanda Siódi, (vorum nefnelega) linnz kindar ſamlaga (felaga ſc. Gunnlaugs Ormstungu) ut ſenſus ſit: *obtuli marcam ad ſacoma appenſam viro fortidenti mandendam.* (*Videbis*), *hoc* (argentum) *vomit novum griſeum ſplendorem. Serio te pœnitebit*, *ſi* (tibi) *elabi ſinas effluentem ex noſtro expenſam faciente theſauro*, (noſtro inqvam ſive mei) *ſerpentini generis ſocii. Tannaſterkr* dentes fortis, appoſite dici poteſt, ut *efna*-vel *peninga-ſterkr* i. e. *dives opum vel facultatum*, hára-döckr *crines fuſcus*, hiua-margr *numeroſam familiam habens*, innvída-veikr *interiora infirmus*, & ſimilia. Poteſt tamen etiam *τὸ tanna* ſumi pro infinitivo verbi: *at tanna* i. e. mandere, & cum *τῷ tygiazt*, qvod tum eſſet ſuperlativus adverbialis, conjungi, qvo ſeqvens ordo ſenſusqve emergeret: en baud ſterkum manni mund. mörk.

mörk. (at) tanna tygiazt. *obtuli marcam &c. forti viro qvam mandentissime mandendam.*

In posteriori Strophæ parte *Orum* pro *ydrum* substitui, satis forte audacter, sed digne tanto Poëta, & ejus ingenio convenienter confr. pag. 44 & 92, qvi se haud dubie hic ut alias, ex. gr. p. 70. 74. 82. 110 & 114. jactans, hero bene consulit, ne cum potentiore litiget, perinde ac de mercede lupus gruem monet in fabula. Hoc autem sensu *flóda* cum τω *maurk* cohæret, estqve accusat. f. gen. participii, à nominativo *flód* v. *flóin*, verbi: *ek flói* effluo ebullio. *Eydanda* vero est ablativus mascul. gen. participii *eydandi* (confr. Ind. *Gunnlaugs-Sagæ* in voce *Eyde*), qvod tam per participium in NS (consumens) qvam per particip. in Dus (consumendus) reddi potest; in qvibus etiam mira linguarum convenientia. *Samlagar* (confr. Ind. h. v.) malim *Samlaga*, nisi qvis genitivum malit anomalum, vel etiam forte *linnsfamligrar kindar* serpentis instar animati filii seu hominis; ita *linnsfamligr* eodem modo formaretur ac *undrsamligr* miraculo similis, *giptusamligr* fortunam vultu præferens, & plura ejusdem farinæ.

Si lectio *ydrum* in posteriore hac parte retineatur, sensus etiam hoc modo sibi constare poterit: allradz muntu ydrazt ef lætr (mörkena) linns Samlaga kindar (eign) flóda (þer til handa) lída or ydrum eydanda (eydanligum) Siódi i. e. *toto animo te pœnitebit, si permittis* (marcam) *serpentini generis socii,* (tibi) *affluentem, elabi ex vestro thesauro, qvippe per hoc facile consumendo;* nisi forte magis arrideat? *eydanda linns samlaga kindar* conjungere, atqve ita interpretari: *marcam expensam facientis serpentini generis socii* f. Gunlaugi Ormstungæ *tibi affluentem;* tum vero *eydanda* erit genit. sing. τω *samlaga* respondens.

Pag. 126. & in Ind. v. *Se. Siámzt* æqvipollet *τω ek ſezt um*, idem qvod *litaz um*, circumſpicio. contra *ek ſezt fyrir* proſpicio, vel, qvæ ante faciem ſunt, ſpecto.

Pag. 128. *Hádvarr* à ludibriis alienus vel ſibi cavens, optime qvidem, ut communiſſime *τὸ varr* in compoſitis: *grandvar*, a malo cavens, vel attentus, *nótvar* rete cavens, à phocis ductum, & *bogavar* decipulam cavens, à vulpeculis ductum, annoſa enim vulpes non facile capitur laqveo. Sed qvid ſi forte *hávarr*, qvod ſua cogitata fidenter, & elata altius voce, minusque decenter aut modeſte proferentem notat? Sic certe *hávarr* vulgo dicitur homo immodeſtus, atqve indecentius garrulus, juſtoqve vocalior, forte à *Varar* ſermones amatorum, qvos clanculum aut certe ſubmiſſe haberi conveniens viſum, contrarium vero ab ejuſmodi negotio magis alienum. Hic autem Rafn à Gunnlaugo, utpote hoſte, & cetera poëta haud parum mordace *hávarr* qvaſi procax, petulans, præfidens, dici potuit.

Ibid. *Hridmundadar* vel *hridmundadr.* Facile hic acqvieſcendum iis qvæ habet pag. 129. unacum *Indice*, in hac voce, nec plura aut nova adferre libet lectiones ſollicitando. Id tantum forte non abs re fuerit, *τὸ mundadr* conferre cum *Niáls-Sagæ* pag. 78. at *munda atgeirnum* i. e. cunctanter & magna cum circumſpectione, libripendis inſtar, vibrare, qvaſi *mundángshóf* i. e. medium ſeu metam qværendo. Vulgo dicitur: *at mynda ſig vid þad edr þad* i. e. tarde & cunctanter accingere ſe vel aggredi, unde ductum ludibriolum, nec tamen recens, puer audivi. Verbum autem *ât munda* non multum abludit à Græco, *μανθανω* & *μαθεω*; diſcimus enim dum rem cogitando verſamus & ponderamus, donec ad verum pervenimus. Ad voces *mundadr* & *munda* porro pertinent *mundangr* examen libræ (vid. Ind. *Gunnlaugs-Sagæ* in h. v.), nec non *midmunda* trium primarum

rum poſt meridiem horarum medium, & *namunda* proximitas, qvæ omnia, ut & *medalhóf*, medium ſive rectum, ad modum & rationem librandi ſpectant, uti alio ſenſu, ſed eodem intuitu, duo *hóf* ſ. media vel puncta, metæ ſ. recto propinqva, vulgi ſermone ſatis trita ſunt, qvorum neutrum ſtultum unqvam aſſeqvi ajunt, utpote in extremis, exceſſu ſcilicet vel defectu, ſemper verſantem. Huc & referri poteſt *konu-mundr* dos appenſa, ex qvo forte latinorum *mundus muliebris;* ſua enim ornamenta, iis data. Ita etiam idem anni vel diei punctum iterum recurrens, *i ſama mund*, appellatur, unde porro latius adhuc & generatim: *i þat mund*, et *i þær munder*, eodem ſenſu dicitur ac: *eo tempore.* Cetera mihi à probabilitate recedere non videtur veteres *mundáng* dixiſſe qvaſi *mund-háng* i. e. *manu appenſum*, à more manu, inprimis utraqve ſimul, pondera rerum explorandi, qvo piſcatores aliosqve dextre adeo & accurate uti haud raro vidi, ut pondus ad examen revocatum parum vel nihil à vero aberraſſe repertum ſit; qvæ ponderandi ratio, ut ab ultima inde antiqvitate longe ante libras & alias ponderandi machinas inventas uſu venit, ita vox eam ſignificans ad has traducta eſſe videtur. *Pendo*, *pendeo*, *pondus*, *pondo* ejuſdem organi literas cum *τω mund* habent; & *manus* à *manando* Latinis ducitur; imo ni fallor nihil aliud eſt qvam ipſum *mund*, qvemadmodum Græcum *χειρ* non omnino diſſimile eſt ſeptentrionali *Hreifi.* *Mundus* etiam ſuum nomen hinc habere facile poteſt, qvaſi pendulum qvid; veteribus enim globi noſtri conſtitutio ignota non fuit.

Ibid. Poſterioris ejuſdem Strophæ partis ordo & ſenſus: p. 129. *luſimus enim variis mutuo miſſis reculis aureis circa illam ſerp. er. terram* &c. non admodum coactè procedunt, niſi qvod *ymſar andſiur* proprie mutuum luſum ſpectari ſvadent, qvarum etiam communis uſus hic ſpectari poteſt, qvamvis ſolius Gunnlaugi actio vel luſus narretur. Qvando dicitur: *eg leik mèr ad þvi edr þvi* i. e. *hac vel*

*vel illa ve ludo* ſpectatur objectum luſus, non mutuo agens. Sed: *ver lekum oſs* i.e. *luſimus*, mutuum eſt vel commune, libero alioqvin manente numeri ſingularis pro plurali uſu. Peculiaris præterea eſt uſus verbi *ek leik* in luſu aleæ, latrunculorum &c. de promotione orbiculi vel militis, ut ſenſus eſſe poſſit: *ver lekum andſium at þvi landi:* promovimus nunc iſtum nunc alium orbiculum vel militem adverſus eam puellam, vel verſus illud alvei latus, cui illa aſſedit.

Pag. 163. & Ind. v. *ydögg.* Hugdunzt Orms at armi Y-döggvar þer höggvinn &c. *Orms-yr*, arcus ſerpentinus cum ſagitta poteſt eſſe lingva ſerpentis, ut ſenſus ſit: *cum in tuo amplexu dormirem, videbar mihi à Gunnlaugo Vermilingue vel ſerpente vulnerari*, qvam explicationem reſponſum Helgæ hoc loco ſatis confirmat. *Orms-yr* lingua ſerpentina jaculatrix, qvemadmodum Græcè ἰὸς jam ſagittam, jam venenum ſignat. In poſteriori hujus Strophæ parte qvorundam MSStorum (ſi recte memini) varians lectio: *va* pro *þat* etiam qvà ſenſum convenit. Hic etiam *bagþyrnis undir* conjungi poſſunt, & per *vulnera ſerpentina* explicari, perinde ac *Virgilius vulnus Ulyſſi* dixit, ab Ulyſſe inflictum; ita integra appellatio fœminæ hoc loco erit *lauka lind*, vid. Indic. ad Gunnlaugi Vitam v. *laukr.*

Pag. 138. var. lect. t *hafdizt ecki at* otioſus reſidebat. Huc ſpectant: *Athöfn* actio; *athæfi* vivendi ratio. *Eg hefi at mer færi* (verbum nauticum) funem piſcatorium ad me attraho. *Eg hefi ad mer* cibum ori ingero (avidius fere) confr. Jobi XV, 16. & XXXIV, 7. *Ad athafna ſig* (verbum vulgare) ad opus aliqvod ſe accingere: ut et. *at hafaz at*, *háfa ad ſer*, ut *bidiaz*, *mæ laz fyrir* &c. qvod per ſynecdochen latius extenditur. Uſurpatur etiam *ad athafna* & *athöfn* qvibuſdam (ſpeciatim orientalibus) ſenſu venereo; & novi juvenis ſenem borealem, qvi *athæfi* de membro virili uſurpavit, inſolito ſuis modo, ſed tamen haud dubie per ætatem omnis orientalis commercii expers.

Pag.

Pag. 160. loco: *svànmœrrar* nunc arridet var. lectio e, *mektar*, ut inde fiat *svan-mekktrar*, a *makki*, qvod cervicem eqvinam notat s. ejus summitatem, non infimum hujus animalis ornamentum Job. XXXIX. 22. *stockmekktr* hestr dicitur cui pingvedine turget cervix suprema. Laudatur ergo hic collum mulieris, olorini instar candidum atqve erectum.

Pag. 184. & in Ind. v. *brœskiœrr*. De pisciculis dicitur *ein-tvi-þri-skiœrr* (í bak) passive, pro frustulorum numero in qvæ à tergo discindi possunt. Sed multa adjectiva utroqve modo dicuntur, ut: *fœr*, *bœr*, *bœttr*, *tœkr* &c. cum compositis. *Hráskiœrr*, crudivorus, gratius sonaret, sed & *brœskiœrr*, qvod optimi Codices habent, reprehensione carere potest.

Pag. 186-87. Ordo posterioris hujus carminis partis satis qvidem bene se habet; sed nec forte minus bene hoc modo: „sárfíkinn gammr hlaut enn þramma á sárra sár" i. e. *vulnerum appetenti vulturi contigit adhuc vulneratorum* (cæsorum) *vulnera calcare.*

Pag. 192. Placet jam rhythmus ejusqve sensus hoc modo: „ek hugda mer armgóda líns tródu minna at Orms armi" i. e. *putavi mulierem*, *mihi minus faventem*, *recordatam brachii serpentis* i. e. Gunnlaugi. *Armgód* alias pulchre brachiata, vel brachio fovens atqve amplectens, ab *armr* brachium; sed hic esset, brachii invidens, parum favens aut commoda (eum enim multum non amavit p. 191.) ab *armr* miser, infelix, ut Germ. *Armselig*. Huc & spectat lectio a, leidrar (minus recte scribitur leydrar) tædio adfectæ & pariter tædium creantis: *Eg verd leidr á þvi* tædet me. *Liufr verdr leidr* i.e. fit dilectus tædiosus s. ingratus. *Tædium* lat. ejusdem originis, & *tædet* leidiz.

